

del Colegio Mayor de Santa Cruz de R. 7865

+ Q V I N T I L I A N H +

MANDOSII IVRECONSULTI,
Aduocati Romani, in Regulas Cancellariæ
Apostolicæ S AN CTI SSIMI D. NOSTRI
IULII TERTII Pontificis Maximi

+ Commentaria +

CVM DVPLICI INDICE, QVO-
rum alter propriam cuiusq; Regulæ materiam bre-
uiter ostendit: alter uerò omnia in Com-


Hern. Valaguer Commentarijs memoratu digna or-
desalzedo dine complectitur. *fronters del Hospital*
delapay,

Ne turbata uolent rapidis oracula uentis.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. O. C. So N. 18.

Cum Priuilegio summi Pontificis Iulij tertij, Regis Franciæ,
& Illustriss. Senatus Veneti ad annos XX.



del Colegio Mayor de San Ildefonso de R. 7865

+ Q V I N T I L I A N H +

MANDOSII IVRECONSULTI,

Aduocati Romani, in Regulas Cancellariæ

Apostolicæ S ANCTISSIMI D. NOSTRI

IULII TERTII Pontificis Maximi

+ Commentaria +

CVM DVPLICI INDICE, QVO

rum alter propriam cuiusq; Regulæ materiam bre-

uiter ostendit: alter uerò omnia in Com-

Hern. Valaquez *mentarijs memoratu digna or-* *fronters del Hospital*
de salzedo *dine complectitur.* *de la paz,*

Ne turbata uolent rapidis oracula uentis.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. O. C. So N. 18.

Cum Priuilegio summi Pontificis Iulij tertij, Regis Franciæ,
& Illustriss. Senatus Veneti ad annos XX.



MOTV Proprio &c. Cum sicut accepimus dilectus filius noster Michael Tra-
mezzius Bibliopola Venetus ad communem omnium, & precipue Iuris Stu-
dioforum ac Romanae Curiae pragmaticorum utilitatem sua propria impensa decisio-
nes Rotae ac Sacri Palatii nostri communes per titulos & rubricas distinctas nume-
ris & additionibus dilecti filij Camilli Melle ac nouo repertorio, necnon alias deci-
siones eiusdem Palatii per quondam Egidium Bellemeram dicti Palatii olim Audito-
rem recolletas similiter per titulos distinctas ac etiam Practicam Romanae Curiae
per dilectum filium Octavianum Vestrium iuris utriusque Doctorem ac in eadem Ro-
mana Curia causarum Sacri Palatii procuratorem editam & nuper per eundem Au-
thorem reuisam correctam & ampliata, formularium quoque procuratorum &
Aduocatorum Romanae Curiae pluribus additionibus refertum, & aliud formularium
instrumentorum, pluribus instrumentorum formulis nouiter adauctum necnon formu-
larium terminorum Rotae Sacri Palatii & regulas Cancellariae cum commentarijs
quondam Ladouici Gomez dum uiueret eiusdem Palatii Apostolici Auditoris siue Lo-
cumtenen. & Epi. Sarnen. similiter pluribus nouis additionibus & alijs ampliatis &
alia diuersa opera in utroque iure haecenus non impressa imprimi facere intendat, du-
bitetq; ne huiusmodi opera postmodum ab alijs absque eius licentia imprimantur, quod
in maximum suum prauiudicium tenderet. Nos propterea eius indemnitati consulere
uolentes Motu simili & ex certa scientia eidem Michaeli opera praedicta neque earum
aliqua per ipsum uel praemittitur imprimenda per decem annos post impressionem dic-
torum operum, ac quocumque siue ipsius licentia imprimi aut uendi seu uenalia tene-
ri possint concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus & singulis utriusque sexus
Christi fidelibus ubique tam in Italia quam extra Italiam existentibus praesertim Bi-
bliopolis & librorum impressoribus sub excommunicationis latae sententiae in terris
uero Sanctae Romanae Ecclesiae mediate uel immediate subiectis etiam Quingentorum
Ducatorum auri, & insuper amissionis librorum poena toties quoties contrauentum
fuerit ipso facto & absque aliqua declaratione incurrenda pro una eidem Michaeli
loco damnorum pro alia Hospitali Sancti Iacobi incurabili. de urbe, pro alia uero
tertij partibus Camerae Apostolicae, applicandis penis prout nos ex nunc prout ex tunc
applicamus intra decennium ab impressione dictorum operum respectiue computan-
dum dicta opera tam iuris Ciuili quam Canonici actenus non impressa & per ipsum
Michaellem imprimenda, sine eiusdem Michaelis expressa licentia dicto decennio du-
rante imprimere uendere seu uenalia habere uel proponere audeant Mandantes uni-
uersis uenerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis Episcopis eorumq; Vicarijs in
spiritualibus generalibus & in statu temporali Sanctae Romanae Ecclesiae etiam Lega-
tis & Vicelegatis sedis Apostolicae ac ipsius status gubernatoribus, ut quoties pro ip-
sius Michaelis parte fuerint requisiti uel eorum aliquis fuerit requisitus eidem Mia-

chaeli efficacis defensionis praesidio assistentes praemissa ad omnem dicti Michaelis requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras ecclesiasticas etiam saepius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ceteris contrarijs quibuscunque. Et insuper quia difficile admodum esset praesentem Motum proprium ad quae loca deferri uolumus & Apostolica auctoritate decernimus ipsius transumptis uel exemplis etiam in ipsis operibus impressis plenam & eandem prorsus fidem ubique tam in iudicio quam extra haberi quae praesenti originali haberetur & quod praesentis Motus proprii sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio & extra regula nostra in contrarium edita non obstante & ne de praemissis, aliquis ignorantiam pretendere possit quod praesens Motus proprius in acie Campi Floris et in ualuis Cancellariae Apostolicae huius Aline urbis affigatur & ibidem per affixionem publicetur & quod sic affixus & in ipsis operibus pro tempore impressis perinde arctet omnes quos tanget ac si eisdem personaliter intimatum foret expresse uolumus, & mandamus irritum & inane quicquid secus attentare contigerit praemissi omnibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

P L A C E T I.

Anno à natiuitate Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Indictione nona Die uero Quarta Mensis Februarij Pontificatus sanctissimi Domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papae tertij anno eius primo. Retroscriptae litterae publicae & affixae ac notificate fuerunt in Acie Campi Floris & ualuis Cancellariae per me Maturinum Menaudi Cursorem.

Io. Freille magister Cursorum.

1553. Die 24. Octobris. In Rogatis.

Che al fidel nostro Michele Tramezzino sia concesso, che per spatio de anni uinti prossimi altri che lui, ò chi harrà causa da lui non possa stampar, ne stampar a uender senza permissione sua, ò de chi harrà causa da lui, si in questa Città, come in altra Città, Terre, & luoghi nostri i Commentarij di D. Quintiliano Mandosio sopra le Regole di Cancellaria del moderno sommo Pontifice Giulio tertio, sotto la pena alli contrasfacenti nella supplicatione sua contenuta, essendo egli obligato di osservare quanto è per le leggi nostre disposto in materia di stampe.

M. Antonius Donino Duc. Not.

Henry par la grace de Dieu Roy de France au preuost de Paris Seneschal de Lion est à tous noz autres seneschaux, baillifz, preuostz, Iusticiers et officiers ou leurs lieutians quil appartiendra salut et dilection. Scauoir uous faisons que nous inclinans liberallement à la supplication & requeste que faite nous à esté. De la part de noz chers & bien aimez Francois & Michel Tramezin freres libraires demourans à Venise est à ce quilz ayent le moyen de eulx rambourser & recompenser des fraiz quil leur a conueni faire à Imprimer ung liure Intitulle Regule Cancellariae cum commentariis Quintiliani Mandosii. Pour ces causes ste autres à ce nous mouuans. Auons Inhibe & deffendus Inhibons & deffendons à tous libraires Imprimeurs de cestuy nostre Royaulme pais, terres, & seigneuries de nostre obeissance quelz quilz soient, que iusques au temps & terme de dix ans commencans au iour & date de ces presentes. Ilz nayent à Imprimer ou faire Imprimer le dict liure ne icelluy mettre ne exposer en uente durant le dict temps, sinon ceulx qui seront Imprimez par Iceulx Francois et Michel Tramezin freres, est ce sur peine de confiscation des dictz liures & damende arbitraire. Si uous mandons, commettons, & enioingnons à ung chascun de uous endroit soy & si comme à luy appartiendra que selonc est en suiuant nos dictz permission, octroy, & uoulloir, uous faictes, est faictes faire expresses Inhibitions, et deffences de par nous sur les peines cy dessus indictes & autres que uerrez estre à imposer à tous Imprimeurs et libraires demourans en uoz destroictz et Iurisdictions que par cy apres ne aient aucuns deulx à Imprimer ou faire

ou faire Imprimer mettre ne exposer en uente durāt les dictz dix ans, le dict lurre, est si apres les dictz cōmandemens faictz uous trouuez aucuns contreuens à iceulx, proceddez a lencontre diceulx par condampnation des dictz peines est autrement ainsi que uerrez estre à faire selon lexigence des cas.

Nonobstant oppositions ou appellations quelconques et sans preiudice dicelles. Pour lesquelles ne uoullons estre differé de ce faire, uous auons donne et donnons plain pouuoir püssanzte auctorite commission et mandement special. Mandons et commandons à tous noz Iusticiers officiers et subiectz que à uous en ce faisant soit obey. Donne à S. Germain en laye le. xxij. Jour de Septembre. Lan de grace Mil cinq cens cinq quante troys et de nostre Regne le septieme.

Par le Roy en son Conseil esta-
bly pres la Royme.

Coignet.

DIVO IULIO III. PONT. OPT. MAX.
QVINTILIANVS MANDOSIVS.



A C H A E V S Paruæ Vir stature, ut Deum hominem pertranseuntem uideret, arborem ascendit: Moses omnium pulcherrimus Deum inuisibilem allocuturus, eiusque responsa accepturus, ac Populus relaturus, montem scandendo gloria Domini fruitus est, rursusque in castra descendit, necessitatibus Populi prouisurus. Horum ego, qui ad radices tui sacri montis, dum tu diuine Princeps, Populi iura dares, admirans astabam, tantis exemplis excitatus, ueloci cursu ad cacumina usque montis euectus, sacrarum tuarum legum tabulas suscepi, mecumque milles reuoluens, illas Populis tuis Romanis, & exteris interpretandi, declarandi, ac earum sensus abstrusos aperiendi, graue pondus pro uirili assumpsi, libellumque hunc ex inde confeci, quem excudendum iam typographo traditum, sacratissimo numini tuo dedicaui: ut foelicissimis maiestatis tuæ auspicijs, ueluti clipeo quodam adamantino munitus, pro utilitate omnium, in omnium manus prodire audeat. Munusculum igitur hoc nostrum, qualecunque est, ne asperneris obsecro, ac foelix uiue.

INDEX REGVLARVM OMNIVM CANCELLARIARVM
 Apostolicarum, quæ his Commentarijs explicantur, breuissimè ma-
 teriam cuiusque, & quæstionum numerum continens.

- | | |
|----|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 | Regula. Reseruat Extrauagantes Ad regimen, & Execrabilis. conti-
ner quæstiones X. fol. 1 |
| 2 | Regula. Reseruat Cathedrales Ecclesias ualorem ducentorum flore-
norû excedentes. & cõtinet quæst. IIII: fol. 19 |
| 3 | Regula. Reseruat dignitates maiores post Pontificales, & principales
In Collegiatis: necnon conuentuales, & præceptorias om-
nes exceptis militiarû: ac beneficia suorum familiarium,
& Cardinalium, etiam ante familiaritatem obtenta. &
continet quæstiones XV. fol. 26 |
| 4 | Regula. Reseruat beneficia Collectorum, & Subcollectorum. & con-
tinet quæstiones VII. fol. 54 |
| 5 | Regula. Reseruat beneficia Curialium, dum Curia transfertur. &
continet quæstiones V. fol. 66 |
| 6 | Regula. Reseruat beneficia Cubiculariorum, ac Cursorum suorum:
& continet quæstiones V. fol. 76 |
| 7 | Regula. Reseruat beneficia S. Petri, S. Ioannis Lateranensis, S. Mariæ
Maioris de Vrbe Ecclesiarum, ac beneficia Cardinalium
à Romana Curia absentium. & continet quæstio-
nes IIII. fol. 84 |
| 8 | Regula. De Concessionibus expediendis in forma Rationi congruit.
& continet quæstiones VI. fol. 92 |
| 9 | Regula. Reseruat omnes Ecclesias, quas prædecessores tempore obi-
tus reseruauerant, & beneficia nunc uacantia, tanquam
affecta. & continet quæstiones VI. fol. 102 |
| 10 | Regula. Reualidat literas gratiam, uel iustitiam continentes, ac resti-
tuit in pristinum statum ad exequendum, ac si inchoatio
infra annum facta fuisset. & continet quæstio-
nes V. fol. 111 |
| 11 | Regula. Reuocat omnes expectatiuas, & reseruaciones etiam menta-
les, & coadiutorias, & facultates nominandi. & conti-
net quæstiones XIII. fol. 127 |
| 12 | Regula. Reuocat omnes uniones, quæ non sunt fortitæ effectum.
& continet quæstiones VI. fol. 144 |
| 13 | Regula. Reuocat facultates concessas quibuscunque. & conti-
net quæstiones VI. fol. 155 |

- 14 Regula. Reuocat facultates à predecessoribus concessas ordinarijs de conferendo beneficia generaliter reseruata. & continet quæstiones VI. fol. 164
- 15 Regula. De Dictionibus numeralibus in literis Apostolicis ponendis. & continet quæstiones V. fol. 175
- 16 Regula. De Concurrentibus super beneficio iuxta qualiratem. & continet quæstiones XLIIII. fol. 183
- 17 Regula. De non tollendo ius quæsitum per quancunque commissio- nem. & continet quæstiones VIII. fol. 265
- 18 Regula. De ætate pro Canonicatibus, XIIII. annorum in Cathe- dralibus, X. autem in Collegiatis. quæ continet quæstiones XIII. fol. 278
- 19 Regula. De infirmis sua beneficia resignantibus. & continet quæstiones XX. fol. 314
- 20 Regula. De Idiomaie loci Ecclesiæ Cathedralis, intelligendo ab eo, cui conceditur. & continet quæst. X. fol. 383

QVINTILIANI
MANDOSII ADVOCATI
ROMANI IN REGVLAS
CANCELLARIAE APOSTOLICAE

SANCTISSIMI D. N. IVLII TERTII

PONTIFICIS MAXIMI

Commentaria,

Proœmium.



REGVLAS Cancellariæ Sanctissimi Domini nostri D. Iulij Papæ tertij pro uiribus Deo fauente interpretaturus, omisis plerisque, quæ præmittuntur per Alfonso Sotto Antiquum illarum commentatorem, & nouissimè per R. D. Sarnensem, qui optimo ordine, & copioso stilo super tresdecim ex illis scripsit: ultra quos neminem, præter R. D. Guilielmum Cassadorem super quatuordecim inuenio, qui profundū huiusmodi pelagus intrare uoluerit, iuxta illud, Apparent rari nantes in gurgite uasto. Præmitto pro Nouis in Curia, † quòd in compositione regularum Cancellariæ maxima cura & prudentia adhiberi solita semper fuit. Pro illis enim consiciendis (ut refert Cassado. deci. 3. nume. 2. sub titulo de Reseruatio.) conueniunt duo Rotæ Auditores antiquiores, totidem Aduocati, ac Procuratores magis docti & practici cum alijs. Vnde dicendum est illas componi cum ea, qua decet maturitate & prudentia, tanto magis sub hoc sacratissimo Principe omnium in omnibus peritissimo. Ut meritò nunc uerè dici possit iuxta sententiam Platonis Philosophorum principis; Τυμ δεινικε fore beatas Respublicas, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent omne suum studium in doctrina & sapientia

** ij

2 **piencia collocassent. Quam sententiam extollit Cice. in prima Epistola ad Q. Fratrem lib. primo circa medium. ibi, Atque ille quidem princeps ingenij &c. Siquis etiam ultra per prefatos annotata scire uoluerit, † An Regula Cancellariæ sapiant naturam legis, An ligent extra Curiam, An perpetuè durent, uidere poterit per Fran. Pauli. super proem. extrauagan. fol. 22. in uers. Regula Cancellariæ: per Feli. in c. ex parte el. primo, de rescrip. in uers. de diuersorum librorum. ibi, Regula Cancellariæ &c. col. penul. per Deci. in l. 1. nume. 74. ff. si cert. petat. in secunda lectu. quæ est mihi fol. 56. & per Stepha. Bertran. consi. 287. uiso casu nume. n. uers. & quia Regula Cancellariæ uolu. primo, & consi. 292. uis. copijs num. 8. uers. & quamuis Petrus nolu. tertio. Præmitto etiam secundum Cassador. decisio. prima de Restitutio. spolia. in fi. quod † quælibet Regula est
 3 unus. §. ex quo infertur, quod † decretum irritans positum in fine septima
 4 Regula refertur ad omnia præcedentia, & sic quod omnes istæ septem Regula Reseruatoriæ habent decretum irritans. de cuius decreti effectu dicam super dicta septima Regula, ubi melius cadit eius discussio. Hunc locum à nemine alio inueni tactum, quod fit, ut si uelim super hoc discutere, periculosum mihi arbitrari debeam: tanto magis in Curia Romana, ubi homines de partibus peritissimi & excellentissimi in primo eorum accessu non respondeant quasi pro mediocribus: & ipsemet Cassador. relinquit cogitandum, asserens passum dubium. Si uerò pede sicco pertransiero, in uanum laborasse censebor. Mediam igitur uiam eligens, aliqua subdam, animo alios incitandi potius, quam pedes figendi. Altius igitur exordiendo, præmitto pro Nouis, quod in iure
 5 habemus istos terminos uidelicet, † Volumina, Libros, Titulos, Leges, Capitula, Paragraphos, Versiculos, Clausulas. Et breuiter Volumen, siue Codex pluribus inodis capitur, & aliquando importat plures libros. Aliquando Liber infert plura Volumina. Aliquando idem est Volumen & Liber, iuxta tex. in l. librorum in prin. & §. 1. ubi etiam Bar. in Authen. de Trien. & semif. colla. tertia, cum glo. in uer. Codices, quæ exponit, id est libri, subdens, Nam Codex generaliter omnis liber dicitur. optime per Alcia. in titulo de uerbo. signifi. lib. quarto nume. 41. uers. octauo librum interpretatur, dum defendit Vlpianum à morsibus Laurentij Vallæ. poterit igitur dici Volumen, siue Codex corpus unum in iure continens plures libros particulares, ueluti Infortiatum diuisum in plures libros: & quilibet liber diuiditur in plures Titulos, sub suis Rubricis: quilibet Titulus in plures Leges, siue in plura Capitula (si de iure canonico loquamur) & quælibet Lex, siue quodlibet Capitulum in plures
 §. §. & quilibet. §. potest habere plures Versiculos: & quilibet uers. plures Clausulas,**

Clausulas. Faciunt pro aliquibus ex præmissis nota. per Ange. Areti. in proem. Insti. in ultri. quæstio. nume. 12. dum declarat, quando sit locus cõtinuationi Rubricarum. Et quantum ad dictionem Capitulum potest intelligi duobus modis, uno uidelicet, quod sit una lex, ut præmissi, & prout sunt omnia capitula Decreti & Decretalium, & sic intellexit Archidiaco. super Decre. in proem. incipit Concordantia &c. num. 8. uers. item quædam capitula sunt datæ sententiæ &c. & glo. in c. uni. de postu. præla. §. sub ea in uer. sic. ibi, quare sic diuisisset istud capitulum lib. 6. Alio modo intelligit & declarat Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. ff. de libera. lega. nume. 1. uers. quare dic latius & melius nume. 3. uers. quæro qualiter intelligatur unum capitulum &c. & Alexan. in l. & si pepercit. §. filius nume. 8. ff. de libe. & posthu. Et rediens ad rem nostram, † Paragraphus dicitur à *παρά* & *γράφω*. Quæ uerba latinè sonant diuisio scripturæ, prout etiam declarat Archidiaco. super Decret. distinct. 1. humanum genus nume. 10. uers. hinc Isidorus &c. Vel secundum uerorem interpretationem *παρά**γράφω*, id est circumscribo, siue præscribo, unde *παρά**γράφω*. Et quando debeat dici. §. uersiculus, & litera grossa, declarat Bart. in dicta. l. & si pepercit. §. filius nume. 9. uers. ultimo, ex hoc. §. &c. Vbi concludit quod si est unum capitulum, non potest esse. §. intra illud: sed dum incipit aliud capitulum potest esse. §. & Alexan. ibidem nume. 8. uers. & in quantum Bartho. hinc dicit, quod. §. &c. Facit præallega. glo. in uer. sic in c. unico. §. sub ea de postu. præla. lib. 6. post medium. Ex quibus concluditur, quod tunc debet esse. §. quando in eadem. l. uel eodem capitulo tractantur diuersa. Applicando igitur ad casum nostrum subijciam aliquas quæstiones.

PRIMA QUÆSTIO. An Regula Cancellariæ sint tot. §. §. uidelicet quælibet Regula unus. §.

SECUNDA QUÆSTIO, An quælibet ex primis septem Regulis, censeatur habere Decretum irritans?

TERTIA QUÆSTIO, An Decretum positum in septima Regula extendatur ad omnes alias Regulas sequentes, uel aliæ Regula intelligantur habere Decretum irritans?

QUARTA QUÆSTIO, An de iure dentur Reseruationes generales, & speciales?

1 PRIMO igitur quæro, An uera sit opin. Cassado. quod † Regula Cancellariæ sint tot. §. §. uidelicet, quælibet Regula unus. §. & arguendo à declaratione, siue interpretatione ad. l. ab executore. ff. de Appellatio. in prin. l. ut gradatim post princ. ff. de mune. & hono. Paris. consi. 157. nume. 39. uolu. 4. ex declaratione igitur Bart. & aliorum prædictorum, uiderur quod



quod singulae Regulae sint singulis §. cadentes inter diuersa capitula. In contrarium uidetur, quod sint sicut singulae leges, uel singulae constitutiones, pleraeque plures §. continentur, prout prima Regula de qua infra. Diuersum enim est capitulum Reseruatiōis per extrauagantem, Ad Regimen, à Reseruatiōe per extrauagantem Execrabilis. Vnde ibi, Ac reseruauit beneficia, quae per constitutionem patris me. &c. Videtur secundum praedicta posse esse §. Accedit, quod Regulae habent diuersas Rubricas, ueluti de Reseruatiōe, de Reuocatiōe, de Dictionibus numeralibus, & similibus. Vnde non solum, non uidentur posse nominari pro §. ex diuersitate materiarum titulorum, & Rubricarum, ad trahi. per Angel. in proem. Instit. col. ul. & alia supra adducta. Breuiter distinguere, & in illis septem Regulis sequen. de quibus Cassado. loquitur, dicerem ipsum bene locutum, tanquam sit una lex continens plures Reseruatiōes per §. & uersiculos distinctas. Quo uero ad alias Regulas, diuersas materias continentur, & sub diuersis Rubricis, existimarem non posse reputari pro §. huius primae legis continentis Reseruatiōes, sed bene pro §. legis, seu constitutionis contentae sub eadem Rubrica.

1 SECUNDO QUÆRO, descendendo ad utilia, † An quaelibet Regula ex septem primis infra positis censeatur habere decretum irritans? Et quo ad septimam non est dubium, quia expressè in ea ponitur, sed an referatur ad alias sex praecedentes? & concludendum est, quod sic, tum ex autoritate Cassado. tum quia clausula posita in fi. septimi §. debet referri ad omnes §. praecedentes †. l. talis scriptura. ff. de lega. l. & si pepererit §. filius & ibi Bar. col. 1. & 2. & Ias. num. 2. ff. de libe. & posthu. Feli. in c. causam quae nume. 4. in uer. clausula referatur, de rescrip. Deci. consi. 673. Consultationem in fi. Accedit, † quod stilius Cancellariae, qui declarat mentem principis, Feli. in c. in nostra correla. 20. de rescrip. Cassado. decis. 2. de Reseruatiōe. col. 4. in fi. num. 4. se habet, quod in omnibus Bullis prouisionum, beneficiorum reseruatiōum per Regulas Cancellariae, dicitur Dudum talia beneficia &c. Reseruauimus, irritum decernentes &c. & sic narratur reseruatio per Regulas, & decretum, & sic Cancellaria declarat, quod omnis Regula Reseruatiōis habeat

4 Decretum, & sic † ab usu patrisfamilias ad .l. uel uniuersorum. ff. de pigno. actio. l. qui semis. §. si. ff. de usu. l. haeredes palam §. sed & si notam, ibi uel ex consuetudine patrisfamilias. ff. de testa. Deci. consi. 441. praesens consultatio nume. 9. quaestio nostra pro parte affirmatiua remanet clara.

1 TERTIO QUÆRO, † An Decretum positum in dicta septima Regula, extendatur

extendatur ad omnes alias Regulas sequentes, uel alia Regula ex praemissa ratione, uel alio respectu intelligantur habere huiusmodi decretum irritans? Et breuiter distinguo. aut apparet quod aliqua Regula habeant Decretum huiusmodi, prout habent quasi omnes, quae sunt de dandis, & quae concernunt iudicia, per D. Sarnen. super proem. quaestio. 2. nume. 14. & in fin. quaestio. & tunc sumus in casu indubibili. Aut aliqua Regula non habent tale Decretum, & tunc subdivido. Aut tales Regulae, quae non habent Decretum non sunt iudiciales, nec sunt de dandis (quae per Commentatorem quasi in omni Regula declarantur, an sint de dandis, uel non) sed tantum respiciunt modum expeditionis faciendae per Cancellariam, seu alias, uel sunt tales quibus non competit decretum. exemplum dari potest super Regula Rationi congruit, quae est octaua, & super Regulis de potestate Vicecancellarii uidelicet, super prima de absolutione scribentium ignoranter super supplicationibus, uel Bullis, super 2. de correctione nominum, super Altari porratili conceden. & similibus, super quibus non cadit tale decretum. Ultimo casu, quando sunt Regulae iudiciales, & de dandis, non habentes expressè Decretum, & tunc quia sunt posita inter alias praecedentes & subsequentes habentes Decretum, crederem quod intelligantur illud habere tanquam Decretum in praecedentibus & subsequen. postquam ad alias referatur: tum quia sint tanquam §. ad supra deducta, tum quia † posita in medio se ad superiora & inferiora extendant, praesertim quando est eadem ratio de medijs ad praecedentibus & subsequentibus. dicta. l. & si pepererit §. filius & ibi Bar. praesertim nume. 7. ibi quod intellige si non sit aliqua ratio, propter quam magis debeat referri ad unum capitulum, quam ad aliud. & ibidem Ias. nume. 2. ff. de libe. & posthu. Abb. Antiq. in c. secundo requiris de Appellatio. in princ. & Abb. Panor. nume. 4. in quarto nota. & ibi Deci. in 2. nota. & nume. 3. qui ponit Regulam & decem limitationes. & consi. 14. & pro tenui col. 3. uerfi. praeterea illud Iaso. in l. l. nume. 4. & sequen. C. de libe. praeterea. Vbi similiter ponit Regulam & duodecim limitationes. & Feli. in c. causam, quae nume. 4. in uer. clausula de rescrip. qui etiam ponit Regulam, & octo limitationes & mirandum, quod isti tres ultimo allegati dicant quasi idem, & unus aliorum non faciat mentionem.


QUARTO pro intelligentia Regularum super Reseruatiōibus, QUÆRO
1 † cum fiat mentio de Reseruatiōibus generalibus & specialibus, an de iure procedant, & probentur? Breuiter dico, quod datur reseruatio specialis, & altera generalis: de prima loquitur Rot. in Antiq. 788. & dicitur specialis &c. Feli. in c. in nostra §. Correla. de rescri. De genera-

Illoquitur Rot. 338. in Nou. si mandetur circa medium. & de utraque lo-
quitur glo. ordi. super prima Regula. Mil. in reperito. in uersu. Reseruatione
quando dicatur generalis. & latissimè Aene. de Falco. in tracta. Reser-
uatio. fol. 6. in 2. quæstio. principali, ubi plura cumulat, quæ uideri pos-
sunt. Vnum tamen addo, quòd siue sit reseruatione specialis, siue gene-
ralis habens Decretum irritans equiparantur, & idem operantur. & ita
obseruat Rota, ut refert, & firmat Cassado. decis. 1. de cau. possess. &
propri. & deci. 1. de restitu. spoliato. præsertim ante numerum tertium.
Non tamen negari potest, quòd in aliquibus inter se non differant, pro-
ut per Cassado. quæstio. 31. sub titulo de Decretis reseruationum. Videat-
ur omnino D. Sarnen. in tracta. mandato. de prou. num. 114. & sequen-
tibus ubi de utraque reseruatione uidelicet generali & speciali.

Regula Prima.



N PRIMIS Reseruationes fecit similes illis,
quæ in constitutione fe. re. Benedicti Papæ
xii. quæ incipit Ad regimen, continentur: & il-
las locum habere uoluit, etiam si officiales,
in eadem constitutione expressi, apostolicæ
sedis officiales ante obitum eorum esse desierint, quo ad be-
neficia, quæ tempore quo officiales erant, obtinuerant. Ac
reseruauit beneficia, quæ per constitutionem piæ mæ. Ioan.
xxii. quæ incipit Execrabilis, uacant, uel uacare contigerit.



REGULA ista diuiditur principaliter in duas
partes, In prima approbat reseruationes fa-
ctas per extrauagan. Ad regimen: seu facit si-
miles reseruationes. In secunda, quæ est ibi,
Ac reseruauit beneficia &c. approbat reserua-
tiones, per extrauagã. Execrabilis. Rursus pri-
ma pars subdiuiditur in duas partes, secunda
ibi, Et illas, quæ uenit declaratiuè seu amplia-
tiuè. Nam declarat seu extrãdit habere locum
reseruationes etiam in his, qui desierunt esse officiales &c. Et quia mate-
ria extrauagantium, de quibus hic, est latiss. & utilis, descendam ad quæ-
stiones aliquas, & primo circa concernentes extrauagantem Ad regi-
men Bene. xij. positam inter communes sub titulo de præben.

PRIMA Quæstio, An regula ista, quo ad extrauagantem Ad regimen, esset
necessaria.

SECUNDA quæstio, An ista regula contineat omnia, quæ dicta extraua-
gans Ad regimen.

TERTIA quæstio, An Reseruationes huius Regulæ obtent agentis posses-
sorio, ne restituendus ueniat.

QUARTA quæstio, An Auditor cameræ, & eius Locumtenens compre-
hendantur inter officiales in extrauaganti Ad regimen contentos.

QUINTA quæstio, An Accoliti de numero participantium compre-
hendantur in extrauagan. Ad regimen sub uerbo capellanorum.

SEXTA quæstio, An Accoliti à Legatis creati comprehendantur sub dicta
extrauaganti, & sic sub ista Regula.

SEPTIMA quæstio, An reseruata per finem Regulæ, & sic per extraua-
gan-

A



gantem Execrabilis, ueniant in facultate generali de conferendo beneficia qualitercunque uacantia, etiam indebitè occupata.

OCTAVA quæstio, An extrauagās Execrabilis, & sic Regula ista, & aliæ Regule referuatoriæ comprehendant beneficia iuris patronatus.

NONA quæstio, An Regule referuatoriæ, & sic etiam extrauagantes Ad regimen, & Execrabilis, comprehendant Hospitalia.

DECIMA quæstio, An referuatio Regule huius sit eadem cum referuatio nibus extrauagantium Execrabilis, & Ad regimen, & aliarum Regularū, ad effectum ut expressis referuationibus unius ex extrauagantibus, ueniant, illæ alterius extrauagantis, & Regule huius, & aliarum: & è contra expressis referuationibus istius Regule uel aliarum, ueniant omnes aliæ etiam in extrauagantibus contentæ: uel simpliciter nulla facta mentione extrauagantium uel Regularum, expressis referuationibus Papæ, uel sedis Apostolicæ, ueniant omnes prædictæ.

PRIMO Quæro † An ista Regula quo ad extrauagantem Ad Regimen esset necessaria: & omnia disputatione Glossatoris super hac Regula, cōcludo, quod casus iste est clarus pro parte affirmatiua per textū in dicta extrauagan. ante si. ibi donec miseratione diuinæ clementia nos uniuersalis ecclesiæ regimini præsidere concesserit. facit Rot. Cassado. 3. de consuetu. nu. 3. Paris. consil. 19. mortuo Episcopo & c. nu. 20. & sic pater, quod

2 nisi Pontifex pro tempore innouaret seu confirmaret, effectus & referuationes dictæ extrauagantis expirassent, & propterea quilibet Pontifex eam innouat dicta deci. Cassado. & iam sunt centum anni & ultra, quod huiusmodi Regula fuit semper in obseruantia, prout etiam testatur Paris. in dicto consil. num. 18.

SECUNDO Quæro † An ista Regula contineat omnia, quæ dicta extrauagans Ad regimen: & pro parte negatiua facit, quod in hac regula uidetur tantum Papa disponere circa referuationes ex causa officialium. unde tantum uidetur referuare seu innouare respectu officialium, ibi & illas locum habere uoluit, etiam si officiales & c. quasi ex istis uerbis demonstratur intentio constituentis seu innouantis. Nam † ratio trahit ad se totum dictum, & in sui naturam cōuertit. Bal. in l. conuentulam col. 5. ante num. 6. C. de Episc. & cleri. Cur. in tract. Testium conclu. 41. Contraria pars est uerior, quod immo omnes referuationes ibi factæ, tam per obitū Cardinalium, quàm promotionē, quàm priuationē, seu depositionē, & alias, ut ibi, censeantur innouatæ per hanc Regulam. Nam † faciendæ referuationes contentas in dicta extrauaganti, omnes illas facit, quæ sunt ibi. l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstra. l. Affe toto. ff. de hære. In

3 firu. Bar. in l. i. ff. de recepta. in. l. j. ff. si fam. sur. feciss. dica. & in. l. si quis seruum. s. si. uers. sed quæro testator. ff. de lega. ij. & quod omnia ibi posita cen-

ta censeantur repetita, faciunt nota. per Deci. consil. 19. col. 3. in uers. statutum. & consil. 341. col. 3. ante med. ibi perinde habetur, ac si omnia & singula specificata fuissent & c. Nec obstat dictum Bald. & Cur. de quo supra, quia ille uersiculus, Et illas locum habere & c. non est positus pro ratione seu pro restrictione, sed pro ampliacione contentorum in dicta extrauaganti, quasi uelit dicere Regula, Omnes illas referuaciones positas in dicta extrauaganti uolumus locum habere, & cum inter alias ibi positas contineantur illæ, quæ per obitum officialium & c. declaramus seu extendimus etiam ad officiales, qui esse desierunt ante obitum.

1 **TERTIO** Quæro † An Referuaciones huius Regule obtent agentis possessorio, in tantum quod propterea restituendus non ueniat. Et præmit-

2 to pro Nouis in curia, quod † differentia agendi spolio in profanis & in beneficialibus est, quod in profanis datur indistinctè restitutio absq; probatione alicuius tituli colorati, secus uerò est in beneficialibus. Rot. in Antiq. 7. Nota quod ubi agitur possessorio & c. & 46. Nota quod ubi & c. & 393. in no. si A. conferat & c. num. 2. & seq. Pro parte affirmatiua quod obtent, facit Rot. in No. 16. si contra agentem possessorio & c. & in Antiq. dicta deci. 7. Nota quod ubi agitur, ante fin. & 474. Nota si agentis Belleme. 342. in si. faciunt tradita per Cassado. deci. i. de Restitu. spoliato. qui idem replicat deci. 7. super Regulis, ante numerum 4. Corse. in tract. fal. len. ad Regulam Spoliatus ante omnia in. 4. limita. latè per Ene. de Falco. in tract. Referuatio. in. xi. effectu. Pro parte uerò negatiua plura faciunt, & inter alia, quod exceptio seu obiectio huiusmodi uidetur respicere petitorium, debet igitur referuari in petitorio. l. naturaliter. s. nihil commune. ff. de Acqui. poss. Insuper pro hac parte facit supradicta deci. 16. in No. secundum distin. quam ibi dat Collectaneus col. 2. in uers. mihi autem uidetur, quod quando principaliter possessorio tantum agitur, referuaciones huiusmodi non obtent, secus si agatur simul possessorio & petitorio, Et pro hac parte negatiua & pro concordia opinionum uidetur posse distingui, Aut sumus in referuacionibus notoriis, & contentis in corpore iuris, prout sunt aliqua de quibus in dicta extrauaganti Ad regimen, & in. c. 2. de præben. lib. vi. Vel etiam loquimur de specialibus referuacionibus ad certum beneficium, & tunc procedat prima opinio, Aut sumus in Referuacionibus generalibus per huiusmodi Regulam, ac dictam extrauagantem, quæ tunc non sint inductæ etiam per alia iura, ut dici possint in corpore iuris contentæ: & hoc casu procedat secunda opinio pro parte negatiua. facit Rot. in Antiq. 782. Dic, quod ordinario iuncta decl. immediatè seq. Cassad. deci. i. de cau. poss. & proprie. Faciunt tradita per Feli. in. c. in nostra de Rescrip. correla. s. uers. postea reperio, & ita distinguit & firmat Io. de Syl. in tract. Beneficij, 3. par. quæstio. xi.

num. 35. uers. potest dici quod tunc &c. Verum, quia prædictæ distinctiones non carent scrupulo per ea, quæ infra dicam, cogitabam an esset locus alteri distinctioni, quam postea subiciam. Et perquirès quæ sit ratio, quod † Reseruatō obstat agenti spolio, reperi Sozzi. in l. Rem quod nobis col. x. uers. sed tamen considera. ff. de Acqui. poss. dicentem quod reseruatō tunc agenti spolio obstat, quando de ea notoriè constat, & nil releuans contra illam opponitur: quasi uelit inferre, quod cum notoriè constet de non iure agentis spolio, propterea restituendus non ueniat, & sic ex opi. Sozzi. ubi supra uidetur sustentabilis distinctio supra posita. Postea autem reperi melius considerans, quod Sozzi. aliter concludit in eadem col. uers. Vnde possumus dicere, & sic primum eius dictū bene intellectum procedit secundum opi. aliquorum: in secundo uerò eius dicto figit pedes concludendo, quod ratio, quare Reseruatō repellit spoliatum ea est, quia inficit possessionem, & ideo omnia concernentia uerificationem reseruationum sunt admittenda, licet tangant petitorium, quia fiunt ad effectum annullandi possessionem. Et quod † Reseruatō inficiat possessionem, ultra decisiones supra allegatas, tenet Abb. in c. in literis num. 28. uers. & ideo dicunt. & in c. item cum quis col. 2. de Restitu. spolia. Falco. in tract. Reserua. in xi. effectu num. 3. uers. quia ut dicit Rota fol. 37. immo nedum naturalem & ciuilem, sed etiam detentationem. Rot. Bisignet. i. de Restitu. spolia. col. 2. uers. Nam antequam sibi in uirtute reseruation. &c. & ita quod † Reseruatō qualibet cum

vi. sup in fi. proemij

Decreto nulla facta distinctione An in corpore iuris clausa, an notoria uel non, afficiat indistinctè possessionem, adeo quod quis restituendus non ueniat, concludunt, quicquid Collectaneus teneat, in dicta deci. 16. in No. Sozzi. ubi supra, & Bal. Nouel. in Reperitio. §. nihil commune in l. naturaliter. ff. de Acqui. poss. in. 20. fallen. & ibi Sozzi. & Rip. in. xi. limitatio. Ista igitur pars uidetur tucior, sed considerabam an esset locus distinctioni, uidelicet quod Aut est dictum & oppositum de Reseruatione & sic de infectione possessionis antequam sit probatum spoliū, & antequam causa super spolio sit instructa: & hoc casu procedat proximè dicta, quod Reseruatō omnino possessionem inficiens, consequenter restitutionem à spolio excludat. & ratio rationis est, quia uerum est dicere talem cui Reseruatō obstat, non esse uerum possessorem. Aut per petentem restitui facta est plena probatio super spolio, & quis ad impediendum Restitutionem nouissimè obicit de Reseruatione: & hoc casu tali exceptione non obstante restitutioni locum esse, reseruata postea discussione exceptionis in petitorio: & ita non esse de mente Compilatoris in dicta deci. 16. in No. uers. mihi autem in primo casu usque ad uers. non obstan. prædictis. facit Rip. in dicto §. nihil commune col. x. num. 71. uers.

uersi. tertio fallit. Et ita audiui obtinuisse excellentissimum tunc Aduocatum nunc dignissimum Roræ Decanum R. D. Fabium Accoram Bonum in una Columbrien. parochialis de Pennacoua coram bo. me. Thoma de Thanis de mense Martii 1541. Vbi exceptio execrabilitatis & sic Reseruationis, post spoliū probatum obiecta, fuit reseruata in petitorio causa, & sic execrabilis restitutus.

1 **QVARTO** quæro † An inter dictos officiales in extrauaganti Ad regimè contentos, comprehendantur Auditor camerae, & eius Locumtenens. istam quæstionem à nemine inueni tactam, nisi à Cassado. deci. 4. de constitutu. qui ante numerum. 5. tenet Auditorem camerae non comprehendit tanquam in extrauaganti non nominatum, & multo minus comprehendit Locumtenentem etiam non nominatum: & per alias rationes de quibus in tora illa deci. & quo ad Locumtenentem, quod non comprehendatur, licet Cassado. loqui uideatur de Locumtenen. seu Vicegeren. Auinionis præpositi, mihi uidetur clara resolutio per rationes quas dat ipse Cassad. quæ sunt generales quo ad omnes Locumtenentes siue Vicegerentes, & per aliquas rationes quas infra ponam. Remanet igitur dubium quo ad Auditorem camerae, & pro confirmatione dictæ opinionis facit

2 quod † Auditor camerae est Auditor camerarii glo. in cle. Ne Romani de electio. §. eo tamen in uer. Camerarium, ibi & Auditorem habet, cum qua transit Zabba. ibi. quæstio. 2. Cum autem non constet, quod gl. potuerit intelligere de alio Auditore, de isto necessariò intelligi debet, tanto

3 magis ab allusione uocabuli, argumento. l. i. §. appellara. ff. si cer. pera. l. Tugurium. ff. de uerb. sign. c. clericos 21. distin. Vnde Auditor camerae, quasi Auditor camerarii interpretandus est. & quod sit Auditor camerarii, tenet Feli. in c. personas de Appellatio. col. 3. num. 3. ibi & sicut camerarius de istis nō cognoscit, ita nec eius Auditor. & quod intelligat de Auditore camerae apparet, cum supra de eo præmiserit, dicendo quod non potest se intromittere &c. Cum igitur sit Auditor alterius, & alterius uices gerat, militabunt omnes illæ rationes dictæ deci. Cassado. quod Locumtenens, Auditor, seu uices alterius gerens non comprehendatur in hac dispositione: tum quia sumus in materia odiosa, Nam † Regulæ cancellariæ contra ius. & Reseruationes sunt odiosæ. Anchara. conf. 297. efficacibus in princ. Paris. conf. 19. num. 4. lib. 4. At † in materia correctoria & odiosa etiam ex idempnitare rationis non fit extensio, Aucten. quas actiones cum ibi nota, C. de sacro. Eccle. glo. in. cle. ut hii in uers. in eisdem, ante si. de Era. & qualira. Bar. in. l. si constante. ff. solu. matri. num. 38. & 43. Rui. conf. 3. lib. 5. num. 13. Insuper cum ut præmissi, sit Auditor camerarii, & alterius † uices gerens, non debet reputari prout alii officiales principales & de per se, & prout est is, quem repræsentat. facit dictum

10. And. in nouel. in. c. eam te col. 2. de Rescrip. ibi iurisdicção contra uices geren. & c. & Bald. in. l. Aliquando, ante numerum 5. in 9. quæstio. ff. de offi. Proconsul. latè Alex. in Rub. ff. de offi. eius num. 14. & Deci. in. c. fanè el. ii. de offi. delega. & sic uidetur, quod ista opinio sit tenenda. Tamē
 7 qui uellet contrariam tenere, posset respondere ad illud, quod † Auditor cameræ sit uices gerens alterius, ac Auditor camerarii, quod hoc non sit uerū, quia ab ipso summo Pontifice deputatur, & istud factum est clarum, & resolutio cuius sit Auditor, ut uoluit Zabba. supra allega. in d. s. eo tamen, dependet à facto & à stilo. Cum igitur clarum sit, quod nō sit alicuius Locumtenens, uel uices gerens, cessant omnia fundamenta in contrarium facta: & quandoquidem gereret uices Camerarii, cum à principe deputeretur, idem debet reparari & tractari, ac de eo idem iudicari debet, prout † de eo quem repræsenteret. c. præcipimus 93. distin. & ad nota. per Alex. & Deci. ubi supra, pulchrè per Ange. Areti. super Rubr. instit. de exceptio. num. 5. uersū. secundo ex dicta glo. Remanet igitur solum difficultas in eo, quod Auditor cameræ non est nominatus in dicta constitutione, ergo non debeat comprehendi: & miror quod super hoc An debeat cōprehēdi uel non, nulla reperiat hactenus declaratio.
 1 QVINTO querōt An in dicta extrauaganti comprehendantur Accoliti à Papa facti, & de numero participantū, sub illis uerbis capellanorum;
 2 & cum simus in † Reseruacionibus, quæ (ut dixi) sunt odiosæ & restringendæ, tanto magis quādo interpretatio non est facienda contra Papā tantum, consi. Gemi. 136. super primo & c. cir. princ. Cassad. deci. 4. de constitutio. num. 6. uidetur dicendum, quod Accoliti non comprehendantur, Tum quia non nominati: tum quia sub dicto uerbo capellanorum, sub quo solum dubitatio cadit, uidetur ex proprietate uocabuli, & ab effectu non posse comprehendi, & diuersos esse Accolitos à capellanis, Nam siue intelligamus capellanos presbiteros secundum communem usum loquendi, siue secundum iura interpretemur eos esse, qui custodiunt minores Ecclesias seu capellas in illis que ministrant, prout declarat Archidia. in. c. plures nume. 4. 16. quæstio. i. diuersi uidentur ab Accolitis: cum † Accoliti deurentur ad portandum cereum, quando cantatur Euangelium, & ad suggerendum uinum in Missa. 22. distinct. clericos
 4 ante si. in uersū. Accoliti. c. Accolitus distinct. 23. Insuper cum † superflua in iure rescētur. l. hæc stipulatio in fin. ff. ut lega. nomi. §. quibus in prima constitutio. C. cum simili. si sub nomine Capellanorum comprehenderentur seruietes in capella Papæ, prout etiam sunt Reuerendi Domini Auditores Rotæ, Cātores dicti Accoliti & alij, frustra specificasset dominos Auditores Rotæ sub dicto uerbo comprehētos. In contrarium, quod cōprehendantur, facit quia Accoliti de numero participantium tam in crea-

5 creatione, quān nominatione, & † ex ui seu sensu uocabuli: ad. l. Labeo. §. si. ff. de supellec. lega. l. Nepos Proculo cum glo. in uer. sensu. ff. de uerbo. signific. & etiam in effectu sunt ueri capellani, & pro ueris capellanis tenent, reputati, ac priuilegiati. Vnde merito in constitutione comprehēsi esse dicantur, immo † Arguen. à si de quo minus ad. c. si in laicis 38. distinc. c. cum per bellicam cir. medi. ibi quod si in mancipiis uel meritis & c. 34. quæstio. i. c. cum in cunctis in princ. ubi glo. in uer. multo fortius post princ. dat concordantes de electio. si in constitutione loquente
 7 de † capellanis Papæ comprehenduntur collectores & subcollectores extrauagan. Io. 22. Cum Matheus de hæret. iunc. dec. 207. licet iuxta ordination. & c. in Antiq. immo etiam cōprehenduntur notarii pœnitentiariæ Ro. Bellem. 566. Notarii pœnitentiariæ & c. quia inter officiales pœnitentiariæ nō inuenio notarios, multo magis igitur debēt cōprehendi Accoliti ueri capellani. Et tenendo hanc opi. non uidetur obstare argumētū de quo supra, quod Accoliti sint diuersi à capellanis, quia si loquimur de capellanis in genere, posset forsan argumētū procedere, sed nos loquimur de capellanis Papæ, de quibus in dicta extrauaganti cū Matheus, † quorum beneficia sunt reseruata. Rot. in Antiq. 572. Quidam Cardinalis & c. quæ est eadem Bisigne. §. de Renunciatio. in Antiquio. Nec etiam
 8 obstaret argumentum de superfluitate, ex quo præmisit de dominis Auditoribus Rotæ & aliis, & postea apposuit clausulam generalem, & aliorum quorumcunque capellanorum, quia enumeratis aliquibus speciebus gratia dubitationis tollendæ, non per hoc † restringitur genus subsequens, Bar. in. l. quæsitum. §. si quis fundum col. 3. num. 15. ibi fuit facta ex abundanti gratia dubitationis tollendæ. Insuper cum Auditores Rotæ sint personæ eminentissimæ, & speciali nota dignæ. Belle. 37. Vbi appellatur, ante si. uersū. ratio consuetudinis & c. latè D. Sarnen. in. 2. quæst. pro hæ. nu. x. Nō mirum si de eis expressa fuit facta mentio, etiam quod alias sub generalitate uerborum uenissent, iuxta illud sacræ scripturæ, Dicite discipulis, & Petro, ad gl. in Rubr. C. de seruitu. & aqua. Et cum Accolitus non sit quid maius expressis, propter generalitatem subsequentem uenire debet. c. sedes & ibi omnes de Rescrip. c. qui ad Agentum. §. i. de procura. immo etiam uenirent maiora expressis propter figuram uniuersale, & aliorum quorumlibet, facit glo. in cle. i. in uer. quauis alia de re. iudi. latè Feli. in dicto. c. sedes nume. 5. in. 4. declara. Quid concludendum sit in isto passu à nemine, quem uiderim hactenus tacto, satis dubito: tamen magis adhæreo secundæ opinioni, quod comprehendantur, prout etiam tenuerunt domini mei de Rota in una Leonardo. sancti Christophori in Aurata, coram R. D. Achille. 8. Aprilis 1549. & quod Accoliti sint capellani Papæ, sicut sunt domini Auditores Rotæ
 & clerici



& clerici camera, testatur etiam Prouinc. fol. mihi 61. à ter. in uers. Auditores Rotæ &c.

- 1 SEXTO Quæro consequenter, An Accoliti creati per Legatos comprehendantur in dicta extrauaganti Ad Regimen, & sic in Regula nostra. Pro parte affirmatiua uiderur facere resolutio Rotæ, de qua in si. proxima quæstionis. si. n. Accoliti sunt capellani Papæ, ergo & isti Accoliti. insuper cum dicta extrauagans loquatur generaliter de quibuslibet capellanis sedis apostolicæ, uiderur etiam hoc comprehendere, † generaliter enim uerba prolata generaliter intelligi debent. l. de precio. ff. de publicia. l. si seruitus. ff. de seruitu. urba. prædio. l. i. §. generaliter. ff. de lega. præstan. l. in fraudem. §. si. ff. de testa. milita. c. solite de maio. & obed. † Quæ Regula etiã procedit in dispositionibus odiosis, Calderi. consi. i. in prin. sub titulo de consangu. & affi. uers. sed potest responderi, quod licet, sit restringen. &c. Ange. Areti. in. l. si. ff. de consti. princi. col. fin. uers. Tertio queritur, cum quo transit Deci. consi. 5. in causa. D. Mariæ, ante si. † & tunc dicitur constare de mente legis generalis, quando in ipsa lege generali sunt uerba generalia & prægnantia, Ange. consi. 214. primo est uidendū col. i. uers. in contrarium probatur &c. & prout ibi ponderat uerba omnem & totam baliã secundum Iac. de Are. ita in tenui casu nostro ponderari possunt illa uerba in extrauaganti uidelicet & aliorum quorumlibet capellanorum sedis eiusdem, & cum Ange. transit Deci. consi. 301.
- 5 In causa quæ Ferrariæ, ante si. uers. & Adde quod uiderur obstare Quæ etiam Regula procedit non solum in dispositione odiosa, ut præmissi, immo odiosa & etiam exorbitanti, glo. magistra in. c. contra Christianos in uer. procedendum post medi. uers. contra uiderur cum apertè dicat &c. cum qua glo. transit Imol. in. l. si uero. §. de uiro col. 3. ff. solu. mari. & Alex. in Aucten. ex testamento col. si. ante numerum. 8. uers. Tamen hæc prima responsio. C. de collatio. per Areti. in. l. cum de lege. ff. de testa. Insuper dictum † uerbum quorumlibet est ampliatiuum, immediatos & mediatos comprehendens, prout notat glo. de uerbo cuiuscunq; in cle. si de beneficio in uers. cuiuscunq; de præben. glo. in cle. 2. in uer. quod cunq; de ui. & honesta. cleri. glo. in cle. i. de iudiciis in uers. quibuscunq; te. Roma. consi. 31. uis iis. Cur. iun. consi. i. & de hoc uerbo & similibus latissimè per Feli. in tracta. quando lire. aposto. notè. patro. in quarta ampliatio. Accedit quod cum extrauagans non distinguat aliquos capellanos ab aliis capellanis: si sub uerbo capellanorum Accoliti ueniūt, nec nos debemus facere differentiam aliquorum Accolitorum ab aliis Accolitis. † ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, præallega. l. de precio. ff. de publicia. glo. & Bar. in. l. 3. ff. de offi. Præsi. Bar. in. l. ea mente. ff. de far. c. Romanorum. 9. distin. c. quia circa de priuile. l. quamuis
- 2
- 3
- 4
- 6
- 7

- quamuis, & ibi Ias. in. j. nota. ff. de in ius uocan. Vltimo uiderur tex. in res minis nostris in. c. hi qui, in secundo responso, de præben. li. 6. ubi prouisus seu receptus à legato autoritate apostolica in ea parte sibi specialiter concessa, eadem autoritate apostolica prouisus seu receptus uiderur. Vnde talis Accolitus à Legato factus, autoritate apostolica, uiderur esse Accolitus sedis apostolicæ, & sic comprehensus sub nomine Capellanorum sedis apostolicæ. Pro parte uerò negatiua facit, quod in dicta extrauaganti nō nominantur Accoliti, sed nominantur Capellani sedis apostolicæ. unde interpretari prius, quod sub nomine Capellanorū ueniant Accoliti sedis apostolicæ, & postea facere secundam interpretationem, quod sub nomine Accolitorum sedis apostolicæ ueniant etiam Accoliti per Legatos creati, concurrerēt duo † specialia, quod esse non debet. l. j. cū glo. magna ante si. quam ibi Bart. communiter teneri dicit. C. de dormis. & dicta glo. ibi dupliciter exemplificat uidelicet, quod præsumeretur solemnitas, & quod incerta dos ualeret: & postea altero modo uidelicet, quod ex nudo pacto actio daretur, & quod ad incertam glo. in. l. cum post, in uer. gener. ante si. ff. de in. dor. Oldra. cōsi. 79. quod duo specialia &c. Facit etiam, quod † duæ fictiones non possunt circa idem concurrere, Bart. in. l. si is, qui pro emptore, in ult. quæst. princ. nu. 69. ff. de Vfuca. Bald. in. l. ij. in si. C. de fruct. & lit. expen. in. l. i. C. quan. lice. ab emptio. disce. & in. l. conuentulam in 8. col. C. de Episc. & cleri. Sequitur igitur, quod siue dicamus hic esse duo specialia, uel duas fictiones, per primam enim fingamus Accolitos in genere sub nomine Capellanorū comprehendi, per secundā uerò fingamus uerbū istud Accoliti. in genere extendi ad istos per Legatos creatos, quod interpretatio seu extensio non conueniat. & sic uidentur tolli omnia argumenta in contrarium facta. Ad istud tamē posset tribus modis responderi: primo negando, quod in casu nostro sint duo specialia, uel duæ fictiones, immo quod nō possit hic coniecturari nisi unum speciale, uel una fictio. quin immo plus dici posset, quod nullū speciale, uel nulla fictio interueniat: & quod immo Regula iuris est, quod taciti & expressi idem est iudiciū. l. cum quid, & ibi late per Bar. ff. si cer. pet. l. si cui uers. Nam quædam ff. de seruitu. l. quanquam ff. de Ritu Nupti. Tacitè igitur utrunque uenit. Insuper potest dici, quod ex ui uerborum ueniat utrunque: primò dicendo Capellanum, comprehendo eius species, uidelicet Accolitos, & alios. & dicendo Accolitos comprehendo etiam istos à Legato factos, cum Accoliti sint. quo casu, quando quid uenit tacitè, uel ex ui uerborum, nulla fictio, nullaq; specialitas prætendi potest. Deci. consi. 446. Consului iam, num. 4. col. 2. post med. secundo responderi potest, quod etiam quod prædicta concurrerent, † Regulæ tamen prædictæ limitantur

10. tur non procedere, quando ex eodem fonte non ueniunt, seu non nascuntur. Bar. in dicta. l. si is qui pro emptore num. 71. uers. Aut procedunt ex eodem fonte æquitaris, &c. facit. l. si quis rem. s. i. ff. de pollicitatio. iunc. l. si. C. de sacro. eccle. optimè per Card. in cle. quod circa in 20. quæstio. num. 17. uers. item intellige, quando nõ surgunt &c. de electio. Feli. in. c. cum. M. Ferrariensis num. 10. uers. primo negando, quod ista duo descendunt ex eodem fonte &c. de constitutio. Tertio respondeo, quod Regula prædicta non procedunt, quando in cõsequentiã unum dependet ab alio. Bart. ubi supra, ibi aut sunt plures fictiones, quarũ una uenit per consequentiã ad aliam &c. & Card. in dicta 20. quæstio. ibi, & intellige, quando sunt duæ fictiones æquè principales: secus si una ueniret ad consequentiã alterius &c. & Feli. ubi supra, ibi quia unũ speciale oritur ab alio &c. Deci. in dicto conf. 5. 16. num. 4. ibi, & quando concurreret, debet tolerari, quia una esset in consequentiã alterius &c. Plura possent pro utraq; parte huius quæstionis nouæ & difficilis adduci, quæ sano iudicio sacre Rotæ terminandam relinquo. Valde tamen me mouet, quod alii in extrauaganti nominati sunt ueri officiales sedis apostolicæ actu, uel saltem in potẽtia officia eorum exercentes: isti tamen à Legatis creati, nihil cum Romana curia commune habent, nec inter Accolitos sedis apostolicæ uerè & propriè connumerantur. & pro hac mea opi. uideatur omnino Card. conf. 126. Vacarunt canonicatus, col. penult. num. 11. uers. quarto confirmatur idem, quia Martinus non est de illis Capellanis, quorũ beneficia sunt reseruata. Nam soli illi Capellani gaudent iure capellanatus, qui sunt in profecutione officiorum, & negociorũ per sedem apostolicam eis commissorum &c. sequitur Feli. in. c. per tuas, de maio. & obedi. nu. 5. uers. demum scias, ubi quod Diaconici, Accoliti, & Capellani Papæ nõ cõsentur prærogatiuari, nisi exercent se obsequiales in seruitio Papæ. Idem Feli. in. c. in nostra de rescrip. core. 21. uers. sed caue in hoc, ibi dicens, quod illi soli Capellani, &c. Syl. de benef. par. 3. quæstio. 11. col. 12. & seq. num. 9.

13. QV O Ad ultimam partem istius Regulæ reseruantis beneficia, de quibus in extrauaganti Excecrabilis, Io. 22. sub tit. de præben. quæ est etiam posita inter communes sub eodem titu. & à plerisq; summis uiris præsertim Zenzel. Doctore eminentissimo ad plenũ glossata, quæ loquitur de pluribus incompatibilibus detentis ultra tẽpus, non est opus insistere circa ea, quæ tacta sunt per glossatores. Ultra quos pro distinctione temporũ, & declaratione dictæ extrauagantis, uideatur conf. Card. Zabba. 3. circa elucidationem &c. & Cassado. j. de constitutio. qui tamen nullam mentionem facit de dicto conf. Et ne uidear sicco pede, & absque utilitate transire, subdam aliquas quæstiones satis utiles.

SEPTIMO

1. SEPTIMO igitur quæro † an in facultate generali per Papam concessa de conferendo beneficia qualitercunq; uacantia, & indebitè occupata, cõprehendantur beneficia uacantia, & reseruata per finem huius Regule, uidelicet per dictam extrauagantẽ Excecrabilis. Et licet ex ista generalitate, & uerbis prægnantibus. aptis comprehendere omnem modum uacandi, prout in simili uideretur concludere Deci. 27. Fuit dubitatum in No. in ultima additio. & Deci. sequ. & Bisig. 12. de præben. in Antiquo. Tamẽ pars negatiua uideretur uerior. & in terminis nostris est Deci. 459. Nota Legatus in Antiquo. & in No. quæ est eadem. 119. Legatus uel nuntius &c. & 486. nu. i. ibi ut pura per cõstitutionẽ Excecrabilis &c. & Belleme. 549. in fi. Nuntius apostolicus &c. & 720.

1. OCTAuo Quæro † an extrauagans Excecrabilis, & sic Regula nostra & aliæ Regulæ reseruatoris comprehendant beneficia iuris patronatus. Et quia materia ista est utilis, ampla, & uarios sinus continens, faciam tres conclusiones. & prima sit, quod magis communis & uerior opinio uidetur, quod tuis patronatus laycorum per dictam extrauagantẽ, & quacunq; Regulas Reseruatorias non tollitur, neque illi derogatur: & sic, quod beneficia de iure patronatus laycorum sub illis non comprehenduntur, quicquid concludat Zenzel. in dicta extrauaganti Excecrabilis, in uer. disponere, & glo. in. c. 2. in uer. collatio, de præben. li. 6. & plerisq; alii. Tamen magis communis opi. ut præmissi, se habet pro parte negatiua, pro qua concludit Lap. allega. 96. incipit beneficia uacantia, qui arguit ad partes, postea pro negatiua concludit. Gem. in dicto. c. ij. de præben. li. 6. num. 11. uers. glo. super uer. collatio, qui loquitur in fortioribus terminis, uidelicet in reseruatione in corpore iuris clausa. & ibi Franc. nu. 8. subdens, quod in generali reseruatione illius. c. & in alia quacunq; reseruatione, nõ includuntur beneficia patronata laycorum, nisi fiat de eis specialis mentio. Rot. 265. Nota quod Papa in prin. in Antiquo. Card. conf. 117. casus talis num. 2. uers. item ex alio, & in Cle. i. in 7. quæstio. in fi. ubi dicit ueriores opinionẽ esse contra Zenzel. Alex. conf. 75. uiss ponderatis in princ. Vol. 4. Gaspar de Perusio in tracta. Reseruatio. in quæst. quæ autem beneficia reseruantur fol. 7. num. 5. uers. beneficia spectantia ad ius patronatus laycorum. & per Feli. late in tracta. quan. lire. apostol. in princ. & in. 2. limita. quem sequitur Rocc. Curt. in tracta. iuris patrona. in uer. honorificum, quæstio. 4. num. 22. & 23. & in uer. comperens alicui quæstio. 24. nume. 54. ubi attestatur istam esse cõmunem opinionem. Syl. de benef. 3. par. quæstio. xi. num. 13. & latius nu. 21. uers. fallit secundo nõ habere locum in beneficiis reseruatis &c. Vbi hanc opi. contra Zenzel. dicit ueriores, & tenendam. Ene. de Falco. in præallega. tract. reseru. in 14. effectu, in uer. reseruatio comprehendit fol. 38. Lamberr. in tracta.

B ij suis

quis pensio. 6. quæstio. primæ par. li. 2. art. 22. fol. 213. nu. 4. & quæstio. 9. art. 16. par. 3. li. 2. Cassa. Deci. 6. de iur. patrona. & Eneas Falco. in dicto tracta. referua. in. 3. prin. quæstio. fol. xi. num. 6. in uers. beneficia patronata laycorum. Et ratio, quam in locis prædictis assignant est, ne layci retrahantur à fundatione, constructione, uel dotatione. & non negant Papæ posse etiam illa referuare, sed dicunt non præsumi ipsum uoluisse. † Limitatur dicta conclusio procedere solum, quando ius patronatus competit laycis ex fundatione, constructione, uel dotatione: secus si ex priuilegio, uel præscriptione. allegatur communiter conf. Federi. de Senis 65. infra scriptæ quæstiones post prin. Archidiao. & Gemi. in. c. 2. de præben. li. 6. num. 12. uers. sed nunquid in ista referuatione, & c. Abb. post. Anr. de Bur. in. c. dilectus, ante si. uers. secundo quæritur, quid si beneficiorum collatio spectat ad aliquem de iure speciali, puta ex priuilegio, uel præscriptione & c. de offi. Lega. & ibi Cardi. & in Cle. j. in. 7. quæsti. ibi, an layci habeant ius præsentandi ratione patronatus & c. Vt lite penden. & idem Cardi. conf. 69. uacante quadam parrochiali in. 2. dubio nu. 5. Feli. in dicto trac. quando lite. aposto. in xi. limita. Rocc. Curt. in præallega. tract. iuris patrona. Syl. de benefi. 3. par. quæst. xi. in xi. & xii. fallen. Deci. conf. 149. in causa iuris patronatus nu. 6. uers. ad hoc responderi potest & c. Et ratio diuersitatis istius casus à præcedenti est, quia ibi consideratur præiudicium fundantis, construents, uel dorantis, & ne retrahantur & c. At hic cum ex priuilegio, uel præscriptione, cessat dicta causa: unde cessare debet constitutio. c. cum cessante de appella. cum uulga. † & illa tria, quo ad propositum nostrum, uidelicet fundatio, constructio, & dotatio æquiperantur & fraternizant, per Cassado. dicta Deci. 6. de iure patrona. à prin. usque ad nu. 8. ubi latè. Secunda conclusio sit Beneficia iuris patronatus Clericorum ad eos ratione ecclesiarum, quibus præsentantur, cõpetentis, cõprehenduntur in dicta extrauaganti Execrabilis, & in regulis referuatoriis: quia facile illi prædicatur. c. dilectus, & ibi Abb. & alii, de offi. Lega. c. cum dilectus, de iur. patrona. Feli. in dicto tracta. quan. lite. aposto. in. 3. limita. Falco. in dicto tracta. Referua. in 14. effectu fol. 38. uers. idem, & multo fortius, procedit, si est ius patronatus clericorum, ut clericorum & c. Tertia conclusio sit, † Beneficia iuris patronatus mixtim clericorum & laycorum non comprehenduntur sub regulis cancellariæ referuatoriis. Ratio est fauor layci patroni, ne propter clericum perdat suum priuilegium: alioquin redundaret in odium laycorum patronorum. Hanc conclusionem firmat Gemini. in. c. uni. in fina. uers. de iure patrona. li. 6. Abb. in. c. si. ante si. uers. ultimo extra glo. de iur. patrona. & in. c. dilectus, ubi dicit, quod hæc opinio est uerior. nu. 5. uers. sed circa prædicta de offi. Lega. Feli. in. c. multorum num. 3. uers. & ideo singulariter, de Iude. & in tracta. quan. lite. aposto. in 6.

in 6. Amplia. Rocc. Cur. in tracta. iuris patrona. in uer. ius, in prima quæstione accessoria septimæ quæstio. princ. nu. 23. uers. contra istam conclusionem fuit & c. Cassado. Deci. ultima de probatio. ante nu. xi. Syl. de beneficio par. 3. quæst. xi. nu. xi. in uers. duodecima qualitas, ibi, licet illud ius præsentandi spectaret ad laycū & clericum simul & c. Lamberti. in tract. iuris patrona. par. 3. li. 2. art. 9. quæstio. 9. in. fi. fol. 371. Contra hanc conclusionem adducitur Rot. 265. Nota, quod Papa in Antiq. potest tamē responderi, quod illa Deci. sit ad alium effectum, & illius ratio sit pro ualiditate collationis Papæ. contra hanc conclusionem tenet etiam Sraphi. super sign. fol. 54. à ter. uers. quid autem, si ius patronatus in aliqua ecclesia & c. Tamen eius opinio fundatur super dicta Deci. Rotæ: ad eum igitur respondeo prout ad illam. Tenet etiam contra Ene. Falco. in tracta. referua. in 14. effectu fol. 38. motus autoritate dictæ Deci. nihil autem pro sua opin. allegat. Sed dicit, quod plura posset adducere, quæ omittit, & quod credit ueriores suam opinionem. Ego uero credo, quod si aliqua adducere potuisset, adduxisset: & dum facit magnum festum mordendo Feli. quod per eū allegata loquatur in referuatione Legati, hoc nihil est. Tum quia Doctores, præsertim per me allegati, loquuntur in omni referuatione: tum etiam quia eadem ratio est in referuatione Legati. Sicut enim Legatus potest referuare beneficia iuris patronatus clericorum, non autem laycorum, uel mixtim ad supra deducta, per rationem de qua supra: Ita Papa, licet possit omnia referuare, non præsumitur ipsum uoluisse layco patrono, seu de per se, seu mixtim præiudicare. Sed nõ eundo per mendicata suffragia, ultra doctrinas per me supra adductas, & euidentem causam & rationem, ita in terminis nostris cõcluserunt Domini mei de Rota corā. R. P. D. Achille de Graffis iu una Faentina sancti Seueri, pro excellenti Doctore, ac famoso procuratore Romanæ curiæ D. Hercule Senerolo, contra D. Mattheum de Seluagnis, sub die. 12. Octobris. 1548. Tenuerunt enim regulas referuatorias non capere beneficia iuris patronatus mixtim clericorum & laycorum.

1 Non Quæro, an regulæ referuatoriæ, & sic etiā extrauagantes ad Regimen, & Execrabilis, comprehendant Hospitalia. Et pro parte affirmatiua facit, tum fauor referuationum præsertim generalium, quo casu in materia fauorabili Hospitalia uenit sub nomine beneficiorum. glo. in Cle., dispendiosam de iudi. in uer. beneficiis in prin. ubi, quia præmissum erat de beneficiis, concludit comprehendit Hospitalia. Syl. de beneficio par. 3. quæst. 3. nu. 9. Tum generalitas uerborum aptorum etiam comprehendere Hospitalia: tum etiam uerba ipsarum extrauagantium, præsertim ad Regimen, ubi in prin. referuatur cathedrales, ac monasteria, prioratus, officia, & omnia beneficia Ecclesiastica, secularia, & regularia, quæcunq; & quæcunq;

qualiacunq; sint, etiam si consueverint personæ ad illa per electionē, seu quemuis alium modum assumi &c. & in fortioribus terminis, quādo testator ædificator Hospitalis disposuit, ut ibi ponatur Rector amouibilis ad nutum hæredis, potest tamē tale Hospitalē à Papa impetrari amouibilitate remota, Calde. conf. 3. an Hospitalē sub tit. de religio. domi. Contrarium est tenendum, & quod Hospitalē nō ueniat sub nomine beneficii Cle. quia contingit. s. ut autem, ubi quod nō debent Hospitalia in beneficium concedi, sed eorum gubernatio cōcedenda est ut ibi, & redditus in personarum miserabilium usum conuerti. facit Cle. per literas, de præben. ubi literæ apostolicæ super prouisionibus clericorum non comprehendunt Hospitalia. Ror. 583. quidam in Ciuitate in Antiquitate per Feli. in. c. in nostra corola. 22. de rescrip. Syl. de ben. par. 3. quæstio. xi. nu. x. in undecima qualitate. Deci. conf. 165. uiso tenore col. 2. post prin. uers. sed supradictis. Et in terminis nostris concludit pro parte negatiua Fede. de Sen. loquens de extrauaganti Ad regimen conf. 280. casus talis est, se. re. D. Benedictus Papa. & Lap. de Castel. in tracta. Hospitalis nu. 63. in uers. offert se modo alia quæstio. An reseruatō &c. & loquitur de reseruatione Ioannis xxii. allegat Feder. sed corruptè. idem concludit Ene. de Falco. in tract. reserua. in. 3. quæstio. prin. ante si. nu. 33. uers. tam Hospitalia in quibus &c. fol. 19. Nec obstat adducta in contrarium, & primo, quod in fauorabilibus ueniat Hospitalē appellatiōe beneficii, quia negari potest, quod talis sit fauor Hospitalis: immo est contra ipsius ordinem. institutio. n. & destitutio illius fit per homines ipsius fraternitatis Calde. conf. 4. quæ sint signa, sub tit. de religio. domi. ante medi. uers. item institutio & destitutio &c. Ad illud, quod Papa possit de Hospitali dispo- nere, illud q; conferre per dictū conf. Cald. istud nō negatur: sed non sequitur ergo uult: immo uelle nō præsumitur, prout probat idem Calde. cōf. 26. An in reseruationibus sub tit. de præbē. ubi inter alia, quod Papa

4 Reseruādo uideatur intelligere propriè de collatione, quæ fit perpetuo de beneficio, ut sic uerba intelligantur civili modo. Nec Papa præsumitur uelle mutare naturam beneficii, nisi exprimat, prout ibi subdit. & ibi etiam decidit, quod manualia beneficia, non ueniunt sub reseruationibus: at Hospitalia quasi omnia manualia sunt. facit Ror. 264. Nora quod ubi, in Antiquitate post med. & facit conf. Card. 117. casus talis est, nu. 1. uers. uenit ad primum, ubi concludit, quod Hospitalia non sunt beneficia, nec ueniunt sub quacunq; expressiōe facta, nisi de illis caueatur expressè. & quod nō cadunt sub reseruatione. c. 2. de præben. lib. 6. uidelicet per obitū in Curia: multo igitur minus debent cadere sub aliis reseruationibus minus fauorabilibus, quā sit illa de uocādo per decessum in Romana curia, quæ, ut est ibi tex. clarus, etiam iure speciali ex antiqua consue-
tudiue

tudine summis Pontificibus comperit: & illa est reseruatō in corpore iuris clausa, ergo magis dilatabilis, & amplianda, quā ista alia.

1 DE CIMO Quæro † An Reseruatō Regulæ huius sit eadem cum reseruationibus extrauagantium Execrabilis, & Ad Regimen, & aliarum Regularum, ad effectum ut expressis reseruationibus unius ex extrauagantibus, ueniant illæ alterius extrauagantis, & Regulæ huius uel aliarum: & eotrā expressis Reseruationibus istius Regulæ, uel aliarum, ueniant omnes aliæ, etiam in extrauagantibus contentæ. Vel simpliciter nulla facta mentione extrauagantium, uel Regularum, expressis reseruationibus Papæ uel sedis apostolicæ, ueniant omnes prædictæ. Ampla & perplexa est materia huiusmodi, pro uiribus autem illam breuius quā potero reducam. Videndum erit primo, quæ Reseruatō sit contenta in extrauagantibus, & quæ contenta in Regulis, uidelicet An Reseruatō Papæ, An sedis apostolicæ. Et procedendo distinctè dico, quod † illa extrauagans Execrabilis continet utrunque, uidelicet Reseruationem Papæ, & sedis apostolicæ. tex. est clarus ibi in. 5. seu. uers. qui uerò deinceps, ibi

3 nostræ, & sedis apostolicæ dispositioni, &c. Reseruamus: † illa uerò extrauagans Ad Regimen est reseruatō ipsius Papæ, tex. est ibi clarus, ante si. ibi ordinationi, dispositioni, & prouisioni nostræ. & sic patet quod sibi ipsi reseruauit: quod ex sequentibus uerbis cōcluditur etiam ibi, donec miseratiōis diuinæ clemētia nos uniuersalis ecclesiæ regimini præsidere concefferit. eo enim ipso, quod uult reseruationem cum ipso Papæ extingui, constat, quod est reseruatō seu dispositio ipsius Papæ solum; non autem sedis apostolicæ, quæ ipso mortuo duraret. c. si gratiosè de rescr. li. 6. Quantum uerò attinet ad † Reseruationem Regularum, aliæ quæ ex uerbis ipsarum clarè constat, quod sunt ipsius Papæ tantum, prout in tertia Regula, ubi reseruat dignitates post pontificales, &c. in prin. in. dicit, Item reseruauit generaliter dispositioni suæ, &c. prout etiam in sexta regula, ubi reseruat beneficia cubiculariorū & cursorū dispositioni suæ. Aliquæ uero Regulæ, dubiū est quas reseruationes cōtineant, & dubias ista potest considerari duobus modis: uno, quia simpliciter Regula loquatur per uerbum reseruauit, non adiecto an sibi, an sedi apostolicæ: prout in secunda Regula, ubi reseruat Ecclesias patriarchales &c. & in quarta ubi reseruat beneficia Collectorum & Subcollectorum, &

5 non dicit cui reseruet, cum ipse loquatur, prout in simili dicimus de Testatore, quando de eo sit loquutio in tertia persona, puta Neuius instituit Seium rogans illum, ut det suos libros Titio. illud uerbum suos, refertur ad libros testatoris, de quo principalis est sermo, seu dispositio. glo. ij. in. l. ex facto. ff. ad Treb. Bar. post glo. in. l. cū in testamento nu. 3. ff. de au. & argen. lega. Cur. Iun. conf. 5. uideretur prima cōsideratiōe, col. 2. nu. 3.

nu. 3. & conf. 139. præsupponitur in facto nu. 12. Vel etiam attentato quod.
 6 † Regula cancellariæ expirat per obitum ipsius Papæ conditoris, & sic cum ipso conditore. Archidi. conf. 198. efficacibus, et quasi inconuincibilibus, nu. 2. Feli. in. c. ex parte el primo. col. pen. in uer. Regula cancellariæ de Rescrip. & patet ex proœmio ipsarum Regularum, ibi suo tempore duraturas &c. necessariò concludendum sit, quod alio non expresso intellexerit Papa sibi ipsi referuare. Altero modo potest difficultas oriri ex ista prima Regula, in qua facit similes referuationes extrauaganti Ad regimen, & innouat extrauagantem Execrabilis, seu referuat uacantia per illam. uidetur igitur, quod siue dicamus Relatum esse in referente cū omnibus suis qualitatibus. I. Asser. toto. ff. de hære. instit. l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstra. Bar. in. l. i. ff. de receptato. & in. l. si quis seruum. §. si. Verf. sed quæro, testator. ff. de lega. ij. Deci. conf. 63. Et pro te nui, col. 3. cir. medium. & conf. 149. In causa iuris patronatus, col. 4. in si. uerf. Nam cum Relatio facta &c. Eedem qualitates Referuationum, quæ sunt ibi, sunt etiam in hac prima Regula: siue dicamus istas esse similes illis, & similitudinem debere etiam considerari in ista qualitate referuationum. Breuiter respondeo, quod quantum attinet ad dictam extrauagantem Ad Regimen, nihil obstat, quin ista regula etiam similis, uel eadē contineat solum referuationem ipsius Papæ, quam etiam continet eadem extrauagans, ut supra ostendi. sed quo ad extrauagantem Execrabilis, quæ utranq; continet, potest negari istam regulam esse confirmatoriam illius extrauagantis, uel istam esse referentem illius cum omnibus suis indiuiduis seu qualitatibus. & aliud est, quod Papa referuat beneficia uacantia per dictam extrauagantem: aliud si diceret quod referuat prout ibi dicta extrauagans. quia in isto secundo casu procederet argumentum de relato & referente. Insuper ibi Papa expressit, quod referuabar sibi ac sedi apostolicæ, hic simpliciter loquitur: ergo debet intelligi, quod sibi tantum referuat prout supra dixi. Cōcludo igitur, quod referuationes, de quibus in regulis nostris, sunt ipsius Papæ tantum, non autē sedis apostolicæ, uel ipsius & sedis apostolicæ simul. Reduendo ad principale quæsitum, uidetur dicendum, quod expressa una referuatione, altera non ueniat, præsupposito quod sint duæ, uidelicet apud sedē, & ipsius Papæ, & inter se diuersæ. glo. 2. & Imol. in Cle. uni. de probatio. in primo notabili. ubi dicit esse differentiam, An Papa dicat referuamus dispositioni nostræ, An sedi apostolicæ. & ibi per Card. in prin. & in terminis nostris firmat moderni Sabinen. in tract. referuat. in vi. effectu fol. 9. mihi 34. ante nu. 13. ubi ponunt casum in † Legato habente facultatē conferendi, etiā sedi apostolicæ referuata, cōcludunt, quod nō potest cōferre referuata ipsi Papæ. ratio est, quia differentia est, An dicat referuamus no-

bis, an sedi apostolicæ. Fortificantur prædicta ex tex. in dicta Cle. uni. de probati. ubi Papa loquitur sub iis uerbis, uidelicet collationi nostræ, uel sedi apostolicæ referuasse, & sic necessariò concludendum est, quod Papa fecerit differentiam inter has duas referuationes. Tum quia superfluum fuisset utranque exprimere, si una sub nomine seu prolatione alterius uenisset. tum etiam quia dictiones † Vel, Aut, Seu, & similes ponuntur inter diuersa, & diuersitatem significant, & inducunt, Bar. in. l. i. qui ducenta in. §. Vtrum in. 6. oppo. ff. de Reb. dub. l. filia, & ibi Bal. in prima oppo. C. de colla. Card. in Cle. ij. quæst. ij. de arat. & qualita. Cle. j. de iudi. ibi in a. postolicarum audientia publica literarum, uel in papali prolatione. & ibi notat Card. in. 9. nota. nu. 7. Insuper etiam tex. in allega. extrauaganti Execrabilis. §. quis uerò deinceps, loquitur de his referuationibus, & dicit nostræ & sedis apostolicæ dispositioni referuamus †. Dicitio autem Et inter diuersa similiter poni solet. I. huiusmodi, §. si Titio & Meui. ff. de. lega. j. l. prima in prin. ibi boni & equi, cū glo. in uer. ius, post mediū, ubi propter illam dictionē Et, notat, quod aliud est bonum, aliud equū & ibi Bar. Ias. & Deci. & Bar. in. l. si is qui ducera. §. utrū nu. 5. & uer. Tertio casu sicut & quando cadit inter diuersa. ff. de reb. dub. In contrarium uidetur, quod † immo referuatio sedis apostolicæ, & ipsius Papæ eadem sit, seu idem operetur. nam † sedes apostolica, & Papa idem sunt. c. feder. & ibi not. Deci. in princ. de referu. c. præsentis de præben. li. 6. & dixit Feli. in. c. personas, de appellatio. quod habens se præsentare conspectui apostolico, non comparebit coram cathedra papali, sed coram ipso Papa: & dum Papa deficit, uacat etiam & ipsa sedes, prout declarat glo. in extrauaganti Ad onus de elect. in uer. sedem apostolicam sed ubi &c. ubi etiam dicit, quod cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: & † appellans ad Papam censetur ad sedem apostolicam appellare. Rot. 363. Nota ubi appellans in Anti. quæ est eadem Biffone. 13. de appellatio. utrum appellans ad D. Papam in Antiqui. Io. Fran. Paui. olim Rotæ Auditor in suo pulchro tracta. de offi. & potes. capi. se. de uacan. in 6. præludio, præsertim nu. 6. Quid tenedū? Breuiter ego cōcluderem cōtra Ene. de Falco. in dicto. 6. effectu ante nu. 13. & dicerem
 15 † Referuationem Papæ & sedis apostolicæ eandem esse, & idem operari. In hoc tantum differre unam ab alia putauerim, quia referuatio Papæ expirat morte ipsius Papæ nisi dicamus beneficia semel affecta, etiā dure affecta post obitū Papæ. extra. ad Romani, sub tit. de præb. inter cōes. Referuatio uerò seu dispositio sedis apostolicæ semper durat, quia sedes apostolica nō moritur. c. si gratiose de refer. li. 6. & ita intelligēdo concordantur opiniones omnium. Illi. n. qui tenent has inter se differre, prout Io. de Imol. in dicta Cle. uni. de probatio. in princ. & ibi Card. etiam in

princ. differentiam faciunt solum, quo ad extinctionem. & quod ita intellexerint aperte ostenditur, tum per dictum. c. gratiose, quod allegantur propter rationem, quam subdunt. Dicunt. n. quod ratio est, quia una morte extinguitur, altera uero non. Totam igitur differentiam in extinctione posuerunt. Ratio. n. quæ assignatur trahit ad se totum dictum, & in sui naturam conuertit, & destruit. Bal. in. l. conuenticulâ col. penul. ante num. 6. C. de Episc. & cleri. Sozzi. consi. 42. uol. j. nu. xi. Fran. Cur. in tract. restium in. 40. conclus. Vnde per rationem, quam subdunt, constat quod solum in hoc differentiam fecerunt. Alij uero, qui dixerunt non differre unam ab alia, nō habuerunt respectum ad istam extinctionem, sed solum ad effectum utriusq; Et pro hac mea distinctione optime facit glo. Zenzel. in præalleg. extrauan. Execrabilis. §. qui uerò deinceps in uers. nostræ & sedis apostolicæ, ubi in princ. notat differentiam per capitulum, si gratiose: postea concludit, quod in casu illius extrauagantis, quo ad effectū reservationis, nulla uideatur differentia. Redundo igitur ad principale quæsitū, concludo, quod in omnibus casibus prædictis, & in quocunq; alio, si materia subiecta patiatur, & nisi odium dispositionis aliud suadeat, expressa una ex reservationibus prædictis, altera ueniat, tanquam inter eas non sit differentia, nisi quo ad extinctionem. Nec obstant argumenta, quod superfluum fuerit alterā exprimere una expressa, si appellatione unius altera ueniat: quia hoc fit ad omne dubium tollendum, & ad maiorem expressionem seu declarationē.

18 Minus obstat, quod dictio Vel ponatur inter diuersa, quia etiam ponitur inter similia, inter eadem importancia, prout dicimus Alexander siue Paris. & quando auget, & quot modis ponatur, & accipi debeat ista dictio, & similes, ponunt Bar. in. l. si quis ita. ff. de au. & argen. lega. Bal. in. l. filia, post prin. in prima oppo. C. de collatio. optime per Ange. de Aret. super Rub. de exceptio. Instit. col. 2. ubi ad plenum. Feli. in. c. inter ceteras col. 2. num. 3. de Rescrip. Cur. Iun. consi. 5. uideretur prima consideratione, num. 4. & cōsi. 145. Facti contingencia nu. 12. Paris. consi. 7. De potestate nu. 38. li. 1. Idem etiam dicendum est de dictione Et, quæ diuersimodè ponitur etiam inter similia, uel eadem, uel idem importancia: & aliquando declaratiuè, prout per Bart. & Iaf. in dicta. l. j. ff. de iust. & iu. c. monasteria in fi. de ui. & honesta. cler. Bar. in dicto. §. utrum. latissimè per Feli. in. c. ex parte, el primo de Rescrip. nu. 32. in uer. copula. & de uirtute copulæ latissimè ponit Ioan. Fran. Pauli. olim dignissimus Roræ Auditor in tertio præludio seu tracta. de officii. & potes. capi. sed. uacant. sub Rub. de uirtu. & importan. copulæ &. Et pro condimento istius quæstionis subdam casum decisum per Dominos meos de Rora, qui uideri meo satis comprobatur opinionem meam, & subuertit dictum Ene. de Falc. de quo supra.

supra. Tenuerunt. n. sub die. 18. Maii. 1548. In una Astoricæ. par. S. Brixiani coram R. D. Vestano, Legatū, qui habebat in facultatibus potestatem conferendi beneficia sedis apostolicæ reseruata, potuisse ualidè cōferre beneficia reseruata ipsi Papæ: licet in indulto uerbū nullum de refer. papali.

REGVLA SECVND A DE RESERVATIONIBVS.

TEM Reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales: Nec non omnia monasteria uirorum, ualorem ducentorum florenorum auri communi estimatione excedentia, & uoluit, quod excessus huiusmodi in literis exprimat.

REGVLA Fe. Re. Pauli tertii, post uerbum patriarchales dicit primatiales: in Regulis antiquis Sixti & Innocentii non adest uerbū istud, melior lectura uidetur primatiales. & credo istud uerbum additum ad tollendam difficultatem, quæ oriri poterat, posito quod Ecclesia cathedralis non sit Patriarchalis, Archiepiscopalis, uel Episcopalis: sed sit primatialis, & licet text. in. c. clericos xxi. distinct. ponat Patriarcham Archiepiscopum Metropolitanum & Episcopū, & Io. de Syl. in suo tract. de beneficio prima par. quæst. 2. nu. 28. & seq. ponat tres ordines, uidelicet Patriarcham, Archiepiscopū, & Episcopum. Tamē quicquid sit, ex notorio stilo hodierno in aliquibus locis reperitur dignitas principalis ad similitudinem Patriarcharum, & uocatur Primas, prout est Venetiis, licet appelletur Patriarcha: qui tamen hoc nomine gaudere nō potest, cum quatuor tantū sint Patriarchæ, uidelicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochinus, & Hierosolymitanus. c. Antiqua de priuileg. Aluaror. in. c. 1. nume. 15. uers. nunc transeamus ad tracta. de patriar. in usi. feudo. sub tit. Epi. uel Abb. & quod patriarcha, qui est Venetiis, non possit dici patriarcha Venetus, firmat glo. in. c. in illis uer. singulos 80. distinct. Tamen in quantum dicitur, quod est patriarcha Grandensis, hoc non firmo, uideatur per Io. Fran. Pauli. in tract. de offi. & potesta. cap. sed uacan. in. 6. præludio nu. 12. uers. quarta sedes, ubi etiam de patriarcha Aquilegensis, & Venetiæ. Igitur ad tollendum omne dubium fuit additum uerbum respiciens dignitates, & Ecclesias primatum. & talis Primas præest uni prouinciæ. c. prouinciæ. 99. distinct. & de ista primaria loquitur Abb. Antiq. in proæ. decreta. cir. prin. & Feli. in additio. ad prin. opo. Abb. in decre. in uer. omnes leges, post prin. Insuper in

C ij Regulis

Regulis Sixti & Inno. in si. aderant uerba post uerbū excedētium, Quō-
 tienscunq; illis uti uoluerit, in quorum locis in Regula sanctissimi Iulii
 tertij, & Pauli tertij adsunt alia, uidelicet Et uoluit, quod excessus huius-
 modi in literis exprimantur. & certè illa, de quibus supra, uidebantur
 nihil operari: cum Regulæ cancellariæ sint temporales, nec aliàs locum
 habeant, nisi Papa pro tempore illas locum habere, illisq; uti uoluerit:
 quā clausulam, & quando Papa dicatur uti regula, declarat Paris. consi.
 19. nu. 25. & seq. li. 4. Ista autem noua additio, an fuerit necessaria, infra
 rangam. Aduertendum etiam erit, quod Regula antiqua dicebat, Item
 reseruauit specialiter omnes Ecclesias &c. & sic incipiebat illa Sixti &
 Innocentii hic glossata. Nostra autem aliter sonat, uidelicet per uerbum
 reseruauit generaliter, & sic ista est generalis reseruatō. & pro differen-
 tia specialis & generalis uideatur Cassador. de decretis reseruationum
 deci. 3. terigi. supra in. 4. quæstio. proæ. nume. 2.

POSITIS Varietatibus scripturarum, istam Regulam diuido intellectua-
 liter in duas partes principales: secunda ibi, Nec non omnia Monasteria,
 & secunda subdiuiditur in duas alias, secūda ibi, Et uoluit, quod exces-
 sus. Et quo ad primā partem præmitto pro Nouis in curia, quod de iure
 2 cōmunit mortuo Episcopo, siue alio superiori, per capitulum & canoni-
 cos nonus eligebatur. c. quia propter. c. in Gene. c. Ecclesia uestra. j. & 2.
 3 de electio. latè Paris. in præleg. consi. 19. num. 5. li. 4. † per istas autem re-
 seruationes dicit Deci. in. c. 1. nu. 6. uers. & certè, de electio. destrui totum
 ius canonicum. idem dicit Paris. dicto consi. 19. num. 5. Vnde potest dici,
 quod ritu. de electio. ab Aula recesserit, prout per Lamber. 2. li. j. part. 7.
 4 quæstio. artic. 20. ante nu. 7. sed quia † Papa est dominus absolutus in be-
 neficialibus, & omnibus spiritalibus. c. cuncta per mundum. 1. & 2. 9.
 quæst. 3. glo. si. in. c. si. de præben. li. vi. Nemo debet admirari quod reser-
 uet beneficia, quæ uult: tanto magis ista principalia, de quibus melius
 prouidere potest ipse, quā alius. Et de simili reseruatione loquitur text.
 5 in. c. si eo tempore de electio. li. vi. & † talis prouisio papæ habet uim ele-
 ctionis, & cōfirmationis. glo. ij. in. c. 1. de electio. li. vi. & Deci. in dicto. c.
 primo num. 6. eo. Syl. de beneficio par. i. quæstio. 2. num. 31.

PRIMA Quæstio iuxta primam partem Regulæ, An sit superflua, uel ali-
 quid operetur.

SECUNDA Quæstio iuxta eandem partem, An sit exorbitans & odio-
 sa, uel habeat in se rationem & conformitatem cum aliquo iure.

TERTIA Quæstio iuxta secundam partem, An debeat fieri interpreta-
 tio de omnibus monasteriis indistinctè, An tantū de solitis cōmendari.

QUARTA Quæstio, An ultima uerba, Et uoluit quod excessus huiusmo-
 di in literis exprimantur, opportunè sint addita.

PRIMO

- 1 PRIMO iuxta primam partem quæro, † An sit superflua, uel aliquid ope-
 2 retur, & quod sit superflua probatur. † superflua. n. dicitur dispositio illa,
 quæ de nouo expressa nihil operatur. l. si quando. ff. de lega. 1. ubi frustra
 exprimere, & frustra legare quis dicitur, quæ iure prius donauerat. fa-
 3 cit. l. i. in si. ibi, neq; n. debuisset caueri & c. ff. ad Municipa. glo. in. c. solite
 in uer. tanquam anre si. de Maior. & obedi. ubi quod nec dictio uacare
 debet. per Regulam autem primam fuit facta innouatio extrauagantis
 Ad regimen, seu factæ fuerūt reseruationes iuxta illam extrauagantem.
 at in dicta extrauaganti per uerba clara sit reseruatō patriarchaliū, ar-
 4 chiepiscopalium, & episcopalium ecclesiarum, & sic in dicta prima re-
 gula eedem ecclesiæ fuerūt reseruata: frustra igitur per hanc secundam
 regulam uidetur facta istamet reseruatō. Cōtrarium est tenendū, quod
 immo regula ista ad inducendū reseruationem, de qua hic, fuerit neces-
 3 saria. & † Arguen. à sufficien. partiū enumeratione ad. l. ex maleficiis. §. hæ-
 res. ff. de Actio. & obligar. l. ad instructiones itinerū. C. de sacro. eccle. l. si
 dorem in si. C. de fal. cau. adiec. Sozzi. consi. 25. D. Franc. Syndicus nu. 28.
 & cōsi. seq. nu. 1. uol. 1. Tribus iuribus seu cōstitutionibus potuit hæc reser-
 uatio ecclesiarum cathedralium, de qua hic, induci: per ius commune, &
 hoc non, quia de iure communi, Episcopo uel superiori mortuo, per ca-
 pitulum & canonicos eligi debet nouus, prout supra dixi in præf. huius
 regulæ nu. 2. Secunda constitutio est extrauagans Ad regimen sub titu.
 de præben. inter cōmunes, & ibi licet nominentur patriarchales, archi-
 4 episcopales, & episcopales, & reseruentur: tamen non simpliciter, ut hic
 sed addita clausula Nunc apud sedem uacantes, uel in futurum uacatu-
 ras. & sic solum reseruantur uacantes apud sedem, nec non per dispo-
 sitionem priuationē & c. & alias ut ibi. patet igitur quod est reseruatō ea-
 rundem rerum seu ecclesiarum, sed ibi limitatè, hic uerò indistinctè.
 4 Quod etiam facilè cognosci potest † arguēdo ab absurdo, quod argumen-
 tum satis ualidum est in iure. l. Nam absurdū. ff. de bo. liber. l. si. post prin.
 C. de usur. rei iud. Alex. consi. 83. li. 2. nu. 5. Deci. consi. 19. col. 3. in si. & 433.
 num. 18. Nam in dicta extrauaganti Ad regimen non solum reseruantur
 ecclesiæ cathedrales, immo etiā Monasteria, prioratus, dignitates, perso-
 natus, officia, canonicatus, & cætera beneficia secularia & regularia: se-
 queretur igitur, quod Papa sibi omnia reseruauit, quod stultū esset dice-
 re: nō quod nō potuisset, sed quia uoluisset unico uerbo omnia iura tol-
 5 lere: sed cōprehendendo omnia beneficia, hoc fecit limitatè, & cum gra-
 no salis. Tertia & ultima cōstitutio est Regula prima, de qua supra, quæ
 super his ecclesijs uerbum nullū, sed reseruationes fecit similes illis ex-
 traugantis Ad regimen, & quia non ultra, ergo reseruationes huius re-
 gula non continentur alibi. & sic regula fuit necessaria, non dico neces-
 saria,

faria, quia sine ea non potuisset summus pontifex de huiusmodi ecclesijs disponere: sed necessaria ad effectum inducendæ referuationis, de qua in Regula.

- 1 **S**ECUNDO quæro, † An iuxta eandem primam partem Regula sit exorbitans & odiosa, uel habeat in se rationem & conformitatem cum aliquo iure. Er quod sit exorbitans & odiosa, & in consequentiam restringenda uidetur: tum quia, ut supra probaui, ista Regula est contra omnia iura permittentia electionem suorum prælatorum capitulo, & canonicis: tum quia, ut etiam supra dixi, in.4. quæstio. primæ Regulæ nume.4.
- 2 † Referuationes sunt odiosæ & restringendæ. facit conf. Calderi. 10. in. ff. An referuatio, sub tit. de præben. ubi considerat odium referuationis.
- 3 Deci. in. c. primo nu. 6. de electi. insuper † Referuationes dignitatum seu beneficiorum electiuorum sunt reuocatae et annullatae in concilio Basiliensi. prout in pragma. sanctio. sub tit. de electio. & referu. c. & quia, §. item omnes. Et per decretum hmoi Basiliense in duobus tantum casibus uidetur permitti summo Pontifici referuatio dignitatum electiuarum, prout late prosequitur doctus Modernus Nicolaus Boe. Deci. 2. incipit uidetur primo & ibi plura adducit pro dicta constitutione Basileæ. facit Deci. in dicto. c. i. nu. 6. de electio. ubi in terminis dicit, quod tales referuationes sunt reuocatae & annullatae per huiusmodi concilium Basiliense, subdēs hoc bene factum propter Regulas cancellariæ &c. Fortificatur prædicta quia referuatio sit ad conseruandum ius referuantis, non etiam ad acquirēdū ius de nouo. l. & si quis. §. pleriq;. ff. de relig. & sump. fune. l. si debitor. §. primo ibi, nisi salua causa &c. ff. qui. mo. pig. uel hip. solui. Aimo. cōsi. 29. pro clariori, nu. 8. Sed quia Papa de iure impeditur, ut dixi, cum dignitates electiuæ nō per ipsum, sed per canonicos & capitulum cōcedendæ sint: & etiā impeditur per dictū conciliū Basileæ: ergo talis eius referuatio nō debet operari ultra cōseruationē sui iuris: & si ultra operatur, uidetur cōtra iura. Insuper † Episcopalis dignitas instituta uidetur de iure diuino. c. j. & seq. 80. distinctio. ubi quod loca in quibus primates residere debēt, diu ante aduentum Christi statuta sunt. & in terminis ponit Io. de Syl. in tracta. beneficij par. j. quæstio. 4. nu. 25. uersi. præmissa limitantur. qui etiam allegat Andre. Barba. in tracta. Cardina. & idem Sylua par. 2. quæstio. prima post prin. uersi. secundo pro ista parte arguitur, ubi facit consequentiā, sunt de iure diuino, † Papa ergo non poterit uenire seu dispensare cōtra ius diuinum. per. c. sunt quidam. 25. quæstio. j. Deci. consi. 12. in præfenti cōsultatione col. 2. no. 2. Fel. late in. c. quæ in Ecclesiarum, de cōstitu. Pro parte uerò contraria, quam ueriores puto facit, quod immo Regula ista sit iuri consona & rationabilis: nam de iure Antiquo † Episcopatum & superiorum dignitatum dispositio ad
- Papam

- Papam spectabat. Sicut. n. Moses in ueteri testamēto pōtīfices & minores sacerdotes instituebat, & in nouo testamento Apostoli in singulis ciuitatibus Episcopos & presbiteros ordinauerūt. c. 1. & 2. 21. distinc. ita & summus Pontifex, qui Moisen, qui Petrum, & omnes Apostolos representat, qui deniq; uices omnipotentis Dei in terris gerit, Episcopatus instituebat & dispensabat, seu de illis providebat. glo. magna in. c. quamquam in uer. deuoluetur cir. med. uersi. ut igitur huius iuris de electio. li. vi. Abb. in. c. 1. de electio. in. j. nota. Deci. consi. 573. in casu proposito nu. 1. late Syl. de beneficio part. 2. quæstio. j. nu. 9. uersi. item olim dispositio omnium
- 8 Episcopatum & c. ubi plura allegat. † Res igitur de facili, & iure optimo & sine alicuius iniuria rediit ad primæuum statum. l. si unus. §. pactus ne peteret, & melius. uersi. quotiens. n. ad ius. & c. ff. de pact. l. filio quem pater. ibi non translatus sed redditus &c. & ibi not. glo. in uer. sed redditus. ff. de libe. & posthu. c. ab exordio. 35. distinc. glo. in. c. statutū in uer. numerandū cir. medi. uersi. item per hanc de præben. li. vi. Summo igitur iure, & citra cuiuslibet iniuriā, & cū omni ratione & naturali & diuina, Papa referuat sibi Episcopatum dispositionem, quæ primo sibi competierat, & ex ipsius indulgentia ad alios deuenit. Accedit † arguendo ab exclusionē seu prohibitionē unius ad. l. cum Prætor. ff. de iudic. l. ex
- 9 eo. ff. de testi. c. qualis. 25. distinc. c. de crimine. 15. quæst. 3. sed in iure † Legatus reperitur prohibitus referuare sibi cathedrales. c. deliberatione de off. Lega. li. vi. Abb. in. c. 1. in primo nota de electio. Syl. de beneficio part. 2. quæst. j. ante nu. 21. uersi. item do instantiam, quia solum reperitur &c.
- 10 Si igitur solū reperitur prohibitus Legatus, ergo non Papa: immo Papæ cōcessū uidetur. Vltimo facit, quod † Papa potest providere de omnibus beneficiis totius orbis, etiā cessante negligentia, & etiam antequam uacent: & ipse est ordinarius omnium ordinariorum. c. 2. de præben. l. vi. c. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. cle. i. in. ff. ut li. penden. Abb. in. c. quia diuersitatem in. 5. nota. de concess. præben. Ias. in. l. Barbarius nu. 43. uersi. sed non puro, quod ista. ff. de offi. Prætor. Deci. consi. 573. in casu proposito post prin. Syl. de benef. in dicta quæst. i. 2. par. nu. 24. & seq. in 5. 6. & 7. fundamento. Plura alia pro hac parte adduci possunt, quæ simul redigit Sylua de beneficio in dicta quæstio. j. par. 2. ubi plura cumulat, quæ omnino uideantur. Non obstat quod referuationes sint odiosæ & restringendæ: quia secundum terminos nostros, cum fiat redditus ad ius Antiquum
- 12 † Referuationes huiusmodi dicuntur fauorabiles & ampliandæ: tanto magis, quia ex certa scientia fiunt, & nemine petente seu instigante. c. si pluribus de præben. li. vi. Lap. allega. 27. disputat An præceptor nu. 2. Fede. de Sen. in tracta. permutatio. quæst. i. nu. 2. ibi sed referuationes, quæ sunt per Papam Pet. de Vbal. in eo. tracta. permutatio. bene. uersi. nunc uideamus

uideamus de secundo prin. nu. 20. ibi sed reservationes, quæ sūt per Papam generaliter uel specialiter &c. Boni. de Vitali. in cle. uni. de probatio. nu. 81. latè. Ene. de Falco. in tracta. referua. in. 2. prælu. nu. 2. & 3. fol. 2. Et in fortioribus terminis, quod reservationes factæ Motu proprio, non autem ad petitionem partis, non sint exorbitantes, & strictæ interpretandæ, concludit post longam disputationem dominus & præceptor meus Philip. Deci. conf. 168. incipit. Reuerende pater, ante si. uersi. ult. nõ obstat quod reservatio Nicolai sit exorbitans &c. Non obstat secundum fundamentum in contrarium factum, quod reservationes dignitatum electiuarum sint reuocatae per concilium Basileæ, quia ultra responsiones, quas dat. Io. de Syl. in dicta quæstio. j. 2. par. in. prin. & ultra ea, quæ adducit Boe. in dicta deci. 2. qui allegat Syl. ubi supra, ipse tamen nu. 37. uideatur in contrariã partem inclinare: potest responderi quod dictum concilium, præsertim quo ad reservationes per summos pontifices faciendas non fuerit receptum nisi in Gallia: & forsitan de facto magis quàm de iure. & constat, quod post dictum concilium omnes summi Pontifices fecerunt suas Regulas reservatiuas. & licet in Gallia pro iure seruetur dictum concilium, prout per Glosatorem pragmaticæ, & per Boe, ubi supra, & per Philip. Deci. in præallega. c. 1. de electio. nu. 6. tamen sensus dicendum erit extra Galliam: immo etiam in Gallia, si summus pontifici uideretur, suas constitutiones non obstantibus quibuscunque concordatis, se priuilegiis, obseruari facere posset. Et quandoquidem concilium huiusmodi, quo ad omnia subsisteret, adhuc crederem summum pontificem posse ualidè & iuridicè reservare: præsertim Episcopales dignitates, & superiores. Et pro proximè dictis uideatur etiam Ene. de Falco. in trac. Reservatio. in primo præludio. Ad tertium motiũ, quod per Reservationes solum conseruetur ius, non autem acquiratur: Dico quod iura in cõtrarium allegata loquuntur de Reservationibus satis diuersis: uidelicet de Reservationibus iurium, quæ quis conseruare seu retinere intendit, seu de protestationibus, quæ fiunt ad effectũ cõseruationis, meritò non operantur ultra intentionem: nos autem sumus in materia satis superq; diuersa. Et quandoquidem concederem, quod effectus reservationis operaretur solũ manutentionẽ iuris primariũ: adhuc in casu proposito essem in tuto. Cum enim ut dixi, Papa etiam de iure antiquo tales ecclesias suæ dispositioni reservatas haberet, per huiusmodi protestationem retentionis sui iuris, satis posset ad suum ius redire. Insuper inhibitiõ seu decretum irritans faciunt cessare omne argumentum. Annullant enim omnia, quæ post reservationes in contrarium fiunt. c. si eo tempore de electio. li. vi. Gaspar de Perusio in suo pulchro tracta. reservationum in x. quæstio. fol. 18. in fi. & Ene. de Falco. in eodem tracta. in primo

in primo effectũ fol. 19. à ter. Paris. consi. 29. cõtra ipsum, nu. 21. & seq. uol. 4. quartum fundamentum, quod ÷ Episcopatus sint instituti de iure diuino, ergo Papa non potest statuere seu disponere. ista non procedunt ita de plano, quia etiam in his, quæ sunt instituta de iure diuino, seu per testamentum uerus, uel nouum, seu per ipsos Apostolos, Papa aliquando disponit, seu dispensat, uel declarat, prout latè per glo. in. c. sunt quidam in uer. Apostoli. 25. quæst. 1. Inno. & alii in. c. super eo, de Biga. Deci. in præallegat. consi. 112. in præsentì consultatione, col. 2. uersi. sed tamen prædictis non obstat. & col. seq. ubi plura de dispensatione per Papam circa ea, quæ sunt iuris diuini. & per Feli. in. c. quæ in Ecclesiis, de constitu. & pulchrè per Rui. consi. 109. Circa quæstionem col. 1. & 2. uol. 5. ubi etiam quod potest statuere contra Epistolas Pauli in his, quæ fidè non concernunt. Insuper ad dictum fundamentum responderetur negando, quod ÷ Episcopatus prout hodie distincti sunt, sint instituti de iure diuino: nec iura in contrarium allegata aliud probant. Et And. Barba. in contrarium adductus, aliud tenuit consi. 1. immo antiquitus etiam tẽpore Apostolorum idem erant presbiteri & Episcopi. Ab apostolis uero ex pluribus presbiteris constituebatur unus Episcopus, ut per Hieronymũ super epistola ad Titum &c. olim. 95. distinc. c. legimus. 93. distin. Syl. de beneficio quæstio. 4. par. 1. ante nu. 27. & par. 2. quæstio. 1. col. 1. in fi. Vbi subdit, cum electiones Episcopatuũ habeant originem à iure positiuo, ÷ Papa contra ius positiuum dispensabit, & disponet ad sui libitum, per. c. proposuit de concess. præben. c. innotuit de electio. facit. l. Relegati cum glo. fi. ff. de. pœn. ubi in his, quæ sunt iuris positiui, uoluntas est ratio, seu causa.

1 TERTIO Quo ad secundam partem ÷ Quarto, An debeat fieri interpretatio de omnibus Monasteriis indistinctè, an tantum de solitis commendari. Et pro prima opin. facit ÷ dictio uniuersalis omnia. l. Textoribus & l. Iulianus. ff. de Lega. iij. glo. in. c. ur circa in uer. aliorũ de electio. li. vi. pro alia opi. quam ueriores puro, ultra alia facit communis stilus totius orbis, qui est quod Monasteria non solita cõmendari, nõ habentur pro reservatis: & ÷ princeps, seu Papa non censetur disponere, seu rescribere aliter, quàm sit cõsuetum. l. si. in. fi. ibi & in usu quotidiano &c. C. de fideiussõ. Not. Bal. in. l. fidei cõmissa. s. si seruo. ff. de Lega. iij. & Feli. in. c. cum. M. Ferrarien. num. 6. de constitu. Insuper Regula ista in hac secunda parte est cõtra iura, & destructiua infinitorum canonum, meritò igitur in quantum fieri potest restringenda, uulg. c. odia, de Reg. iur. li. vi. & potest uerificari in Monasteriis uel destitutis, prout loquitur glo. in. c. olim el primo ibi, quod humiliati fuerunt priuari &c. de restitu. spolia. uel iuxta. c. inter quatuor, de religio. domi. ubi monasteria transferuntur

ad secu-

ad seculares: uel aliter, circa tamen commendari solita. Et ista monasteria hic referuata dicuntur monasteria consistorialia, quia de eis consistorialiter prouideri solet per uiam cedulae, prout etiā testatur. D. Sarnen. in si. 15. quæstio. de subrog. colligant. qui ita præsupponit intelligi debere Regulam istam, quoad Monasteria.

QUARTO Quæro† An ultima uerba, Et uoluit quod excessus huiusmodi in literis exprimat, opportunè sint addita: uideatur dicendum quod non, cū sit superq; uideretur sufficere Regula illa de ualore disponens, quod impetrans beneficia uerum ualorem exprimat. Contraria opinio uideatur uerior, quia sub tali generalitate non ueniebant monasteria. Latè Lap. allegatio. 48. nume. xi. & sequ. uel saltem desuper poterat oriri dubium, ad quod tollendum, meritò fuit facta additio ista: immo esset inconueniens dicere uel præsumere, quod princeps superflua, uel aliqua sine ministerio apposuisset. s. quibus in prima constit. C. l. j. in si. ff. ad Municipa. cum simili.

REGULA TERTIA DE RESERVATIONIBVS.

ITEM Reseruauit generaliter dispositioni suæ, omnes dignitates maiores post Pontificales, in Cathedralibus, & Metropolitanis. Necnō ualorem decem florenorum auri cōmuni æstimatione excedentes, Principales in Collegiatis. ¶ Reseruauit etiā Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales, ordinum quorumcunq; sed non Militiarum. ¶ Ac quæcunq; beneficia, quæ sui etiā, dum Cardinalatus fungebatur honore, existētes, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ uidentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium, familiaris continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durāte, ac in quibus, seu ad quæ ius eis competit, aut competierit: etiā si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinaliū eorūdem uel alias recesserint. ¶ Ac Fe. Re. Pauli secundi, Innocentii octaui, Adriani sexti, & Pauli tertii Roman. Pontificum præcessorum suorum uestigiis inhærendo, declarauit dignitates, quæ in Cathedralibus, uel Metropolitanis, post Pontificales non maiores existunt: & quæ ex Apostolica sedis indulgentia, uel ordinaria auctoritate

ritate, aut consuetudine præscripta, uel alias quouis modo, in collegiatis Ecclesiis principalem præminentiam habere nō seuntur, sub reservatione prædicta comprehendi debere.



REGULA Ista habet in plerisq; similitudinem cum alia Regula infra num. 31. alias secūdum ordinem antiquum num. 30. de impe. bene. uacant. per obitū fami. tamen ad diuersos fines tendunt: & ista utitur pinguioribus uerbis importantibus etiā ius ad rem. Diuiditur in quatuor partes principales. Secunda ibi, Reseruauit etiā prioratus. Tertia ibi, Ac quæcunq; beneficia. Quarta ibi, Ac se. re. Et secunda subdividitur in duas partes: nam in prima loquitur de dignitatibus cōuentualibus: in secunda quæ est ibi, Et præceptorias, intelligit de omnibus præceptoris exceptis Militiarū. Rursus prima habet limitationem, Dummodo excedant ualorem. Sed quæ respiciat limitatio ista, infratangam. Et aduertendum est circa tertiam partem, in qua Papa reseruauit beneficia suorum familiarium, & Cardinalium, cum declinatione prout in ea, quod Reseruatō se extendat ad beneficia etiam ante familiaritatem obtrata: & quod uerba, Eorum familiaritate durante, determinant uerbum obtrahent. Videatur Ene. de Falco. in tracta. Reserua. in 22. effectu. col. 3. fol. mihi 43. à ter. ubi plura pōderat, & allegat, quæ trāspantare non curauit. Et sicut ista Regula continet plura dicta, ita plures quæstiones ex ea eliciam, plerisq; omissis, quæ huic regulæ adaptari possent, quæ pro dicta Regula. 31. reseruauit, in qua scribentes dilatant simbras suas: ista igitur ab illa aliqua mutabit, & contra, illa aliqua ab ista. Et notandum est secundum Prouinci. fol. 57. à ter. quod quando uacat dignitas principalis, uel maior post pontificalem apud sedem, tunc datur reseruatō, sicut de uacantibus apud sedem, et non de uacantibus ratione principalitatis, seu maioritatis. Et licet ipse nō assignet rationem, ego illam deduci posse credo, uidelicet quod uacatio apud sedem sit potior & dignior: & sic illa haberi debeat in consideratione, & illa exprimi, quando uerò uacat extra curiam, tunc datur reseruatō tanquam de reseruatō ratione principalitatis, uel maioritatis, dicēdo, Dudum omnes dignitates maiores in cathedralibus post pontificales. Vel dudum siquidem omnes dignitates in collegiatis Ecclesiis principales &c.

PRIMA Quæstio, quæ dicantur dignitates maiores post Pontificales, & principales in Collegiatis:

SECUNDA Quæstio, An dignitates maiores post Patriarchales, censeantur reseruatae per istam Regulam.

TERTIA Quæstio, An per primā partem regulæ reseruetur tantum una
olū
D ij dignitas

dignitas maior post pontificalem, & una principalis in Collegiata: An uero referuentur duæ maiores, & duæ principales.

QVARTA Quæstio, quid si in Cathedrali sint duæ dignitates maiores, uel in Collegiata duæ principales, quæ maioritatem seu principalitatem habent in capitulo, in sede, in subscriptione, & in aliis æqualem, an ambæ referuatæ sint, an neutra.

QVINTA Quæstio, quid in dignitate Monoculari.

SEXTA Quæstio, An illa uerba, Valorem decem florenorum &c. referantur ad præcedentia uel sequentia.

SEPTIMA, Quid si Papa erexit nouum Episcopatum uel nouam Collegiatam, an maior & principalis dignitates in eis dicantur referuatæ?

OCTAUA Quæstio, De quibus prioratibus & præposituris intelligat Regula.

NONA Quæstio, De quibus dignitatibus conuentualibus intelligat Regula, & an de secularibus, an regularibus.

DECIMA Quæstio, An beneficia uacantia non perpetua, tam secularia quam Regularia, comprehendantur sub Regulis Referuatoriis.

VNDECIMA Quæstio, quæ sunt præceptoræ de quibus in Regula, & de quibus intelligatur exceptum.

DVODECIMA Quæstio, An regula habeat locum in beneficiis, quæ quis de facto tantum tenet.

DECIMATERTIA Quæstio, An beneficium acceptatum uigore gratiæ expectatiuæ per familiarem, qui postea obiit, censeatur referuatum.

DECIMAQVARTA Quæstio, An per cessationem familiaritatis, referuatio per familiaritatem causata, extinguatur, & sic cesset Regula referuatoria.

DECIMAQVINTA Quæstio, quid uelit ultima pars Regula.

PRIMO Quæro cum Glossatore hic, quæ dicantur maiores dignitates post pontificales, & principales in collegiatis, in Regula ista comprehendat. Glossator hic allegat Rotam & Oldra. ubi tamen, prout hic allegatur, uerbum nullum ad rem nostram. Ego dico, quod ad cognoscendam maioritatem, & principalitatem huiusmodi, considerari debent præcipue ordo, & administratio, ac ordinem & administrationem concernentia. glo. in. c. deliberatione in uer. electionis post medium, de offic. Lega. lib. vi. & ibi Gemini. nu. 6. Alia signa ponit Cardi. consi. 30. in hac dubia. col. 1. & 3. præsertim nu. 20. ibi, signa nanque &c. Rot. 451. fuit dubitarum

2 utrum præpositura, in No. Tamen breuiter concludo recurrentum esse ad consuetudinem prouinciarum, & ecclesiarum, dicta glo. in. c. deliberatione ante si. ibi, licet inspicienda sit consuetudo: & dicta Deci. 451. col. 2. ante nu. 2. uerf. ego uero dicebam, & optime per Alex. consi. 142.

uiso processu, per totum lib. vi. ubi latè de cõtrouersia Archidiaconi, & Archipresbiteri: & quod licet de iure Archidiaconus præferri deberet, & censeari habere maiorem dignitatem: secus fuit ex statutis seu consuetudine. Rot. 173. de Thesauraria, an sit dignitas, in No. per Paris. consi. 31. nume. 39. uol. 4. uideatur & Nic. Boe. Deci. 286. incipit Magister Ioannes, præsertim nume. 8. & seq.

1 SECVNDO quæro, An dignitates maiores post patriarchales censeantur referuatæ per istam regulam. Glossator hic tenet partem negatiuam, per uerbū fortè: & rationem allegat, quia hic non fit mentio de patriarchalibus, per. c. 1. de pact. lib. vi. quod mihi nihil facit. allegat etiam. c. quamuis el primo de præben. eo. lib. & istud. c. pro hac opi. duobus modis induco: uno modo in genere, uidelicet quod in beneficialibus, ubi sumus in materia non fauorabili, stricta fieri debeat interpretatio, pro quo etiam facit. c. 1. in. 2. responso & c. 2. de fil. presbit. eod. lib. vi. c. postulasti, ubi latè per Feli. post alios de rescr. Altero modo magis in specie induci potest in uerf. quanquam sub nomine, ubi propter honorem Cathedralis, illa sub generalitate non uenit: eodem modo igitur quæsumdam uidetur, quod propter honorem patriarchalis dignitatis, quæ supra oēs alias supereminet, sub hac dispositione, quæ potius restringenda, quam amplianda uidetur, nõ ueniant dignitates in ecclesiis patriarchalibus, de quibus mentio facta nõ fuit. Fortificatur ista opin. Arguen, do ab usu patrisfamilias, ad. l. si seruus pluriū. §. si. ibi, ante omnia ipsius patrisfamilias. consuetudo. ff. de Lega. 1. l. sed Iulianus. §. si. ibi, ad eam quantitatē, quam pater solebat &c. ff. ad Maced. l. 3. §. si. ibi, quod si merces solebat comparare. ff. quod cer. loco. l. nummis. ff. de Lega. 3. Nam quando summus Pontifex uoluit regulam aliquam habere locum in ecclesiis patriarchalibus, illasq; comprehendere, expressit per uerba clara: prout fecit in præceden. regula, ubi expressit patriarchales. & sic cum solitus sit expressam mentionem facere de patriarchalibus, quando de illis uult intelligi: uidetur dicendum in casu nostro, quod cum non expresserit, eius fuerit intentionis illas nõ comprehendendi. Et si quis respõdeat, quod per unum actum tantum non concludatur, quod quis solitus sit aliquid facere, & sic ex illa expressione in dicta regula præcedenti nõ inducatur, quod Papa sit solitus de patriarchalibus expressè loqui: replicabo, quod immo Solitus uerbum uerificatur etiam in uno actu soluta. Bar. in. l. Mela. §. sed si alimenta nu. 1. ff. de ali. & ciba. Lega. & Barr. in. l. j. in. 2. quæst. C. quomo. & quan. uid. cuius dictū Pau. de Cas. ibi col. si. nu. 4. dicit communiter teneri, licet Raphael contrariū tenuerit. Alex. consi. 5. Si uera sunt. col. pen. nu. 23. lib. 5. Deci. qui dicit hanc esse cõmunem, consi. 441. præsens cõsultatio nu. xi. Pro parte uerò affirmatiua, cui

adhæreo,

- 5 adhæreo, facit, quod ex proprietate uerborum + appellatione Cathedralis, & Metropolitanæ, uenit etiam ecclesia patriarchalis. c. clericos uersa omnes autem. 21. distinct. ubi exposito, quid sit Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Metropolitanus, subditur, quod omnes ordines supra designati, uno eodemque uocabulo Episcopi nominantur. talia enim nomina sunt ad distinctionem potestatis, & nomen ecclesiæ conuenit tam patriarchali, quam alijs Cathedralibus. c. Constantinopolitanæ & c. de Constantinopolitana. 22. distinct. cum autem late sum pro uocabulo appositione Cathedralis & Metropolitanæ, ueniat patriarchalis, + extensio fieri debet, etiam quod essemus in odiosis, præsertim quando non potest assignari diuersa ratio. l. filium habeo. ff. ad Macedo. l. libertum eundemque. §. senatusconsulti & l. senatusconsulti. ff. de ri. nupti. un. l. si. C. de inter. matri. Roma. consi. 129. licet magna. uers. secunda ratione mouer. Alexā. in. l. si quis iniquum. §. si procur. ante si. nu. 17. ff. quod quisque. iur. & in. l. Centurioni. 2. col. ff. de uulg. & pupil. Deci. consi. 344. Applaudent uers. quia quatenus uerborum proprietates. & consi. 586. In causa, quæ Marti. nu. 9. Accedit quod negari non potest, quin secundum communem usum patriarchalis ecclesia ueniat sub uerbis prædictis: immo secundum communem usum, tam in Cancellaria, quam alibi exprimendo simpliciter ecclesias uel Cathedrales, uel Metropolitanas, intelligimus etiam de patriarchalibus. + Extensio autem de uno casu ad alium, secundum communem usum comprehensum, fit etiam in materia stricta, seu odiosa, pro qua conclusione communiter allegatur tex. in. l. j. ff. de suis. & legi. ubi tex. dicit, quod qui testari non potest, proprie non dicitur intestatus: puta impubes, & furiosus, uel cui beneficiis interdictum est: subdit postea sed & hos quoque pro intestatis accipere debemus. & Bar. ibi infert ad statutum, & sic ad materiam strictam, quod + statutum in partibus Tusciæ loquens de intestato, habeat locum in talibus propter communem usum loquendi in Tuscia per illum text. quem dicit interpretationem huiusmodi, seu extensionem facere ex communi usu loquendi. Et licet magna sit altercatio super hoc dicto Bar. per ea, quæ late tradit Alexan. in. l. generaliter col. 2. C. de Instum. & substi. ubi ponit duas opin. principales, & latissime per Deci. consi. 466. stante statuto Rauennæ, ubi ponit duas communes. & consi. 663. Duo dubia. nu. 2. ubi dicit magis communem opin. Bar. in dicta. l. 1. late per Cur. Iun. consi. 134. Viso & diligenter, per totum, præsertim nu. 5. ramen quicquid sit, quando Deci. & alij inferunt contra Bar. uidentur se fundare ex diuersitate rationis unius casus ab altero: ratio diuersitatis assignari non potest. & Corn. consi. 318. ex pluribus uideretur uol. j. col. 2. nu. 7. concordando opin. firmat, quod omnes fatentur, quod apparenter communi usu loquendi talia statuta, etiam

- correctiua, extendantur: & quod communis usus loquendi amplius, & restringat dispositionem. Et de communi usu loquendi peritorum, & non peritorum, plura per Corn. consi. 106. quanquam in hac nu. 2. & 3. uol. 4. Et dixit Marhesi. nota. 101. quem sequitur Feli. in. c. in præsentia de probatio nu. 19. in. 6. limi. quod communis usus loquendi accipiens uerba incerta significatione facit, quod probatio facta talibus uerbis, etiam æquiuocis, propter talem usum loquendi adaptatur ad intentionem probantis. Nec obstant adducta supra pro parte negatiua, quia illa omnia argumenta cessant, cum constet, quod Papa usus fuit uerbis aptis patriarchales ecclesias comprehendere.
- 1 TERTIO Quæro, + An per istam primam partem Regulæ reseruetur tantum una dignitas maior post Pontificalem, & una principalis in qualibet Collegiata: an uero reseruentur duæ maiores, & duæ principales, Exemplum, in una Ecclesia Cathedrali sunt duæ dignitates, quæ reputantur maiores alijs, & inter se una maior alia, puta Archidiaconatus prima, Archipresbyteratus secunda, primiceriatus tertia &c. & sic etiam Collegiata: ex uerbis Regulæ uidetur dicendum, quod duæ sint reseruatæ, cum loquatur in numero plurali, uidelicet Reseruaui dignitates maiores in Cathedralibus, & principales in collegiatis. + pluralis. n. locutio ad minus in duobus uerificari debet, uulg. l. ubi numerus. ff. de testi. l. inter illam in si. ff. de uer. signi. l. libertas §. post annos. ff. de manu testa. c. pluralis locutio, de Regu. iur. lib. vi. & in materia beneficii est tex. in. c. is cui §. si uero de præb. li. vi. Mil. in reperto. in uer. pluralis numerus in gratijs, beneficijs &c. Contrarium est tenendum, quod immo una tantum dignitas maior in qualibet Cathedrali, & principalis in qualibet collegiata reseruata fuit. Et licet alta, subtilis, & ambigua sit materia ista + pluralis locutionis an sit intelligenda distributiuè, an collectiuè: an resoluatur in suas singularitates, uel non: de qua in. l. falsa. ante si. ibi. nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, ac si separatim dixisset. Scitum &c. ff. de condi. & demon. & ibi glo. si. & Bar. late per Bal. qui optime & subtiliter distinguit in. l. i. col. 2. C. de condi. infer. glo. i. in c. omnes leges distinct. i. ubi plurale pro singulari exponit, & latissime per Feli. super dicto. c. omnes leges, per uiam addi. ad prin. ope. Abba. ubi per quatuor colum. explicat materiam huiusmodi, recolligens omnia hinc inde sparsa. & per Cur. Iun. consi. 128. præsupponitur in facton. 6. & seq. & ibi ponit duas communes opin. Quantum ad rem nostram attinet, dico, quod + pluralitas geminat suas singularitates: hoc rertino utuntur, Doc. supra allegati: quid autem per hoc intendant, declarat Iacobi de san. Georg. in. l. si seruus §. si plurium. ff. si quis cautio. col. 2. uers. in si. glo. ubi exponit. 1. resoluatur in suas singularitates: & ubi plura ponit.

ponit, quæ faciunt ad prædicta. Sensus igitur Regulæ nostræ est, reseruauit in quacunque cathedrali dignitatem maiorem &c. & ista declaratio fieri debet, cum propter subiectam materiã, tum quia materia non est uerificabilis regulariter in plurali, regulariter. n. una est maior dignitas alia: & sic regulariter non datur casus, quod in eadem ecclesia sint duæ dignitates æquæ maiores, uel in collegiata duæ æquæ principales. Quod autem, † quando materia non est uerificabilis in pluralitate, resoluatur in singularitate. c. ut priuilegia, & ibi Abb. in ult. nota. de priuile. Cardina. consi. 30. quidam A. presbiter colum. 3. num. 13. uersi. & si dicatur. Bald. in. l. ait Prætor in 2. nota. ff. negoci. gesto. Archidiacon. in. c. i. 4. quæstio. 5. in princ. ubi secundum Bar. exponit primates. i. primatem: rationem dat, quia text. loquebatur de primatibus in prouincia, in qua tamen non reperitur seu non admititur nisi unus primas. Feli. in dicto. c. omnes post prin. & colum. 3. uersi. Et adde etiam istis. Accedit, quod negari nõ potest, quin locutio huius Regulæ sit distributiua, habendo respectum ad quamlibet Cathedralē de per se, & quamlibet Collegiatam de per se: unde succedit dispositio. l. Lucius. §. Gaio, ubi distributio fit in personã cuiuslibet. Bal. in dicta. l. i. c. de condi. infer. nu. 4. uersi. circa hunc articulum, in primo casu ibi per eum posito. facit Dec. cõsi. 50. quia uerba resti. col. 2. uersi sexto, & ultimo. Cõfirmo hanc meam declarationem per similem declarationem, quam faciunt in. c. deliberatione de offi. Lega. li. vi. primo responso, ubi text. inter alias prohibet, ne Legatus reseruet, seu conferat dignitates maiores post Episcopales. glo. in uer. electionis in fi. cõcludit, quod is, qui post Episcopũ præest capitulo, illud q; cõt. ocat, & similia facit, illa prohibitione inclusus est. & ibi Io. And. ante. fi. uersi. & licet fatear, quod pluralitas dignitatũ respicit pluralitatem ecclesiarũ; & ante etiã infert, quod licet locutio sit in plurali, tamen pluralitas illa intelligi debet referendo unã maiore dignitatem uni ecclesiã: & ita expressè est infert ibi Anchara. in 2. nota. ubi quod maior dignitas post Episcopum est priuilegiata. ubi etiam Philip. Fran. nu. 4. ibi, dummodo præficien. non sit maior post Episcopũ. Tandem in propriis terminis nostræ Regulæ, quod interpretatio fieri debeat de una maiori, & de una principali, colligitur ex dictis Alex. consi. 75. Visis ponderatis uol. 4. præsertim col. 2. ante nu. 4. ibi, principalis dignitas in dictis ecclesiis reputabatur: & postea uersi. potest, ibi, quod istud beneficium erat reseruatum etiã alia ratione, quã ex eo, quod esset prima dignitas in ecclesia Collegiata: & sic pluralitatem huiusmodi in terminis nostræ Regulæ ad singularitatem reducit, ista igitur opin. tenenda est, tanquam uera, & æqua: & ut minus lædatur ius cõmune per istas reseruaciones: & quia magis priuilegiata est maior dignitas: quã inferior. ad nota per Anchara. in di. cõ. c.

to. c. deliberatione, & per Rot. 173. de Thesauraria, an sit dignitas in No. & patet ad sensum. Et ista etiam interpretatio confirmatur per stilum cancellariæ, qui habet, quod in bullis expectatiuarum apponitur clausula, uidelicet Dummodo aliqua dignitatum narratarum in Metropolitana, uel alia Cathedrali post Pontificalem maior, aut Collegiata principalis non existat: & sic per talem clausulam declaratur Regula nostra. de qua clausula uideatur per D. Sarnen, in tracta. expecta. ante nu. 62. uersi. item dicit de dignitate, personatu &c.

- 1 QVARTO successiuè quæro, † quid si in cathedrali sint duæ dignitates maiores, uel in collegiata duæ principales, quæ maioritatem seu principalitatem ita habent in capitulo, in sede, in subscriptione, & in alijs, equalem in tantum, quod quæ sit maior, uel principalior apparere non potest, an ambæ sint reseruatae per istam Regulam, an neutra. Et, quod
- 2 neutra sit reseruata, probatur, quia † Incertitudo in ipsa substantia semper uitiatur. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. ubi si non potest apparere de quo Titio testator senserit, nemo ex Titij erit tutor. §. tutor Instit. de
- 4 Lega. ubi quod incertus tutor dari non potest: sic etiam & † incertum legatum inefficax est. l. si fuerit legatum relictum. & l. si quis de pluribus. ubi est fauor libertatis: qui maximus est, nõ propterea facit legatum incertum subuenire. ff. de reb. dub. pro quo etiam text. in. l. cum ex pluribus. ff.
- 5 de manu. testa. sic & † incerta uenditio nullius est effectus. l. cum duo. ff. de in diem adie. & ibi. glo. si. extendit ad alios casus per iura, quæ ibi allegat. & pro præmissis faciunt tradi. per Bar. in. l. i. in repe. ante. fi. ff. de offi. Procu. Casa. uersi. sed contra eum uidetur, infra de testa. & c. Et non solum ista conclusio uerificatur in materia profana, immo etiam in beneficiis, in qua nos sumus. Videtur enim quod † Incerta electio est inuvalida. c. in electionibus ibi, uel incerta, de electio. lib. vi. Lap. alleg. 6. incipien. In hac sexta, ubi plura pro dicto. c. & Io. Firma. in tracta. Episcopo. lib. i. par. 3. quæst. 37. uersi. quid in electione in certa, Cùm autem in casu nostro omnimoda sit incertitudo, cùm nullo modo possit apparere de maiori, uel principalitate, merito dicendum sit Regulæ non esse locum, & reseruacionem cessare: tanto magis propter odium reseruacionum. Pro parte uerò contraria, quod immo utraque dignitas ueniat, uidetur quasi in terminis nostris Doctr. Io. And. in præallega. c. deliberatione de offi. Lega. lib. vi. ubi format similem quæst. col. 2. ante num. 3. & concludit, quod utraq; ueniat per rationem, quod istæ duæ dignitates in maiori te quasi unitæ censerentur debeant pro una. Cùm eo etiam tenet ibi Gemini. num. 7. dans rationem, quod non differt, an ius maioritatis consistat in duobus, an in uno per. l. singularia. ff. si cer. pera. & ille text. facit ibi, quod
- 7 igitur in duabus personis recipitur, idem in eadem persona arguendo

equum idem

E de personis

de personis ad res, & contrā. ad. l. si quis inquilinos. §. si ita Legatum. ff. de Lega. 1. Bart. in. l. miles ita. §. 1. ff. de mili. testa. l. si domus. §. in pecunia in. 8. nota. nu. 16. ff. de Lega. 1. & Dec. conf. 344. Applaudunt rationes col. si. uers. tertius est casus. Et pro ista opin. idem Io. Andr. & Gemini. in dicto. c. deliberatione, subdunt facere rationem. l. generaliter. ff. de fideiussio. ratio autem dictæ. l. est, quod in obligationibus inæqualibus, & ubi aliqua differentia est, potest constitui altera per alteram perimi: cū uerò duæ eiusdem sunt potestatis, nō potest reperiri, cur altera potius quàm altera consumatur: ita igitur in casu nostro, si una dignitas sit maior uel principalior altera, inferior excludetur: at cum sint æquales, & designare non possimus, quæ sit inclusa, uel quæ sit exclusa, cūm utraque sit principalis, in utraq; consistat hoc ius. Allegant etiam. l. si duo. ff. de solutio. quæ facit ante si. ibi, quotiens uerò duæ sunt principales, altera alteri potius adicitur ad actionem. Cum Ioan. Andr. & Gemini. transit ibi Philip. Fran. nu. 5. Ex rationibus igitur, & autoritate tantorum Doctorum, posset intrepidè opinio ista teneri: est bene uerum, quod casus per eos postus loquitur secundū alios terminos, tamē in effectu idem cum meo uideretur esse. Et pro meo casu facit subtilis ponderatio facta ibi per Io. And. nu. 3. uers. credo quod in utraq; ubi dicit, quod primo aduertendum, quod huius casus maior esset dubitatio, si text. loqueretur in singulari dicendo, Nisi maior dignitas in ecclesia Cathedrali: & postea subdit, quod licet pluralitas illa respiciat pluralitatem ecclesiarum, quasi dicat quælibet dignitas maior in qualibet Cathedrali, per literam probari non potest, quod una sola excludatur. & sic in effectu, uult dicere, quod licet ipse teneat, quod ista pluralitas resoluat in singularitatem, prout probauit in proxima præcedenti quæstione: tamen non potest negari, quia uerba ipsa sint apta de sui natura comprehendere plures dignitates in qualibet Cathedrali. sic igitur applicando ad casum meum, licet tenuerim supra summa ratione interpretationem fieri debere distributiue, & intelligendum de qualibet maiori in qualibet Cathedrali, & de qualibet principali in qualibet Collegiata: tamen quo ad præsentem quæst. non inconuenit tenere, quod Papa loquens in plurali de dignitatibus, cū non possit apparere in qua consistat maioritas uel principalitas, de ambabus intellexerit: cūm etiam uerba id patiantur. Facit etiā ratio Regulæ, quæ uideretur esse respectus maioritatis seu principalitatis: ubicunq; igitur maioritas ista, seu principalitas sit, in casu illo locum habeat Regula ista. Demum pro ista opin. adduci potest tex. & illius ratio in. l. qui duos. §. in proposita. ff. de reb. dub. ubi duos filios impuberes habens, ultimo morienti Titium substituit: duo simul in anno perierunt, & nescitur quis primo uel postea: queritur cui Titius sit heres substitutus

substitutus, & an neutri ibi deceditur, quod utriusque sic uideretur dici in casu nostro. At qui uellet Scyllā & Charybdim, & sic utrunq; scopulum euitare, contentus una tantum dignitate ex æqualibus huiusmodi, posset adire summum Pontificem, uel alium ad quem spectare, possit, declaraturus se ex duobus reseruatis talem dignitatem eligere, iuxta text. in simi. in. l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de Legat. 1. ubi si testator plures habens Sticos Sticum leget, nec appareat de quo senserit, hæredis est electio: ita uideretur, quod prouisus, seu alias reseruati Regulæ inhærens, declarare possit, uel instare, ut iste summus Pontifex declararet, de qua senserit in sua reseruatiōe, seu quam tunc malit reseruati fuisse. Et ultra quod Papa sit dominus absolutus, ut possit de omnibus beneficiis ad libitum disponere, non solum quo ad illa declarationem facere: non carebit etiam declaratio hæc calore, & colore Iuris & rationis. Videmus enim quod admittitur + Incerta præsentatio per instituentem, postea certificanda. Cle. 2. in. si. de iure patronatus, & ibi glo. in uer. præsentare, cum qua transit Feli. in. c. inter cætera. col. penult. ante si. ibi. secus in præsentatione & c. de appella. Lamber. in tracta. iuris patro. li. 2. quæst. 2. par. 2. art. 8. nu. 1. fol. mihi. 294. & art. 9. fol. 295. nu. 3. fortius igitur incertitudo ista declarari poterit, seu debet per ipsum Papam, cuius est etiam iura condere & declarare.

I QVINTO iuxta eandem partem quæro, quid si in cathedrali post pontificalem, uel in collegiata sit una tantum dignitas, an ista per primam partem Regulæ reseruata censeatur. Breviter cōcludo omnium esse opin. dignitatem huiusmodi Monocularem non contineri, neque comprehendī sub hac reseruatiōe. ita concludit Cardin. conf. 30. in hac dubia col. 3. nu. 25. & seq. uers. sed adhuc tamē, & c. Gemini. conf. 36. quod collatio. col. 1. Rot. 216. Voluerunt, in No. & Fasto. dub. 55. primo an gratia. Mil. in reper. in uer. gratia per quam mandatur alicui & c. Feli. in. c. in nostra in. 24. Corc. de reser. Ene. de Falc. in tract. reserua. in. 3. quæst. principali nu. 32. uers. beneficia monocularia, fol. mihi. 19. ubi etiam dicit istud esse multum notandum pro hac. 3. regula cancellariæ. idem concludit etiam pro hac regula D. Sarnen. in tract. expectatiuarum num. 46. uers. & illa uerba, dummodo non sit maior post pontificalem & c. Et intra alias rationes, quas assignat præfati in locis præmissis, potissima est, quod mens Papæ fuit reseruare dignitatē maiore, seu principale, ubi plures sunt dignitates: & maioritas & principalitas nō potest demonstrari in ecclesia, ubi est una tantum dignitas: & datur exemplū, si homo unus esset in Ciuitate, nō posset proprie dici, quod talis eēt principalis seu maior: & principale præsupponit accessorium, & maius præsupponit minus. Neminem inueni, qui prædictam conclusionem oppugnet, est bene uerū, quod in

prælegat. consi. Gemini. 36. adest quædam annotatio, quam credo esse Feli. quæ dicit se credere, quod Rota & curiales dicerent contrarium; nam de communi usu loquendi curialium est appellare dignitatem principalem in collegiata etiam illa, in qua nulla alia est dignitas: sed intelligit principalem respectu aliorum de collegio. Ista non est insipida pōderatio, immo etiam de iure ex propria significatione † posterior dicitur non habens priorem, seu non habens aliquē ante se: & supremus filius unicus filius: & proximus agnatus, qui solus est agnatus. l. qui duos. §. in proposita. ff. de reb. dub. & l. proximi & l. in uulgari. ff. de uer. signi. & optimus maximusq; dici potest, qui solus est: & supremæ tabulæ, quæ solæ sunt. l. illa uerba. ff. eo.

1 S E X T O, iuxta eandem primam partem, quæro † An illa clausula, Valorem decem flor. auri excedentes, referatur ad præcedentia, uel ad sequentia. & hoc ualde utile erit scire, quia ad hoc ut reservationi locus sit, requiritur ista qualitas in dignitate, quod ualorē huiusmodi excedat: alioquin reservatio non inducetur. Dico, quod tribus modis cadere potest ista clausula limitatiua, uidelicet uel referendo se ad superiora, uel ad immediatè inferiora, uel ad omnia hoc modo. & primo casu legi, & punctari litera sic debet, uidelicet Reseruauit omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus & Metropolitanis, nec non ualorem decem florenorū auri cōmuni extimatione excedentes, & ibi fiat punctus, & sensus erit, Reseruauit dignitates in cathedralibus maiores, nec non ualorē exceden. & c. quasi requiratur duas qualitates ad hoc, ut dignitates in cathedralibus sint, reseruata: prima sit, quod sint maiores post pontificales, altera quod excedant illū ualorē annuū: & uno deficiente talis dignitas in cathedrali non sit reseruata. Iste intellectus applaudet D. Sraphileo olim Rotæ Auditori, in tracta. ut. signa. fol. 10. uers. secundo debēt intelligi uerba de dignitate & c. dūmodo non sit maior post pontificalem & c. postea subdit, sed istud, quod dicitur de dignitate, debet sanè intelligi, dummodo dignitas huiusmodi maior post pontificalem ualorem & c. non excedat, iuxta regulam cancellariæ, & sic declarat hanc limitationem respicere illas dignitates maiores in cathedrali. Iste etiam intellectus probatur per ea, quæ tradit D. Sarnen. in trac. expectatiuarū nu. 45. uers. sed istud, quod dicitur de dignitate, debet sanè intelligi, dūmodo dignitas huiusmodi post pontificalem ualorem & c. iuxta regulam. 3. cancellariæ. Secundo modo dicta clausula cadere potest respiciens solum proximè sequentia, legendo literam hoc modo, Reseruauit dignitates maiores post pontificales in cathedralibus & Metropolitanis. hic fiat punctus, deinde sequitur, Nec non ualorem & c. excedentes principales in collegiatis. & sensus sit, In cathedralibus reseruauit maiores

maiores indistinctè: in collegiatis uerò principales, quatenus excedentes & c. Pro hoc intellectu facit differentia, quæ assignari potest unius casus ab altero. uidemus enim quod maior dignitas post pontificalem, etiā de iure, est priuilegiata. Anchara. in. c. deliberatione de offi. Legat. lib. vi. in. 2. nor. & idem D. Sraphi. fol. 28. dicit, non debere fieri differentiam in beneficiis cathedralium respectu ualoris, nec debet considerari beneficium in cathedrali sit paruum, uel magnum. Sufficit enim quod sit in cathedrali propter honorem & præminentiam. Si igitur in beneficiis cathedralium non solet fieri ista differentia ualoris, cum hanc limitationē seu qualitatem ualoris in regula reperiamus, quæ dignitates cathedralium, & non cathedralium respicere potest: respiciat illas talis differentia seu qualitas, in quibus magis considerari & adaptari potest. Accedit, quod cum beneficia cathedralium ecclesiarū sint beneficiis in collegiatis, uel quibuscunq; alijs honorabiliora, & præstantiora. c. quamuis. §. quanquā de præben. lib. vi. non debet uideri mirum, si Papa reseruando maiorem in cathedrali, principalem in collegiata, & sic quo ad effectum reservationis has duas dignitates parificādo, uidens illam dignitatem in cathedrali præpōdere alteri collegiata, salmas (ut dicunt) adæquando huic inferiori dignitati adiecerit istam conditionem, quod excedat talem ualorem; quasi quælibet dignitas in cathedrali modici ualoris æquiparetur dignitati in collegiata magni seu competentis ualoris. Ita uidemus in alia regula, quæ est. 18. summum Pontificem differentiam constituisse inter canonicatus cathedralis, & collegiata. Pro illis enim ætatem. 14. annorum requirit: pro istis decem. Si igitur ibi, differentia constituitur, idem hic censeretur: cum una pars dispositionis alteram declarat. l. qui filiabus in prin. ff. de Legat. 1. l. cum proponebatur. ff. de Lega. 2. Abb. 3. consi. 36. col. ult. uol. 1. & consuetudo loquendi disponentis attendi debet. l. si seruus plurium. §. si. ff. de Lega. 1. l. nummis. ff. de Leg. 3. Dec. consi. 441. præsens consultatio, num. 9. & ita in simili arguit, & concludit Rot. Fasto. dub. 46. Die mercurii col. 2. post medium, ubi quod clausula ibi posita pro uerificatione mentis disponentis, & ex illius solita consuetudine restringi debeat ad beneficia ultimo nominata: unde cum ibi diceretur, de præbenda, portionibus, ac præstimonijs cedentium uel decedentium; illud uerbum Cedentium referatur solum ad portiones & præstimonja, non autem ad præbendam. & illud dictum sequitur Feli. in. c. causam, quæ col. 5. in. 7. limi. ibi, & adde Tho. Fasto. & c. & in. c. ex parte el primo, in uer. restringe quinto, ante nu. 47. uers. dixit etiam per pulchras rationes & c. de reser. Tertio modo (& iste uerior secundum iuris dispositionem uidetur) interpretatio fieri potest, quod illa clausula limitatiua respiciat proximè præcedentia & sequentia, & sic tam dignitates in cathe-

- 4 in cathedralibus, quā in collegiatis†. Clausula. n. in medio posita, quando cōmodē pōt, ad omnia refertur. l. & si pepercerit. s. filius. & ibi Bar. nu. 7. & Ias. nu. 2. c. 2. requiris, & ibi Abb. anti. in prin. de appel. & Panor. in. 4. nota. latē Feli. in. c. causam quæ num. 4. de rescr. & ista tanto magis procedunt, quando cōtinuata scriptura. l. si. & ibi no. Bar. ff. de reb. dub. eo præsertim, quando clausula est communis, in qua non uideretur subesse ratio, quare magis ad unum capitulum, quā ad aliud referatur? Bal. in. l. 1. post prin. uerfi. & no. rationem literæ. C. de libe. præte. optimē per Deci. consi. 14. & pro tenui. col. 2. uerfi. præterea illud saltem. Insuper uerbum reseruauit in prin. positum determinat utrunq; & sic dignitates in cathedralibus & in collegiatis†. Determinatio autem una, plura determinabilia respiciens, debet ea pariformiter determinare. l. nam hoc iure. ff. de uulg. l. in testamento. C. de testam. mili. l. quamuis. C. de impu. & ali. substi. Deci. consi. 456. consilui alias, num. 6. Qui uult tenere hanc ultimā opin. ad cōtraria supra adducta respōdere potest: primo, quod D. Saphi. & Sarnen. licet loquatur, seu intelligant, quod dicta clausula, ualoris respiciat dignitatē maiorem in pontificali, per hoc non excludunt, quin etiam idem sit in dignitate principali in collegiata: & si aliter intelligerent, ultra quod nihil adducant, non bene, & ex suo capite loquerentur. Ad secundum intellectum, quod clausula respiciat non solum dignitates in collegiatis propter consuetudinem statuen. & c. Ista consuetudo in terminis nostris, uel etiam similibus non probatur. Nec ad rem facit regula illa de græte canonicarū, nec est uera pōderatio illa Staphi. de qua supra, quod beneficia parui ualoris in cathedralibus nō differant ab illis magni ualoris, & ad effectum, de quo ipse loquitur, & ad omnes alios: quia ultra quod nihil concludens alleget, contra ipsum est Deci. 308. no. quod ubi, in Antiq. minus etiam uidetur concludere, quod mens Papæ fuerit magis adaptare hanc limitationem dignitatibus collegiatæ, quā cathedralis: ergo interpretatio fieri debet, ut supra, referendo ad omnia sub eodem uerbo, & sub eadem structura contenta, tanto magis propter odium reseruationum.
- 1 SEPTIMO Queso, quid si Papa erexerit nouū Episcopatū, uel nouā collegiatam, an maior & principalis dignitates in eis dicuntur per Regulam huiusmodi reseruata? Pro parte negatiua facit propositio illa, † non entium nullæ sunt partes. l. quidam referūt post prin. uerfi. nullius enim momenti. & s. i. ibi, quia hæres, ad quem sermonē conferat, in rebus humanis non est. ff. de iu. codicil. c. bonæ el. i. uerfi. contra uerō legati, cum glo. in uer. per rerum naturam in prin. de electio. c. ad audientiam el. 2. cum glo. in uer. non possumus, in prin. de ecclesi. adi. ubi, quod † priuilegium non conceditur rei, quæ nondum est. Sic etiam † Donatio ecclesiæ

- siæ uel personæ, quæ non est, fieri non potest. c. Abbate sanē de re. iudi. lib. vi. quod pro nota. ad hoc pōderat Abb. in dicto. c. ad audientiam el. 2. nu. 5. uerfi. sed quæro nūquid. Sic & † seruitus ædificio, seu prædio, quod non est, imponi non potest, l. i. ff. commun. prædio. Et † rescriptum non extenditur ad lites, quæ non sunt. c. si. de. rescr. & † accusari non potest res, quæ non est. c. ad dissoluendū de desponsa. impube. prout † mandatum generale non se extendit ad causas, quæ nō sunt Ror. 562. utrum procuratorium in antiq. & Bisigne. 3. de procura. utrum procuratorium in antiq. pro quo tamen uideatur in no. 413. fuit dubitarum. Et † curator ad lites intelligitur ad eas, quæ existunt. l. qui habet. s. si. cum glo. si. & l. sequen. ff. de iure. Et † uenditio, non solum non operatur circa non existentia, immo etiam circa non apparentia. l. Rurilia Polla, & l. in Lege, & ibi glo. in uer. quod non sit, dat concordan. ff. de contr. empti. Et † legatum etiam indefinitum comprehendit solum existentia, seu presentia, non autem futura. l. si ita Legatū, & l. medio in prin. ff. de au. & arge. Lega. Item † instrumentis fundi Legatis non ueniunt ea, quæ tunc non erant instrumenta fundi. l. Iulianus. s. si. ff. de Legat. 3. Insuper † liberationis Legatum non extenditur ad debitum post testamentum testatori solutum: & sic solum comprehendit debitum tunc existens. l. creditor in prin. & l. Aurelius. s. testamēto & s. Titius Seio. ff. de libe. Lega. † Iuramentū de obseruando statuta, respicit solum statuta tunc existentia: non autem de nouo postea facta. c. clericis & c. quemadmodum de iureiuran. sicut † transactio non solum non respicit tunc non existentia, immo etiam tunc non apparentia. l. cum Aquiliana & l. qui cum tutoribus. ff. de transactio. & l. tres fratres. ff. de pact. Et † pignus promissori contractu nascentibus. l. per retentionem. C. de usur. † Et confiscatio bonorū non respicit bona futura. l. si tibi mandauero. s. is cui. ff. mandata. c. felices post medium ibi, de postmodum acquisitis repetitio non negetur, cum glo. in uer. acquisitis de poenis lib. vi. Deci. consi. 438. Accurrate & eleganter, nu. 10. Et † Vicarius habens mandatum amplissimum, etiam ad dispensandum in omnibus casibus, in quibus ipse Episcopus autoritate ordinaria, uel delegata, etiam apostolica, cōmissa, uel cōmittenda, non poterit se intromittere in casibus nouiter de iure speciali cōpetituris. Ror. 840. Episcopus in Antiq. & Bisig. 3. de offi. Vica. † Stipulatio etiam ad futura non extenditur. l. si à colono. ff. de uer. obli. facit pro præmissis consi. Alex. 178. in occurrenti casu uol. 2. ubi à prin. usque ad nu. 9. plura ad rem nostram allegat, concludens non uenire futura, sed solum existentia & apparentia. Ex præmissis concludendum uideatur, quod reseruaciones non se extendant ad dignitates, seu beneficia,

quæ tempore reservationum non sunt in rerum natura. sed omiſſis ar-
 gumētis uidetur rex. in terminis noſtræ quæſtionis in cle. ſi. de reſcr. ubi
 20 † Reſeruatoriæ literæ apoſtolicæ non trahuntur ab beneficia de nouo
 creata. & glo. in uer. creatum in prin. exemplificat etiam in noua digni-
 tate, allegat. c. cum olim de conſue. quod loquitur in creatione præcen-
 21 toriæ, immo etiam dicta † cle. literas ampliatur procedere etiam in bene-
 ficiis creatis, & dotatis ante reſeruationem: ſed approbatis poſtea à ſu-
 periore, prout pulchrè, & ſubtiliter diſputat hunc articulum Rot. Bi-
 ſig. 17. de præben. quidam patronus in Antiquo. quæ eſt eadem in an-
 tiq. 544. & tandem in ultima opin. reſidet pro hac parte. idem concludit
 Ene. de Falco. in tracta. reſerua. in. 3. quæſtio. princ. nu. 26. in uer. benefi-
 cia creata, & dotata fol. mihi. 18. pro qua tamen cōcluſione uideatur Lã-
 berti. in tracta. iurispatro. in 36. art. 9. quæſtio. 3. par. 2. lib. fol. mihi. 374. Ac
 cedit, quod ratio dictæ cle. inter alias, quas ibi dant glo. ſi. poſt medium
 uerſi, & fuit forte motiuum, quod forſan creatores beneficiorum retraher-
 erentur ab illis creandis quãdo uiderent illa ſtatim impetrãtibz debe-
 ri: & ibi Imol. nu. 22. militare etiam uideretur in terminis noſtris. creato-
 res. n. beneficiorum retraherentur uidendo illa ſub reſeruatione cadere.
 Contraria opin. eſt uerior, & tenenda, pro qua in terminis noſtris con-
 cludit Gaſpar de Peru. in tract. reſerua. in uer. quæ autem beneficia reſer-
 uantur, nu. 8. uerſi. Lap. cōtra folio. mihi 7. reſidens, quod quando reſer-
 uatio eſt fauorabilis, & non ambitioſa, includit etiam beneficia de nouo
 creata: at in caſu noſtro nulla ambitio, nullusq; pro reſeruatione In-
 ſtigans, & in conſequentiam, ut dixi, fauorabilis. facit conſi. Gemini. 69.
 circa primum col. ſi. uerſi. ſuper iſto dubio puro concluden. & c. & latè
 Ene. de Fal. in tracta. reſerua. in. 3. quæſt. prin. nu. 8. in uer. beneficia poſt
 reſeruationem nouiter creata, fol. 12. præfertim uerſi. Aliis autem reſer-
 uationibus generalibus & c. ubi concludit, quod quando reſeruationes
 ſunt inductæ per conſtitutionem, ſeu leges, ſeu regulas, prout in caſu no-
 22 ſtro, non eſt in conſideratione noua creatio. Lex. n. ſemper loquitur. l.
 Arriani. C. de hæreti. Cardi. in dicta cle. ſi. de reſcr. col. 3. uerſi. uenio ad
 primum, ibi & concernit futura, ut diſpoſitio legis, quia ſemper loqui-
 tur & c. & ibi Imol. nu. 25. uerſi. ſi à lege, concludit quod regulariter re-
 ſpicit futura, quia lex ſemper loquitur & c. ſubdens, quod legi omnia
 ſunt præſentia. Durãte igitur regula quãdocunq; beneficiũ ſeu dignitas
 de nouo creatur, reſpectu regulæ, quæ ſemper loquitur, non poterit
 dici ſeu conſiderari noua creatio, eo. n. ipſo quod dignitas erit de nouo
 creata, poſt ipſam creationẽ regula loquitur, ſeu loquetur. & ſic nõ erit
 locus dubitationi, an ſe extēdat ad creanda de nouo, uel ad nõ existen-
 tia: quia cum erunt creata beneficia, & cum in rerum natura exiſtent,
 tunc

tunc regula ſeu lex loquetur. Et ex hoc tolluntur omnia ſupra in con-
 trarium adducta, quibus ſigillatim reſpondere omittam, cum unico
 uerbo omnia ceſſent: & ex dictis glo. Imolæ, & Cardi. in dicta cle. lite-
 ras, & aliarum glo. ſupra adduc. apparebit etiam ſpecifica ſolutio
 23 ad omnia præmiſſa. Breuiter tamen cōcludo, quod † ſuper non ente po-
 teſt diſponi. l. ſi ſeruitus. §. futuro, ubi acquiritur ſeruitus ædificio, quod
 nondum eſt. ff. de ſerui. urba. prædi. Bar. in. l. ſeruos. ff. de ali. & ciba. Le-
 ga. nu. 4. ubi ſoluit illud cōtrarium de donatione, quia illa requirat per-
 ſonam ueram uel fictam & c. & reſponder ad. c. ad audientiam de eccle.
 ædifi. Dec. conſi. 262. In caſu, col. penul. uerſi. Nec ob. ſi dicatur, quod in
 caſu iſto & c. facit Rot. Biſig. uni. de teſta. in antiquo. Cardi. in. c. ad diſ-
 ſoluen. de deſpon. impube. ubi diſtinguit & ſoluit: ſed latius per eum in
 dicta cle. literas.

- 1 OCTAVO QUÆRO, quo ad ſecundam partem, † de quibus prioratibus,
 & præpoſituris intelligatur? & dico, quod de conuentualibus, præſer-
 2 tim proper clauſulam, Ac alias dignitates conuentuales. nam † dictio
 Alius implicat, & designat ſimilitudinem, & refert diuerſum in ſub-
 ſtantia: ſed idem in qualitate. l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugi. cum glo. ſi. c. ſe-
 des, ubi omnes, de reſcript. Bar. in. l. ſed & ſiquis. §. quæſitum nu. 2. ff. ſi
 quis cãtio. Cardi. conſi. 126. uacauerunt canonicatus num. 8. uerſi. ad idem
 de reſcr. Sozzi. conſi. 104. quoniam præſens nume. 1. uol. 3. Rot. in antiq.
 838. Papa conceſſit, ante ſi. Syl. de beneficio quæſtio. 3. par. i. nume. 2.
 & nu. 11. uerſi. primo arguit. Immo † adiectiua indefinita r. rione adiun-
 cti reſtringuntur in eorum ſignificatione. l. ſi. §. cui dulcia, & ita ibi ſum-
 mar. Bar. ff. de Vi. & ole. Legat. Inſuper iſta clauſula, Et alias dignitates,
 oſtēdit, quod ſupra intellexit de prioratibus & præpoſituris, qui & quæ
 ſunt dignitates: & ſic reſeruatō reſtringitur tantum ad dignitates. &
 4 quod † prioratus cōuentualis ſit dignitas, eſt text. in. c. niſi eſſent, ante ſi
 ibi, nõ dignitas prioratus, de præb. & ita ibi firmat. Abb. Anti. qui ponit
 caſum de prioratu conuentuali, & poſtea in ſi. primæ col. ſubdit, Nor.
 quod prioratus eſt dignitas. facit Cle. 2. cum glo. in uer. conuentualiter
 in ſi. de reſcrip. & Cardina. in Cle. dudum. §. ſtatuiſmus ante nume. 6. de
 ſepultu. glo. in cle. ſi religioſus de procur. & ibi etiam Cardi. in. 13. quæſt.
 & idem Cardi. in cle. 1. §. ſi. de ſupplen. negli. præla. & optimè per Oldra.
 conſi. 281. quod prioratus, ſub tit. de præben. & de prioratu & præpoſitu-
 ra, & inter eas, quæ ſit maior, latè per D. præceptorem meum Philip.
 Deci. conſi. 161. pro d. præpoſito & c. per totum conſi. Syl. de beneficio. 1.
 par. quæſtio. 2. nume. 55.
 1 NONO ſucceſſiuè quæro †, de quibus dignitatibus conuentualibus intel-
 ligat regula noſtra, & an de ſecularibus, an regularibus? & Gloſſator hic
 adducit ibi

vehementē laborat, & summa ratione (mea quidem sententia) dubia. n. satis uidetur mens huius regulæ. Tandem ipse dicit audiuisse uno modo interpretari in cancellaria, quam interpretationem non putat à Rota receptam. Ne autem per principia ignota procedamus, uideamus primo, quomodo de iure cōmuni accipiendus sit terminus iste conuentualis dignitas, & an sit secularis, an regularis. & de iure habemus, quod

2 †conuentus idem est, quod cœtus uel cōgregatio, & conuentus dicitur

3 in unū cœtus. c. i. ante fi. 15. distin. & sic istud uerbum †Cōuentus adaptatur tam ad seculares, quā ad regulares, prout etiam uidere est in. c. cum in terra, de elect. ubi disponitur, quod seruetur forma electionis in omnibus ecclesiis conuentualibus, & sic comprehendat tam seculares, quā regulares. & Abb. ibi in. i. nota. dicit, quod quælibet ecclesia collegiata, licet nō sit regularis, sed secularis, potest dici conuentualis. nam conuentus, collegium, seu capitulū, sunt synonyma, licet uulgares cōgregationem religiosorum appellent conuentum, secularium autem capitulum: quam differentiā dicit iure nō probari, sed potius contrarium: ad quod etiam potest induci. c. nobis fuit, de iu. patro. uersū. cæterum in conuentuali. pater. n. ibi quod non excludit secularem ecclesiam; immo potius de ea sentit, in qua magis cadit ius patronatus. & glo. ibi in uer. in conuentuali, dicit eo ipso esse conuentualē, ex quo duo, uel tres in collegio sint, & ibi Hostien. uersū. cæterum, pro eodem ponit conuentualē & collegiatā ecclesiam. faciunt pro præmissis tradi. per Paulum de Ciradinis in tracta. iuris patro. in. 3. par. quæst. 32. nu. 41. per Lambert. in eo. tracta. in. 5. quæst. prin. primę par. 2. lib. num. 3. fol. mihi. 196. Ex præmissis sequitur, quod intelligendo uerba regulæ nostræ secundū terminus iuris, Regula ista referuat prioratus, & præposituras, & alias dignitates, tam seculares, quā regulares: & sic omnes dignitates seculares, & regulares referuatæ erunt: Immo quod potius sumenda sit interpretatio, quod Papa referuauerit dignitates seculares, quam regulares, uidetur

4 primo, quia †collatio, & omnimoda dispositio beneficiorum regularium spectat ad ipsum Abbatem solum, secundum unam opin. per. c. nullam 18. quæst. 2. ibi, ad quē potestas tota pertinere conuenit, Abb. in. c. ea nō scitur, de his, quæ sunt à præla. si. con. capi. col. 1. uersū. no. quod in præsentationibus. ibi, sed ego nō uideo, quomodo hoc probetur & c. uel secundum aliam opin. quæ uidetur cōmunis ad Abbatē & conuentum. c. si. cum glo. in uer. pertineat, & ibi Archidi. Io. Mona. Domini. & Fran. de regula. lib. vj. & communiter scribentes in dicto. c. ea nō scitur, ut attestatur Abb. ubi supra, licet ipse contrarium teneat. Nō debet igitur Abbas, uel ipse, & conuentus per has referuationes in sua iuridica collatione prouisione seu dispositione priuari. Immo nec literæ Papæ ad huiusmodi beneficia

di beneficia se extendunt. Rot. 838. Papa concessit, in Antiq. quæ est eadem cum. 12. Bisigne. de refer. in Antiq. quæ loquuntur de prioratibus, & alijs beneficijs Cluuiacensis ordinis. Secundo † beneficia regularia nō sunt perpetua, sed manualia. & ad nutum reuocabilia. c. cum ad monasterium. §. tales autem de statu. mona. & cle. 1. §. ad hæc cum glo. in uer. ad claustrum eo. Mil. in repert. in uer. beneficia regularia non sunt perpetua. latē Syl. de beneficio. par. 3. quæst. 21. nu. 2. non comprehenduntur ergo sub reservationibus, ut infra proxima quæstio. deducam. Tertio, quia plures sunt diuersitates inter beneficia secularia, & regularia: ut est notum, & per Lap. allega. 84. D. Papa. col. penul. uersū. Item quia huiusmodi monasteria plures diuersitates habent & c. sub istis igitur reservationibus beneficiorum secularium non uidentur comprehendere beneficia regularia diuersæ nature. Quarto habemus doctri. in terminis Ene. de Falco. in tracta. referua. in. 3. quæst. prin. nu. 29. in uer. beneficia regularia non comprehenduntur in reservatione, ubi plura allegat fol. mihi 18. à ter. ergo dicendū sit regulam non comprehendere regularia, & sic prioratus, & alias dignitates regulares. In cōtrarium facit, quod immo debeat fieri interpretatio de dignitatibus regularibus, non autem secularibus: primo, quia †superflua redderetur una pars istius regulæ, cōtra text. in. l. si stipularus, cū glo. in uer. uerba ibi. Ne frustra fieret adiectio. glo. j. in. l. j. ff. quod met. cau. ubi, quod nec syllaba non necessariē apponi debet. Bald. super rub. C. de contra. emprio. quæst. 9. Cur. Iun. consi. 85. Habira diligenti. num. 4. Deci. consi. 69. Visis duobus, nu. 4. & 414. Viso eleganti, nu. 2. Superfluitas autem intelligendo hanc secundam partem de prioratibus, & præposituris, & alijs dignitatibus secularibus, aperta resularet. pars. n. prima superflua esset. Si. n. referuauerit dignitates seculares omnes, ad quid distinctio illa maiorū in cathedralibus, & principalium in collegiatis? & ad quid limitatio illa excessus decem florenorum? Insuper † stilus Ro. Cu. qui pro lege seruandus est. c. quā graui, de crimi. fal. Calderi. consi. 8. An existens, sub tit. de refer. nu. 4. Docto. in c. 2. de refer. ubi latissimē per Feli. Cur. Iun. consi. 138. nume. 13. declarat, quod solū dignitates maiores in cathedralibus, & principales in collegiatis habentur pro referuatis: non autē aliæ dignitates. & ita obseruat Cancellaria in narratiuis bullarū. In illis enim duntaxat, in quibus continentur tales dignitates maiores, uel principales, narratur referuatio: non in alijs dignitatibus secularibus. Intelligo dummodo non concurrant alię reservationes, puta per obitum, uel resignationē in Cu. Ro. per familiaritatem, uel alias. † Arguendo igitur à sufficienti partium enumeratione. l. patre furioso, & ibi no. Barr. in princ. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. l. obligationum ferē. §. placet. ff. de actio. & obli. l. stellionatus. C.

8

de crimin. stellatione. l. ad instructionem pontium. C. de sacrosan. ecclesi. c. dilecto, de præben. c. 2. de cognat. spiritu. Necessariò dicendum est, quod aut referentur dignitates seculares, aut regulares: seculares non ad supra deducta: ergo necessariò concludendum est, quod referentur regulares. Quid tenendum? Ego (saluo semper meliori iudicio) concluderem pro hac secunda opin. quod ista secunda pars regulæ reseruatoria prioratum, præpositurarum, & aliarum dignitatum conuentualium, intelligenda sit, quod loquatur de regularibus: non autem de secularibus. de quibus autem regularibus infra dicam. Non obstant adducta supra in contrarium, tum propter stilum, de quo supra: tum ad euitandam superfluitatem facienda est huiusmodi interpretatiò. Tamen sigillatim respondendo, Ad primum, quod t. conuentus appellatione ueniat etiam collegiumulare, hoc nego secundum materiam in qua sumus: in qua, quicquid dicat Abb. in præalleg. c. cum terra, de electio. in. 1. nota. ubi posuerat differentiam secundum uulgares, quam in iure dicit non probari, quod conuentus dicatur religiosorum, capitulo 10 lum secularium: concludendum est ex t. proprietate uocabuli, à qua recedi non debet, uulg. l. nò aliter. ff. de Lega. 3. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. Lega. Bal. in. l. cum uirum. C. de fideicomis. Deci. consi. 89. Viso 11 puncto, col. 2. ante fit. t. conuentum uerè dici religiosorum. & licet Abb. dicat hoc iure non probari, de còtrario apparet per. c. monachi. §. si. ibi; In ecclesijs conuentualibus. c. cum ad monasterium, uersi. in refectorio ibi, conuentus exeat cum Abbate. de statu. mona. c. 2. in princ. ibi, Inter Abbatè, & conuentum de testi. lib. 6. cle. 1. ibi, Conuentus sui, aut si conuentum non habeat. de reb. eccle. non alie. & ibi larè per Cardi. in 9. no. Ad allegata in contrarium per Abb. & per me, ubi supra, potest responderi, prout respondet ipse Cardi. quod quandoq; unù ponitur pro aliò: Quando igitur iura uruntur hoc uerbo conuentus pro termino còmuni comprehendendo etiam collegiumulare, seu capitulumulare, illud euenit ex impropria, uel latissima significatione: cum autem iura uolunt intelligere de ecclesijs, seu locis, uel collegiis regularibus, uruntur isto uerbo còuentus, ut in iuribus supra allegatis, & in alijs plerisq;, at secundum terminos nostræ regulæ nunquam inueni, quod iura urantur isto termino, Conuentuales prioratus, Conuentuales ecclesias, Conuentuales dignitates, pro secularibus. Ad illud, quod collatio spectet ad Abbatem: hoc non repugnat, quia non priuatiuè ad Papam, qui est dominus absolutus omnium beneficiorum tam secularium, quàm regularium. Nec obstat Rot. 838. in antiq. quia ibi præsupponitur priuilegium concessum fuisse ordini Cluuiacensi, quod nullum recipere teneretur Prior Cluuiacensis autoritate literarum apostolicarum, nisi de ordine facta men-

ta mentione: & sic semoto priuilegio aliud dicendum est, & sic facta mentione ordinis literæ apostolicæ executioni demandandæ fuissent. Ad aliud, quod sit differentia inter regularia & secularia: hoc concessio, non sequitur, quod differentia etiam sit in reseruando, & quantitas in modo reseruandi, non infertur, quod reseruari non possint. & licet reseruatio istorum beneficiorum nò contineatur sub reseruatiòne secularium, bene continentur sub reseruatiòne regularium, & dum ipsa reseruantur, ut patet ad sensum. Ad doctri. Ene. de Fal. quod regularia beneficia non contineantur sub reseruatiòne, si ipse intellexit, quod reseruatio beneficiorum simpliciter non comprehendit regularia, alio tamen adiecto, bene loquitur; & ita procedat Alleg. Lap. 84. D. Papa, col. penul. quæ tamen hoc non probat, nisi in ratione sui. Si enim Abbatie & monasteria nò ueniunt appellatione beneficiorum; & reseruatis simpliciter beneficijs non ueniunt Abbatie & monasteria. & eodem modo potest induci. c. cù de beneficio, cum glo. & Docto. per prædictum Ene. allegat. Si autem ipse intellexit, quod beneficia regularia non reseruantur, seu reseruari possint, uel intelligantur reseruata, quando uerba patiuntur; malè locutus est, & còtra extraua. Ad regimen, & in còsequentiã contra regulam primam Cancellariæ. Concluderem istam secundam partem regulæ comprehendere prioratus, & præposituras, & alias dignitates regulares: non autem seculares. dummodo tamen sint perpetuæ, nò autem temporales. Et limitationem probabo in proxima sequenti quæst. quæ tollit aliud argumentum supra factum, quod beneficia regularia sint ad nutum amouibilia, & non perpetua: ea enim dico 13 nò comprehendí. Comprehendantur igitur t. dignitates regulares, curatæ, uel electiue, quæ perpetuæ censentur, seu pro perpetuis reputantur. Rot. Belleme. 203. Quilibet prioratus. Mil. in reperto. in uer. beneficia regularia non sunt perpetua, quod ibi intelligit, nisi beneficia sint electiua & c. Cassado. 4. de præben. quod impetratio num. 3. & seq. & Dec. 12. eo. nume. 9. Syl. de beneficio par. 3. quæst. 21. nu. 2. uer. Et si dicatur, quod prædicta sint uera in prioratibus & c. & nu. 3. Paris. consi. 44. pro D. Hierony. nu. 3. uersi. Et habemus, quod prioratus regularis. Vol. 4. 1 D E S I M O consequenter quærot an beneficia manualia, & non perpetua; tam secularia, quàm regularia, comprehendantur sub hac, & alijs regulis reseruatoriis? Et pro Iunioribus præmitto, quod sicut beneficia regularia, ut in præceden. quæst. probaui, de sui natura sunt manualia, 2 & nò perpetua: è contrariò t. beneficia secularia sunt de sui natura perpetua. c. satis peruersum. 56. distin. c. ueniens, & ibi nota. de fil. presbi. c. ex parte de cleri. ægrotan. Cardin. consi. 57. Ad primum, quod de iure, uersi. ad secundum, nu. 6. Lap. allega. 9. disputat hoc nu. 3. Cassado. 12. de præben.

prebē. nu. 9. Paris. cons. 119. super hoc, nu. 16. uol. 4. Rurfus præmitto, quod
 3 † beneficia regularia de sui natura non perpetua, possunt, & aliquando
 solent effici perpetua: & cōtrā beneficia secularia de sui natura perpe-
 tua, possunt, & quandoq; consueuerunt fieri temporalia, seu pro tem-
 poralibus reputari, & ad tempus concedi per summum Pontificem. c.
 si gratiose de rescr. lib. vi. dicto consi. Cardi. 57. Ad primū nu. 6. Lap. di-
 cta alleg. 9. Cassado. in præalleg. Deci. 4. & Deci. 12. nume. 9. de præben.
 Abb. in. c. si constiterit, in. j. nota. & ibi etiam Feli. in. j. nota. & Feli. in. c.
 si. col. 3. uers. primus, ubi Papa confert ad tempus, de iudi. Syl. de bene-
 ficio, par. 3. quæst. 21. quasi per totam. Redeundo ad principale quæsitum,
 dico manualia & non perpetua beneficia, siue regularia sint, siue secu-
 laria, sub regulis reseruatoriis non cōprehendi, prout in terminis con-
 cludit Calder. consi. 26. An in reseruationibus, sub tit. de præben. assignat
 rationem, quæ est, quod Papa reseruando sibi collationem beneficio-
 rum, uidetur intelligere propriè de collatione, quæ fit perpetuè de
 beneficio: subdens, quod aut Papa uoluit collationem talium benefi-
 ciorum non perpetuorum fore perpetuam, & sic mutauit naturam be-
 neficii, quod Papa non intendit, cum non exprimat: eo igitur ipso quod
 præsupponimus de iure, uel aliter, beneficia non esse perpetua, conclu-
 dendū est illa in reseruationibus nō comprehendi: non quod Papa non
 possit, sed quia non præsumatur uoluisse ea includi. sequitur consi. præ-
 dictum Feli. in. c. per tuas col. 3. cir. medium de maio. & obedi. illud sim-
 pliciter referens. & dictum consi. Calderi. receptum fuit in Rota, prout
 attestatur Cassado. Deci. 4. in princ. & Deci. 12. ante numerū. 10. de præ-
 ben. & cum Calderi. in casu proposito tenet Ene. de Falco. In tracta. re-
 serua. in. 3. quæst. prin. nu. 25. in uer. beneficia manualia, fol. 18. idem con-
 cludit Staphi. in tracta. urr. signa. fol. 26. uers. similiter propter illa uerba
 nō potest obrinere beneficium manuale & c. Et licet in locis, ubi supra,
 non ita clarè à reseruationibus excludantur non perpetua secularia, si-
 cut non perpetua regularia: tamē propter idem spiritum rationis idem
 uidetur concludendum. nisi quis dicat, quod facilius inducatur reserua-
 tio in istis secularibus non perpetuis, quàm in istis regularibus: quia ista
 contra suam primæuam naturam, illa uerò secundam suam naturam ad
 4 perpetuitatem per talem reseruationem reducerētur. † Res. n. de facili,
 & citra cuiusque iniuriam ad suam primæuam naturam reuertitur. l. si
 unus. §. quod in specie. ff. de pact. c. ab exordio, cum glo. antepenul. 35.
 distin. Cardi. consi. 53. D. Gregorius Papa nume. 4. ubi quod interpre-
 ratio optimè procedit, quando fit reditus ad ius commune, & res redit
 ad suam primæuam naturam.

VND E C I M O, quæro iuxta secundam partem secundæ partis principa-
 lis

1 list quæ sint istæ præceptorix, & de quibus intelligatur exceptum? Et
 quia litera loquitur de præceptorijs omnium ordinum, præterquam mi-
 litarum, comprehenduntur omnes præceptorix, quæ dantur in titulum
 perpetuum, seu in administrationem perpetuam, non autem tempora-
 lem, & ad nutum amouibilem; siue dicta hospitalia ab hospitalitatibus,
 siue alio nomine nuncupentur: & siue sint S. Antonij, siue alterius ordi-
 nis. cle. quia contingit. §. præmissa, cum glo. in uer. aliorum de religio.
 domi. ubi etiam fit similis exceptio de militaribus ordinibus, & glo. in
 2 uer. militarium declarat, † quæ sint ordinis militaris. uidelicet Sancti Io:
 Hierosolimitani, sanctæ Mariæ, Theutonicorum, Calastrensiū, & simi-
 lium. facit pro præmissis alleg. Lap. 27. disputat, an præceptor & c. Ene.
 de Falco. in tract. reserua. fol. 18. nu. 29. & Paris. consi. 36. lib. 4. præsertim
 nu. 14. & 17. ubi etiā de reseruationibus huius secundæ partis. & de istis
 militibus cruce signatis, qui dicuntur Templarii loquitur Io. Firma. in
 tracta. Episco. lib. 4. par. 4. in. 3. quæst. nu. 16. uers. ulterius quæritur, quid
 de militibus gaudentibus & c. & Lambert. in tract. iurispatro. in. 5. quæst.
 1. par. 2. lib. art. 10. fol. mihi. 189. ubi de militibus S. Ioannis Hierosolimita-
 ni, & in. 7. quæst. j. par. 2. lib. art. 5. fol. 2. 15. à ter. Ratio autem limitationis,
 3 de qua in regula, duplex potuit esse uera, quia isti † milites Hierosolimi-
 tani, & similes, nō dicuntur propriè beneficiati, nec propriè religiosi, ut
 in locis supra allegatis: altera & mellor, quia isti sunt in continuo exer-
 citio armorum, & semper pro fide militant, unde meritò ab alijs præ-
 ceptoribus differāt, & sint ultra alios priuilegiati, prout per Paris. consi.
 44. nume. 20. & seq. lib. 4.

D V O D E C I M O iuxta. 3. partem ibi, Obtinent, & in posterū obtinebunt,
 1 quæro † An reseruatō ista habeat locum in beneficijs, quæ aliquis de fa-
 cto tantum tenet? Rot. 273. No. quod ubi Papa reseruat in Antiq. conclu-
 dit pro parte affirmatiua. ratio est, quia uerba ista. Quæ obtinēt, sunt ge-
 neralia, & sic intelligēda sint, siue de iure, siue de facto, dum tamen sint
 in possessione. alle. nota. per Archidia. in. c. si sententia de senten. excō.
 lib. vj. ubi, quod quādo mandatur terra alicuius domini interdicto sup-
 poni, extenditur ad terram, quam tenet dominus de facto, & non de
 iure: & istud dicit cōmuniter tenere audientiam. Mil. in reperto. in uer.
 Obtinere, in prin. dicit uidendum esse Deci. huiusmodi, licet in numero
 incorreçtè alleger: allegat postea pro hac opin. cle. 1. & secundā de pœn.
 quas dicit intelligi debere, etiam in obtinentibus de facto tantum: sed
 illa iura nihil faciunt ex solutione, quam subijcit Mil. dicit enim id pro-
 cedere, ne melioris conditionis sit iniustus. & quia materia est adapta-
 bilis cum Rot. ubi supra transit D. Sarnen. in fi. 6. quæst. regulæ de Imp.
 beneficia uacan. per obitum fami. ubi per illam dicit uacationem uerifi-
 cari,

cari, etiam quod solum de facto uacet, illamq; à reservationibus comprehendendi. Verior, & æquior conclusio uideretur contra Rotam pro parte negatiua per ea, quæ concludit Mil. ubi supra, & melius quàm omnes, qui loquuntur in terminis regulæ sequentis, quæ tamen habet eadem uerba, quæ nostra ad effectum, de quo loquimur. Bartho. Belenci. olim peritissimus Rotæ Auditor in tracta. de charita. subst. quæst. 121. & in terminis quæst. propositæ, quæstio. 122. & ibi probat, quod uerbum Obtinuerint refertur ad ius tantum. c. uni. cum glo. in uer. obrinendis, & ibi Doctores de eo, qui mitti. in possess. lib. vi. c. si gratis in prin. ibi promotione obtinebat iun. si. & c. si pro te de rescr. eo lib. 6. Paris. consi. 74. gratia super dicta uol. 4. nu. 21. Et quod reseruatio inducatur per solū ius absq; possessione probatur per text. regulæ nostræ ibi, Ac in quibus, seu ad quæ ius eis competierit: & sic inferitur, quod solum ius in re, uel ad rem sufficiat pro reservatione inducenda. similem ponderationem facit Belenci. in dicta quæst. 121. nu. 2. & in dicta quæst. 122. respondet ad deducta per Rotam, ubi supra; dicens, quod fortè dicta per Rotam ubi supra, non procedant de iure: tandem residet in hac opi. est uerum quod in casu suo, & sic in casu proximè sequentis regulæ, cõcurrit aliud fundamentū, quod est, quod regula illa loquitur de beneficijs collectorum & subcollectorum: & sic genitiuus de propria & stricta significatione in statuto denotet dominium, & non solum possessionem ad tex. in l. seruū Titij. ff. manda. & Bart. in l. j. §. positus. ff. de pecu. & in rub. ff. de no. ope. nunci. Tamen etiam in regula nostra, ubi fundamento isti non est locus, idem uideretur dicendum, quod opin. contra Rotam sit uerior, ponderando præsertim uerba regulæ, ut supra, etiam absq; genitiuo, idem importat. Beneficium enim dicitur, & reputatur esse illius, qui ius habet in eo, licet alius de facto illud possideat. c. si tibi absentis uer. licet, ibi ius in ipso beneficio, ut tuum dici possit, de præben. lib. 6. & ibi nor. glo. in uer. habueris, post prin. alle. c. cum inter canonicos de electio. ubi, in uer. discretioni, dicitur per mutuū consensum eligentium & electi, quasi spirituale uinculum coniugale. Cõtra tamen istam etiã ponderationem in terminis istius regulæ facit D. Sarnē. in 23. quæst. super regula de impe. beneficia uacant. per obi. fami. præfatus Belenci. ubi supra nu. 8. Ene. de Falco. quæst. 4. in 45. effe. sol. 51. Et antexpectans possit acceptare beneficium uacans de iure, licet nõ de facto, uideatur Oldra. consi. 282. Casus est talis, aliquis impetrauit nu. 1. saluat postea Rotam nu. 8. distinguendo, quod aut ius istius, seu titulus beneficij possessi de facto non reperiatur penes aliquem, sed uacabat: & tunc procedat opin. Rotæ. Aut tunc temporis ius, & titulus beneficij erat penes alium, licet possessio sola esset penes collectorem, secundū casum, uel secundum regulam nostrã esset penes familia-

rē: &

rem: & procedat opin. contraria. adducit rationem diuersitatis, quæ est, quod licet Papa in beneficijs habeat plenissimam potestatem, tamen liberio rem habet in beneficio uacante, quàm in beneficio pleno, & non uacante. Altera ratio, uel ratio illius rationis est, quia alias derogaret iuri alterius, quod non est præsumendum: præiudicaretur. n. iuri tertij, penes quem est titulus beneficij, si beneficium tale diceretur reseruatum; quia non posset illud permutare, & in multis alijs sibi præiudicaretur, prout latius per eum. Ista distinctio est satis rationabilis, & eam sequitur, & approbat Cassado. in 2. de constitu. nume. 2. subdens, quod nemo dicit, quod reseruatio beneficij, quod Tubero de facto obtinet, præiudicet ius habenti. Materia ista esset satis disputabilis, huic tamen distinctioni duorum ex primarijs Rotæ Auditorū acquiescendum putauit. & ita saluabitur Deci. prædicta, & subsistent nota. per Mil. in dicto uer. Obtinere. Alio modo saluant moderni Sabinen. in tracta. reserua. in. 18. effe. & u, fol. 41. nulla de Belenci. facta mentione: tandem concludunt cum Nic. Mil. ubi supra.

DECIMO TERTIO iuxta dictam tertiam partem ibi, Seu ad quæ ius eis
 1 competierit, quæro, si familiaris uigore gratiæ expectatiuæ acceptauerat beneficium uacans, post acceptationem obiit, an beneficium huiusmodi sit per hanc regulam reseruatū propter ius ad rem, quod familiari competisset? Istud dubium, & plura alia ad effectum istius regulæ, & alterius de impe. beneficia uacant. per obi. fami. Card. discuit Ene. de Falco.
 2 in tract. reserua. in. 47. effectu, tenumerans decem modos, in quibus ius ad rem competit in beneficialibus, illorum quemlibet ad regulas huiusmodi applicans, in uer. reseruatio causata ex familiaritate, fol. mihi. 51. & seq. quia copiose, & utiliter, & ordinatè procedit, pro nunc reassumam eius primam quæst. Aliquos modos, per quos acquiritur ius ad rem, ponit Staphi. in compen. signa. fol. 79. & seq. & decem etiam modos profequitur, & declarat D. Sarnen. in prima quæst. regulæ, De nõ tollen. iu. quæst. à nu. 27. usq; ad 41. Antequam autem ad rem ipsam ueniam, aduertendū esse censui, quod Ene. de Falco. ubi supra, in quantum uult adaptare quæstionem huiusmodi, & alias plures concernentes ius ad rem, dictæ alteri regulæ. 30. secundum numerum antiquum, uideri meo ualde decipitur; quia regula illa non potest intelligi de iure ad rem, nec in hoc, & in plerisq; alijs regulariter secundum istam, quæ (ut in præfatione præmissi) est pinguior illa. Hæc enim per uerba expressè continet ius ad rem: illa uerò nec per uerba, nec per extensionem. omisa igitur pro nõc illa regula super hac solū insitam. Ad principale quæsitū redeundo Ene. ubi supra, fundat primã cõclusionem, quæ est, quod
 3 texpectanti acquiritur ius ad beneficium acceptatum, ad Card. in cle. reserua. in. 47. G Auditor

Auditor, & in cle. sequen. de rescr. utrobique in. 2. nota. & allegat Roram 244. licet de more in No. & Belle. 167. per illa uerba, si non sit alteri &c. Tandem ipse concludit, quod, cum alius tale beneficium acceptatum impetrans non teneatur facere mentionem de tali expectante, sequitur, quod non requiritur consensus Cardinalis, cuius erat familiaris defunctus. Sed ista consequentia, seu æquiparatio de alia regula ad istam non sequitur: quia in illa non mirum, cum (ut dixi) non contineat ius ad rem. Ad Rot. in No. & Belleme. ubi supra, potest responderi ex dictis Bellanci. in dicta Deci. 167. quod illud procedat in casu illo ex quadam usurpatione palatii, prout ipsemet dicit: ergo aliud dicendum sit de iure. nec ista usurpatione palatii trahi debet ad alios casus, & in alias consequentias. eandem responsionem ad dictas Deci. dat D. Sarnen. in. 4. quæst. de iu. quæst. non tollen. nu. 23. uers. & licet Rota &c. & usurpatione capitur in malam partem. In iuriarum actio, ante si. ubi usurpatum tamen & hoc est. ff. de iniur. cle. 1. & ibi Cardi. in prin. de Deci. Nec etiam uidetur bona consequentia, non est necessaria mentio iuris per acceptationem huiusmodi quaesiti, ergo istud ius non comprehenditur in hac regula. Idem Ene. in dicto tract. quæst. 4. in. 15. effectu sol. mihi. 38. à ter. ad propositum nostrum

4 subtiliter arguit hoc modo, † Reseruatō & collatio Papæ à pari procedunt, & eiusdem sunt effectus, Gemini. in. c. si à sede, col. 2. cir. medium

5 uers. ego crederem dictum Lap. de præben. lib. 6. † sed collatio Papæ ualet de acceptatione expectanda nulla facta mentione, per Rot. ubi supra, & per Feli. in. c. in nostra, core. 28. de rescr. Cassia. 3. de præben. nu. 3. ubi dicit præallegatam Rotæ opinionem esse in obseruantia. idem Feli. in. c. causam, quæ, de rescr. in uer. clausula anteferri nume. 26. uers. Sed Rot. & per Paris. consi. 119. super hoc dubio nu. 7. uol. 4. ergo reseruatō ualet de tali acceptatione nulla facta mentione. eodē argumento etiam utitur. D. Sarnen. in. 1. quæst. regula De non tollen. iu. quæst. nu. 30. nulla tamen de Ene. facta mentione: dicit tamen, quod tale ius per acceptationem comprehenditur sub illa regula, De iure quaesito, & sub regulis reseruatorijs: ergo sub ista per rationē, quam dat Rot. ubi supra, & prout ipse subiicit. Sed aduertendum est, quod aut litera est incorrecta, aut malè loquitur, & sibi contradicit. rationes. n. Rotæ, ut ipse postea subdit, sunt, quod sub regulis reseruatorijs non comprehendatur ius per acceptationem: forsitan ipse non considerauit dictum argumentum Ene. quod ego ad formam reduxi, & fortificauit. At illud subtilius inducēdo, quæro quæ sit ratio, quod collatio & reseruatō, non facta mentione iuris ad rem per acceptationem huiusmodi quaesiti ualeat, & subsistat? respondēdo, quia tale ius per acceptationem est debile, & parum considerabile: ergo parum uel nihil operetur: ergo in reseruationibus non comprehendatur,

prehendantur, & sic istud ius, quod familiaris habebat, tanquā non considerabile à regula nostra neglectum uideatur, & tunc intrat ratio collectoris dictæ Dec. 244. uers. uerum est, quod postea audiui unam rationem diuersitatis &c. & ibi dat rationem, quare ius huiusmodi per acceptationem sit parum considerabile, quia parum præiudiciale: quia licet expectanti fiat præiudicium quo ad beneficium acceptatum, remanet tamen ius saluum ad aliud beneficium acceptandum. eadem ratione utitur Oldra. consi. 282. casus est talis, aliquis, ante si. ut ibi. Aduertatur tamen ad illam æquiparationem, quam facit Gemini. ubi supra, quia non est indistincta & uniuersalis: sed solum quo ad auferendam potestatem ordinario collatori. Ista opin. Ene. uidetur rationabilis & sequenda: non procedit tamen sine difficultate. & contra rationem Rot. ubi supra, potest etiam responderi, quod expectatiua possit annichulari per reuocatorias generales, quas in expectatiuis fecerit Papa maximè nouus: ergo apparet de expresso præiudicio. ad istud respondet Feli. in dicto. c. cam, quæ, uers. caue etiam ante nume. 27. Et pro prædictis uideatur omnino Bartho. Belenci. de quo Ene. ubi supra, nullam mentionem facit, in tract. de chari. subst. ubi in fortioribus terminis quæst. 123. disputat hunc articulum, posito casu in collectore, uel subcollectore iuxta terminos proxime sequētis regulæ: si talis moriatur ante acceptationem beneficii uigore expectatiuæ, immo etiam antequam uacer beneficium, an cadat sub illa regula reseruatoria? & eadem fundamenta facta pro reseruatione per dictam regulam inducta, faciunt pro ista quæst. quia tam ibi, quam hic, ad est clausula de iure in re, & ad rem: & ibi Belenci. distinguit, an expectatiua sit Motu proprio, uel non: & disputat, an mensis appositio faciat conditionem, & alia, prout ibi. postea in si. quæst. dicit, quod remanent difficultates. Mihi tamen magis placet opin. Cassado. Deci. 3. de præben. qui discutit tracta. per Belenci. ubi supra, respondendo ut ibi, & nu. 2. concludit, quod ante acceptationem nullum ius competit, neque in re, neque ad rem: sed solum spes, per nota. per Cardi. in cle. uni. §. secus in prima oppo. de cōcess. præb. Ad illud quod contra Rot. de qua supra, inducebā, quod esset ex usurpatione, & quod usurpatio accipiatur in malā partē: respondēdo, quod secundū Oratores † Usurpatio ponitur pro frequēti usu, & usurpare est in frequēti usu habere. Cice. quod semper usurpamus in orationibus, dictis, ac factis, minimis aut maximis, cū hoc decere dicimus, illud non decere. Col. lib. 1. nam illud, quod in quibusdam prouincijs usurpatur &c. facit text. in l. 2. ff. de usuca. ibi, Oratores autem usurpationem, frequentem usum uocant. Sed in casu nostro non cadit ista difficultas, quia Belleme. ubi supra, se ipsum declarat dicendo, usurpatio seu obseruatō obtinuit. posuit enim usurpationem pro

G ij obseruantia

7 obseruantia palatii. Et quod dicta Deci. sit in obseruantia, & sit mirabilis, no. Feli. Cassado. & Paris. ubi supra. † Limitarem prædictam cõclusionem non procedere, quando ultra acceptationẽ expectantis concurrat etiam collatio executoris: quia tunc ius est satis ualidum, & considerabile, excludens collationem Papæ seu reservationem, Belle. 215. si reservatio & 235. in causa D. Guiglielmi, ubi etiam in dubio collatio executoris præponderat reservationi Papæ: ergo & collationi, arguẽdo prout supra. Et pro hac limi. faciunt tradi. per Feli. in c. capitulum, de rescr. in uer. de duabus collationibus nu. 16. ibi, & Papa reservat beneficium & c. & postea uerfi. & dicit Egi. sed de isto effectu provisionis nõ est mirum, quia uidetur tribuere ius in re. De hac tamen collatione seu provisione subsecuta in fauorem expectantis, & quod ius tribuat, & an resolubile, & an requiratur ulteriores diligẽtias, uideatur omnino Paris. conf. 118. circa materiam uol. 4. ante nume. 8. cum pluribus sequen. Potuissẽ subiuicere nouem alias quæstiones super aliis nouem modis, quos prosequitur Ene. in dicto 47. effectu. 4. quæst. sed ne nimium dilarem sumbrias super illis, ad eundem, & D. Sarnen. in dicta prima quæst. de non tollen. iu. quæst. me remitto. indigerent. n. longa disputatione, nec procedunt ita de plano, uti uterq; ipsorum supponit: & forsan aliquid tãgam super sequentibus regulis, ubi erit locus reassumere quẽdam, à præmissis in locis allegatis tacta.

DECI MO QVARTO ibi, Etiam si ab ipsa familiaritate per obitum & c.

- 1 quæro † an per cessationẽ familiaritatis reservatio per familiaritatẽ causata extingatur, & sic cesset dispositio istius regulæ? Et uidetur dicendum, quod sic: nam reservatio, † quæ nascitur limitata ad tempus, uel conditionem, non durat lapsõ tempore, uel conditione. & istam rationem ponit Gemini. conf. 93. Videtur primo quod ista reservatio & c. nu. 14. & in terminis huius regulæ pro hac parte concludit nu. 15. & 16. Rot. dub. factõ. 53. secundo dubitatur, an beneficium. Accedit quod familiaritas dicitur quædam † societas, quæ deficiente causa propter quam fit, & ipsa tollitur, uel deficiente consensu, uel per obitum unius ex sociis. l. si id quod quisque in princip. l. ideo morte. ff. pro socio Institur. eo. §. manet autem, & §. soluitur. Contraria tamen opi. tenenda est: quia
- 4 † beneficium semel affectum semper durat affectum. Rot. in Antiq. 616. si beneficia & 699. dic quod beneficia, in Antiqui. & in terminis nostris Rot. 552. Papa reservauit & c. in Antiq. & 20. de præben. Bis. in Antiqui. quæ est eadem, quam extollit. Feli. concludens pro hac parte in c. in nostra, de rescr. core. 21. & est Declaratio Pau. 2. in extrauagante Ad Romani, posita inter cõmunes sub titulo de præben. Et ita concludit Ene. de Falco. in dicto trac. reservatio. in. 17. effectu, in prin. fol. 40. ubi respon-

det ad contraria: & dicit esse reprobatum dictum consi. Gemini. & dictum Fasto. idem cõcludit D. Sarnẽ. in. 18. quæst. regulæ De impe. bene. uacan. per obitum fami. qui facit eadem motiua reprobandõ eisdem, nulla tamen facta mentione de prædicto Enea Falco.

1 DECI MO QVINTO quæro, † quid uelit ultima pars ibi, Ac se. re. Pauli, & uideri meo est satis obscura. nam uidetur, quod dicat idẽ, quod in principio circa dignitates in cathedrali, & in collegiata: immo quo ad maiores in cathedralibus uidetur diuersum dicere, quod nõ solũ maiores post pontificales, sed etiam quæ non sunt maiores sint reseruatæ. & istud sic simpliciter intelligere esset absurdum. Consideraui, an uera interpretatio possit esse, quod ista ultima pars ueniat ampliatiuè hoc modo, supra sunt reseruatæ dignitates maiores post pontificales in cathedralibus: hic uerò reseruentur etiam ille dignitates, quæ sunt in cathedralibus, non maiores, sed quæ habeant ex indulgentia & c. principalem præeminẽtiam in collegiatis ecclesiis. Nec mirum uideri debet, quod habens aliquam dignitatem in cathedrali ex indulgentia sedis apostolicæ, uel consuetudine, seu alias, habeat principalem præminentiam

- 2 in aliqua collegiata. nam † si Papa & Episcopus possunt unire unam ecclesiam alteri. c. sicut unire de exce. prælatõ. & sic unam ecclesiam, seu eius nomen suppressere. Rot. in Antiquo. 159. no. quod beneficium & c. Paris. conf. 30. nu. 10. & seq. uol. 4. simili, immo maiori ratione uidentur
- 3 in parte posse disponere: † argumento de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. l. as. in. l. iurifgentiũ. §. adeo in. 1. nota. ff. de pact. & in. l. à Iudice in. 3. col. C. de Iudi. & sic concedere, quod prælatõ unius ecclesiæ habeat principalẽ in altera. Immo, quod plus uidetur, † monachus præficitur ecclesiis etiã parrochialibus & etiã collegiatis ex dispõsatione. c. quod dei, cum glo. in uer. ecclesiarum de stat. Monaco. Cle. 1. de electio. cum glo. in uer. secularis, uerfi. sed de collegiatis & c. Rot. in No. 262. in religioso, col. 2. uerfi. sed in monacho. & 33. collatio. quæ est eadẽ cum illa Belleme. 714. fortius igitur & conuenientius admitti possit dispensatio, seu indulgentia, de qua supra.

Regula

Regula Quarta

DE RESERVATION.

Referuat beneficia Collectorum, & Subcollectorum.

TEM Referuauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque collectorum, & unicum, in quacunque Ciuitate, uel Diocesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint: subcollectorum fructuum & prouentuum Camera Apostolicæ debitorū. ¶ Illa uidelicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinuerint: ac in quibus, seu ad quæ ius tunc eis cōpetierit.

DIVIDITVR in duas partes principales, in prima ponit reservationem beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum: in secunda, quæ est ibi, Illa uidelicet, declarat de quibus beneficiis sit intelligenda. In prima parte ibi, Qui suo tempore, supplet Feli. in c. in nostra correla. 21. de rescrip. uer. & cane, uidelicet Papæ referuantis, ut uelit dicere, qui suo tempore Papæ referuantis, sua officia exercuerunt. & mouetur autoritate Gemini. in c. præsentis de offi. Lega. lib. 6. num. 2. licet corruptè alleget de offi. Delega. tamen suppletio non est bona per declarationē Pauli secundi, quæ incipit Ad Romani, sub tit. de præben. Inter communes. & ipse Feli. prout ibi subdit, mutauit sententiam.

PRIMA quæstio, Cui incumbat onus probandi, an impetranti uniciter subcollectoris, an oppugnanti pluralitatem.

SECUNDA quæstio, An collectoria, & subcollectoria per testes probari possint.

TERTIA quæstio, An regula habeat locum in subcollectore ab alio subcollectore deputato.

QUARTA quæstio, An beneficia collectoris, uel subcollectoris deputati ante scientiam, acceptationem, & exercitium, sint seruata.

QUINTA quæstio, An beneficia, quæ collectores, uel subcollectores ante huiusmodi officium obtinebant, comprehendantur in regula, ut seruata censeantur.

SEXTA quæstio, Papa imposuit subsidium in aliquo Regno contra Turchas, collectores deputando, an beneficia istorum, & subcollectorum ab illis

ab illis deputatorum, sint seruata.

SEPTIMA quæstio, Papa concessit alicui priuilegium disponens, quod etiam si efficeretur collector uel subcollector apostolicus, quod eius beneficia non essent seruata: cum sit collector, uel subcollector, an eius beneficia sint seruata.

PRIMO quæro, cum regula ista requirat pro forma, quod subcollector

- 1 ad hoc, ut inducatur reservatio, sit unicus†, cui incumbat onus probandi, an impetranti uniciter, an oppugnanti reservationum pluralitatem? Et uidetur dicendum, quod impetranti, præsertim cum (ut dixi) quod sit unicus, detur pro forma. quod etiam affirmat Belenci. in tract. de chari. subli. quæst. 118. in fi. & cum sit fundamentum intentionis eius, ipsi incumbit onus probandi glo. fi. in l. cum a d. ff. nego. acto. Feli. post Io. And. & Abb. in c. auditis, nu. 33. 2. conclu. de præscrip. Ias. super Rub. C. qui admitti nume. 6. In contrarium, quod asserenti pluralitatem, seu multipliciter incumbat onus probandi: quia uniciter præsumitur, & non pluralitas. l. omnium cum glo. in uer. comprobatur. C. de testi. quæ glo. communiter tenetur. Cur. Iun. consi. 162. num. 8. & in fi. consi. But. & Abb. in c. in præsentia, de probatio. cum concordan. ubi per Deci. nu. 12. Ias. in l. bonorum nume. 7. not. ex ista decisione & c. C. de bono poss. sec.
- 4 tabul. stante igitur† præsumptione, onus probandi in alium transfertur. Abb. in c. is qui. de sponsa. Paris. consi. 160. nu. 27. uer. nec danda Volu. 4. & consi. 80. nu. 14. & sequen. uol. 1. ubi plures allegat. Huic parti adhaereo, quam etiam tenuerunt Domini mei de Rota in una Calaguritan. Scholasticæ de Logrono, coram R. P. D. Ant. Aug. ultima Maii. 1546. ea præsertim ratione, quod probata deputatione collectoris transferatur onus in partem aduersam, cum sint præsumptiones de uniciter. Et sic contraria cessant, cum ad sint pro ista parte liquidæ probationes, ad cumul. per Deci. super rub. de probatio. col. antepenul. & penul.

SECUNDO quæro, An collectoria, & subcollectoria probari possint per testes? Et uidetur quod non, sed quod requiratur scriptura, cum soleat

- 2 de istis fieri scriptum, facit in simili, quod† in solitis fieri scriptura non admittatur probatio per testes ad effectum probandi reservationem. Belle. Deci. 432. Capellania & c. & 611. facit lex uni. C. de manda. princ. Innoc. in c. cum in iure, nu. 4. in uer. de mandato, de offi. Delega. Ene. de Falco. in tracta. Reserva. fol. 16. à ter. in. 3. quæst. prin. nu. 16. ibi, sed si quis uellet probare per testes & c. In contrarium uidetur, quod immo per testes possit isto casu fieri probatio: nam probatio per testes æquiparatur probationi per scripturas. l. pactum, quod bona fide. C. de pact. l. in exercen. C. de fi. instru. Deci. consi. 169. col. 1. in fi. & col. 2. in prin. ubi etiam quod collatio beneficii facta per Vicarium probatur per Testes. Insuper arguendo

guendo à speciali, iste nō est casus numeratus inter 34. in quibus requiritur scriptura per glo. in c. 1. §. postquam in uer. In scriptis, de Cēsi. l. 6. & huiusmodi argumēto utitur Deci. in dicto consi. 169. col. 1. in fi. Quid dicendū? Breuiter ego distinguērem inter collectore, & subcollectorem: in primo casu, quo ad collectorem, procedat prima opi. quod collectoria probanda sit per scripturam, & non eundo per mendicata suffragia, in terminis nostris est resolutio clara per Rotam in not. 266. Dixerunt, & concluderunt omnes & c. in prin. & ibi dat rationem, quod talis commissio principis sit probanda per scripturam, ad supra deducta, & hanc opin. approbat Nico. Mile. uir maximę authoritatis in suo Repert. in uer. Probatio, quod quis sit collector. & Belenci. in tracta. de charit. subfi. quæst. no. & ipsum sequitur, & ad eum se remittit Lambert. in tract. Iurispatro. art. 12. quæst. 3. par. 2. lib. 2. nu. 5. fol. 296. à ter. uer. fi. & adde etiam nota. per Belenc. & c. In. 2. casu cōcludo, quod subcollectoria potest probari etiam per testes, tum per supra notata pro hac parte, & dicta Deci. 266. in no. post princ. uer. tum subcollectoris commissio & c. Vbi pro hac parte optimē concludit, ponendo etiam rationes, ut ibi, quicquid dicat ibi Collector. Deci. Idem concludit Mil. ubi supra in uer. Probatio, quod quis sit subcollector. faciunt tradita per Belenci. in tract. de charit. subfi. quæst. m. qui responder ad contraria, & ibi latē discutit.

- 1 TERTIO quæro, quid in subcollectore ab alio subcollectore deputato an regula ista locum habeat? & pro parte negatiua uidetur tex. in l. bo. ues. §. hoc sermone. ff. de uer. sig. ubi quod in dubio debet fieri interpretatio de prin. a uice, & de primo actu. faciunt cum. per Feli. in c. 2. nu. 3. de treg. & pa. Deci. consi. 169. nume. i. consi. 512. nu. 6. 7. & 8. consi. 542. nu. 6. quod est idem, quasi. 696. consi. 562. nu. 1. & 2. ac sequen. Paris. conf. 137. nu. 1. & seq. uol. 4. Ista opi. uidetur uera. Tamē attentari posset, an reciperet aliquas fallentias, & prima uidetur esse, quod secus sit in subcollectore deputato à subcollectore uniuersali: quia subcollector uniuersalis uidetur, quod sit perinde ac si esset collector: ut de subdelegato ad uniuersitatem dicit glo. in l. à Indice. C. de iudi. in uer. à principe. ibi, uel ad uniuersitatem causarum. & glo. in uer. delegatus, in fi. de appellatio. ubi Fran. latē col. 6. in. 9. quæst. & col. 7. uer. in ea glosa. facit glo. in c. super quæstionum, in §. si uerò, in uer. delegare, post prin. ibi, nisi ubi delegatus est ad uniuersitatem causarum de offi. Delega. Secunda fallentia uidetur posse esse, quando subcollector fuit deputatus à subcollectore facto ab ipso Papa, uerbi gratia, Papa deputat in collectorem A. & in subcollectorem B. Videtur quod iste subcollector à Papa constitutus sit, perinde ac si esset collector, & quod alium deputare possit dicta. l. à Indice. C. de iudi. uer. nisi à principe. & dicto. c. cum causam, de appellatio.

appellatio. ante si. ibi, cum non nisi delegatus à principe. & c. quoniam apostolica de offi. Delega. Rot. in no. 368. si Episcopus. Tertia fallentia posset esse si à Papa sit data facultas, quod subcollector subcollectore facere possit, arguendo à subdelegato: nam licet secundū ueriores opi. delegatus Papæ subdelegando nō possit rursus dare facultatem alium subdelegandi, glo. & Abb. in c. super quæstionū. §. porro, de offi. Delega. dictus Abb. in eodem c. §. si uerò num. 6. Alex. super Rub. ff. de offi. eius nu. 11. uer. nono probatur. latē Fran. in dicto. c. cum causam de appella. col. 3. quæst. 3. tamen ratio per supra allegata reddita, quæ est, quia non habet talem facultatem iste delegatus, facit per huiusmodi fallentia. quia, si haberet facultatem, secus esset dicendum. Cum igitur Episcopus possit dare talem facultatem, Abb. in dicto. §. porro super glo. In uer. transfert, in fi. & dicta Deci. 368. in no. in fi. à fortiori poterit eam dare Papa, qui est super omnes leges, & super omnes ordinarios, & omnes principes. Et ultima fallentia posset dari, quando consuetudo esset, quod subcollector subcollectore deputare possit, quia tunc sic deputatus esset uerus subcollector, prout dicimus de subdelegato. l. Prætor. §. is quoq; cū glo. in uer. more. ff. de Iudi. Franc. in dicto. c. cum causam, de appellatio. col. 6. in. 10. & ult. quæst. Si præmissæ fallentiæ subsistunt, sequitur, quod in istis casibus talis dicitur uerus subcollector: & sic uidetur, quod comprehendatur à regula ista.

- 1 QUARTO quæro, an beneficia collectoris, uel subcollectoris deputari, ante scientiam, acceptationem, & exercitium sint reseruata, & regularia locum habeat? & uidetur quod per uerba regulæ ibi, Qui suo tempore eorum officia exercuerint: ergo à contrario sensu, quod in iure est fortissimum, præsertim ad remouendum odium. l. 1. ubi omnes. ff. de offi. eius. §. huius rei, & l. si procurator. §. si ignorantes, uer. igitur si ignorauerunt, & ibi no. glo. in uer. igitur. ff. m. d. a. c. cū apostolicū de his, quæ fiunt à præla. sine con. capi. optimē per Cur. Iun. consi. 93. habita diligentia: Si actu non exerceant beneficia non sunt reseruata, faciunt ea, quæ deduxi in. 6. quæst. primæ regulæ nu. 13. dum probaui ad hoc, ut quis habeatur, & reputetur pro uerò capellano, requiri administrationem, & profecutionem officii, Insuper ante scientiam, & acceptationem dignitas, seu officium attributum non est in consideratione. l. Publius Menius cum glo. 1. quæ supplet, professus est suscepturū. ff. de condi. & demōstr. nam tunc demum uidebatur Cōsul si suscepturum se professus erat, nō per solam creationem. facit. l. Titius. ff. de mili. testa. & c. si tibi absenti, de præben. lib. 6. & quod sola deputatio non sufficiat, etiam per Principem, seu Ciuitatē facta, ante notitiam & consensum, firmat in simil. Anchara. consi. 169. uis & c. & cōsi. 398. & Alex. in. l. qui absenti nu. 3. cū sequen. ff. de acqui.

- 4 de acqui. poss. ubi plura cumulat. Cōtraria opi. uidetur uerior, quod Immo per solā deputationē sit locus regulæ, & beneficia sint affecta & reseruata propter appositionem manus Papæ, etiam si nullitas adesset. facit extrauagans Ad Romani supra allega. sub tit. de præben. Roma. cōsi. 335. circa primum nu. 6. Deci. in c. ut nostrum in. 1. nota. de appella. & in casu nostro, quod non consideretur, an collector & subcollector sint in officio, facit Rot. in Antiq. 109. nota quod beneficia collectorum. 411. no. licet secundum. 552. Papa reseruauit. 616. si beneficia &. 699. dic quod beneficia collectorum in Antiq. &. 181. beneficia collectorū, &. 207. in No. licet iuxta ordinationem ibi, sed bene alias ruminatū, & decusum, quod sic nu. 1. Mil. in reperro. in uer. beneficia collectorū fol. 17. à ter. Anchara. cōsi. 138. de natura, & efficacia, ante fi. nu. 3. Feli. in c. in nostra. 21. correl. de rescrip. & quod ante acceptationem officii, Immo ante notitiam, firmat Gaspar de Peru. in tract. reserua. fol. 7. nu. 13. uer. beneficia officialiū, ibi, nondum notitiam habuerunt. Ene. de Falco. in eodem tracta. in. 3. quæst. princ. nume. 16. uer. subdit d. Gaspar, fol. 16. Syl. de beneficio par. 3. quæst. xi. col. 12. uer. idem etiam est dicendum, si talis moriatur, antequā acceptauerit officium: & postea uerū. sed obstare uidetur ad prædictas &c. faciunt tradi. per Belenci. in tract. de charita. subsi. quæst. 116. Cassa. Deci. uni. de uer. signi. nu. 4. Nec obstant supra deducta. primo non ob. argumētum à contrario sensu, tum quia sumus in regulis, quæ æquiparantur statutis: in statutis autem tale argumentū non procedit, quando statuta alias absq; dicto argumento aliquid operantur. Bart. in dicta l. i. ff. de offi. eius. nu. 16. & in l. omnes populi col. antepenul. uerū. iuxta prædicta quæro. ff. de iusti & in. Deci. cōsi. 451. uiso eleganti, nu. 2. Cur. Iun. in præallega. cōsi. 93. habita diligenti, num. 6. Tum etiam quia resularet absonus intellectus, quo casu argumentum huiusmodi nō procedit. l. cum patrem fa. & ibi no. Bal. in prin. C. de condi. infer. l. conueniulam cum glo. in uer. extra ecclesiam in fi. C. de Epi. & cleri. glo. 1. in c. uni. de æta. & quali. lib. 6. Deci. cōsi. 38. circa primum, col. 3. post medium. Cur. Iun. cōsi. 125. pulchra & subtilis, ante nume. 7. absonus autem intellectus, & contra iura resularet, quia sola manus appositio per Papam operatur affectionem, ut supra probaui. eo. n. ipso quod Papa cōstituit aliquem collectorem, reseruauit eius beneficia; nec uideatur hoc durum, quia potuisset reseruare, etiam quod collectorem non deputasset, cum beneficiorum omnium sit dominus. Nec obstant uerba regulæ, quia declarantur per decisiones supra postas. Et illa, quæ sunt dicta de scientia, tendunt ad finem exercitij, pro ut in l. sed et si de sua. ff. de acqui. hæredi. c. super eo il. 2. in fi. de appellatio. Rot. in No. 459. circa tertium &c. nu. 5. & sequen. Nec obstat, quod teneatur exercere, quia istud

procederet,

procederet, quantum ad honores, & exemptiones, & ut officialis gauderet priuilegijs. Abb. in c. cum dilectus, de cleri. non resi. Feli. in c. per tuas nu. 5. de maio. & obedi. At in casu nostro tantum spectatur factum Papæ, quod (ut dixi) licet nulliter emanaret, reseruatō habet effectum. Minus obstat, quod ante scientiā non afficiat, quia sciens posset non acceptare, dicto c. si tibi absentis de præben. lib. 6. quia illud tenderet ad finem, an posset se excusare: non autem an beneficia sint reseruata, ad supra deducta.

- 1 QUINTO quæro, tan beneficia, quæ collectores, uel subcollectores ante huiusmodi officium obtinebant, comprehendantur in regula, ut reseruata censeantur? Ista quæst. pro parte affirmatiua uidetur decidi per Rot. in No. 181. beneficia collectorum col. 1. ubi firmatur conclusio, quod beneficia collectorum, uel subcollectorum, etiam postquā officium cessauerit, reseruata remanent. postea sequitur, Quam cōclusionem intellige ueram de beneficiis tempore collectoris, uel ante, obtentis: secus de post obtinendis, uel obtentis, quæ post finitum officium non sunt reseruata. Idem in terminis nostris concludit uir summæ scientiæ Bartho. Belenci. in tracta. de charita. subsi. quæst. 120. qui etiam ponderat finalia uerba regulæ, Et in quibus, seu ad quæ ius eis competierit, per quæ uerba concludit necessariò sequi, quod etiam si affectui fuerint beneficia, antequam essent tales, dummodo ius in eis comperat tempore, quo fuerint collectores uel subcollectores, talia beneficia esse reseruata. allegat Deci. quam non inuenio, credo quod sit illa, de qua supra, sub numero per me allegato. 181. Licet propter autoritatem Rotæ, & istius summi uiri etiam de Rota, sequenda uideretur prædicta opin. cum neminem habeant contradictorem: Tamen sub correctione omnium ego penitus dissentio, & sum pro parte negatiua. primo ponderando, prout Belenci. etiam facit, illa uerba: Obtinuerint durante eorum officio. i. impetrauerint, seu affectui fuerint. & licet ipse dicat, quod hæc interpretatio sit secundum uulgare prouerbium, seu potius ipse intellexerit secundū uulgare idiomata: ego dico, quod hæc interpretatio secundum sermonem latinum, etiam elegantem, optimè procedit. ita enim hoc uerbo, utitur etiam Cice. pater linguæ latinæ ad Lent. lib. 1. dicens, Neq; siquid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur. In simili significatione hoc uerbo uti sunt etiam Iurisconsulti, prout in l. 1. §. si quis, ibi, aliquid in aliquem noui iuris obtinuerit. ff. quod quisque iur. non tamen negauerim poni etiam pro retinere, & cōseruare. Idem Cic. ad Treb. ru. si istic commendatione mea dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium. & Plaur. in Añin. si istam fortitudinem animi obtines, salui sumus. Quicquid tamen sit, secundum cōmunem usum, tam uulgarem, quàm latinū in terminis

H ij minis

minis nostris obtinere propriè sumitur pro impetrare, seu assequi, uel cōsequi. cū igitur sumus in materia exorbitanti, propria & stricta debet fieri interpretatio: & sic casus erit clarus, quod regula intelligi debet, prout sonat, de beneficijs impetratis per collectores, seu subcollectores, durante eorum officio. 1. dum tales erant. Secundo cū regula ista per limitationem, de qua in ea, non comprehendat beneficia, quæ præfati assecuti fuerint, postquam desierunt esse tales, prout concludit Rot. ubi supra. ibi. in no. ibi, secus de post obtinendis, uel obtentis. & Belenci. in dicto tract. quæst. 119. ubi in fi. dicit, quod hoc clarè uidetur ex uerbis regulæ, Illa duntaxat beneficia, quæ durante eorum officio obtinuerint, quasi inferat, quod ratio sit, quod cessat officium: unde non sit locus reservationi propter officium inductæ, tanto magis propter istam limitationem expressam: at limitata causa limitatum effectum producere debet, uulg. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testa. delen. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. militis codicillis §. 1. ff. de testa. mili. limitatio autē ista in obtentis durante officio excludit expresse utrunq; casum, uidelicet beneficia acquisita ante officium, & acquisita post officium. Et etiam ratio limitationis excludit utrunq; casum. si enim, ut de se patet, & Rot. & Bellenci. fatetur, limitatio operatur, quod non includantur beneficia finito officio acquisita, quare non excludantur etiam beneficia acquisita ante officium, cū officium ipsum sit causa reservationis? Superest respondere pōderationi, quam facit Belenci. ubi supra, quæ obstare uidetur cōclusioni meæ. dicit. n. ipse quod ex illis uerbis finalibus regulæ tollitur omnis difficultas, cū sufficiat, quod tempore quo erant tales, haberent ius: & sic non referat tunc, uel prius acquisitum fuerit. Huic ponderationi dupliciter respōdeo: primo, quod ista sua consequētia non substat, nec eam fundat. secundo, quod omittit unam dictionem, quæ multum operatur: & quæ omnium responsionem in cōtrarium subuertere uidetur. tex. enim regulæ dicit. Ac in quibus, seu ad quæ ius tunc eis competierit. ipse omittit hanc dictionem Tunc, quem excusassem, nisi uidissem regulam Sixti, de qua idem mentionem facit, quæst. 119. immo etiam alias regulas antiquas, & modernas, hanc dictionem habentes. dico igitur quod dictio Tunc extremitatem tēporis designat, seu significat. l. 4. §. si ita. ff. de cōdi. & demō. l. in substitutione. ff. de uulg. & pupil. l. penul. ff. de testa. tute. Ancha. cōsi. 357. ex serie testamēti, col. 3. uers. hoc probat. Deci. cōsi. 63. & pro tenui nu. 2. & 3. & cōsi. 89. uiso puncto nu. 3. ut igitur iste articulus tunc in regula appositus, aliquid operetur, faciēda est interpretatio talis, quæ excludat competentiam iuris in antea, sed extremitatem illius tēporis designet, quando quis effectus fuerit collector, uel subcollector: alioquin uideri meo dicta

dicta dictio Tunc nihil penitus operaretur, quod dicendum nō est. Alia interpretatio dari poterit, secundum quam dictio prædicta nō erit uacua, ut dicamus durante officio ius tunc competierit, id est durante officio competere inceperit. Et quandoquidem dubia remaneret mens regulæ, interpretatio sumenda est, ut fiat reditus ad ius commune, in quantum fieri possit: & sic reservatio excludatur.

- 1 SEXTO quæro cū Glossatore hic, Papa imposuit subsidiū in aliquo regno contra Turchas, Collectores deputando, an beneficia istorum, & subcollectorum ab illis deputatorū sint reservata? Ipse dicit consuluisse pro parte negatiua, ea præsertim ratione, quod isti fructus non sint propriè, & principaliter debiti cameræ apostolicæ, sed in subsidium: & uerba regulæ debent intelligi propriè, & non fictè. ad. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. ge. & tanto magis, quia regula est contra ius. & respondet ad regulam quod subrogatus sapit naturam subrogati, limitando solum procedere, quando datur omnimoda similitudo. alle. Io. And. in regula, qui sentit, de reg. iur. lib. 6. qui ad hoc nihil facit. pro isto eius dicto facit tex. in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & ibi glos. in uer. danda post medium c. ecclesia el primo & ibi glo. & Ab. in 2. not. ut li. penden. Deci. cōsi. 190. circa primum col. 3. uers. quarto hoc idem. Pro parte affirmatiua, quam ego cōtra Glossatorem teneo, facit, quod ex propria te uerborum collector subsidiorum, seu impositionum contra Infideles, ueniat sub nomine collectorum fructuum & prouentuum cameræ apostolicæ: super fructibus enim beneficiorū imponuntur c. conquirente, post medium, de offi. Ord. c. cū Apostolus. §. prohibemus de censu. ista autē charitatiua subsidia, seu collectæ, uel onera ratione fructuum beneficiorum imposita, spectant ad ipsam cameram, & ipsi sunt debita. quod probo, quia cū sint debita Papæ, ergo ipsius cameræ, quæ introitus, & alia ad Papam spectantia exigit, & custodit. Camera enim thesaurum, seu redditus colligit, custodit, & distribuit: & habet suos officiales ad hoc deputatos, prout de camera Paduæ loquitur, & declarat Iacobi Aluaro. de feu. cogni. §. sciendum col. 1. ibi camera in qua pecunia & thesaurus &c. & de Camera apostolica loquitur Paul. de Cast. cōsi. 106. circa quæ, col. 1. in nouis. & ad istam, & eius camerarium spectat cura reddituum temporalium ad Romanam sedem pertinētium cle. 2. uers. eo ramen prouiso, de electio. & ibi Cardi. quæst. 7. & late per præceptorem meum Philip. Deci. cōsi. 404. uiso eleganti col. 1. Cū autem Papa sit absolutus dominus omnium beneficiorum, & de eorum fructibus ad libitum disponere possit, præsertim ex causa ira urgenti contra Infideles, camera, quæ in istis uices Papæ tenet, seu representat, deputando collectores super istis fructibus, redditibus, & solutionibus, seu exactionibus, uerè

bus, uerè deputare dicitur pro fructibus, & prouentibus cameræ: & sic tales collectores & subcollectores in regula comprehenduntur ex proprietate uerborum: & in tantum fructus beneficiorum possunt dici ipsius cameræ apostolicæ, ut ipsa succedat in spolijs, seu bonis ad ecclesias spectantibus, etiam loco successorum in beneficijs: & sic excludit ipsas ecclesias & successores in illis, contra tex. in c. præsentis ibi, quæ in utilitatem &c. de offic. Ordi. lib. 6. & ultra stilum notoriū super præmissis, hoc concludit Rot. 855. cum camera in Antri. quæ est eadem Bisigne. uni. de solutio. in Antiquio. Pater igitur quod uerè, & propriè, ac principiè, & non fictè & per uiam subrogationis in casu præmissis subsidiū papale, seu impositio connumeretur inter fructus, & prouentus cameræ apostolicæ. Sed dato, & nõ cõcesso, quod tales impositiones ueniant appellatione fructuum & prouentuū, cameræ apostolicæ per uiam subrogationis, adhuc sum in tuto: quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur: & illud, quod dicitur, seu iudicatur de uno, dicitur, & iudicatur de altero, etiam in materia alias stricta, & exorbitanti. Iis qui in potestate. §. si. ff. de bono. posses. contra tab. ubi cõditio dandi hæredi, quæ est stricti iuris, & in forma specifica impleri debet, verificatur in beneficiorū possessore contra tabulas, uti ei dari sufficit: quia subrogatur loco hæredis. facit tex. in l. libertum. ff. de ritu nupri. ubi si cut tutor prohibetur pupillam in uxorem ducere, ita & hæres tutoris, etiam extraneus, qui subrogatur in locū prohibiti. facit etiam tex. in l. hæreditatis appellatione la. 2. ff. de uer. signi. ubi bonorum possessio cõtinetur appellatione hæreditatis, in cuius locum est subrogata: & sic ex proprietate uocabuli, prout no. Iaf. in l. 1. §. bonorum col. 1. nu. 5. & 6. ff. ad Trebelli. in. 2. lectu. & in l. 1. col. 1. ff. de uulga. Ad illud, quod subrogatio debet habere omnimodam similitudinem, respondeo, quod in casu nostro adest ista omnimoda similitudo, & quamuis in omnibus & per omnia non adesset, hoc non referrer. Paul. de Castro consi. 73. repetito. consi. 265. licet ista d. Lisa, ante si. lib. 1. Deci. consi. 190. circa primum col. 3. uerf. 4. hoc idem, & cõsi. 543. in casu proposito, col. 2. nu. 6. & quod collectores subsidiorum charitatorum, seu impositionum papalium, hoc nomine propriè appellètur, est tex. in cle. 2. de Deci. ubi prohibetur per collectores capi, & distrahi calices, & alia ornamèta diuina pro decima. Et quod debeat intelligi de decima, seu impositione papali, declarat glo. in Cle. dispèdiosam, de iudi. in uer. decimis, post prin. uerf. quid de decima papali, inducens dictum tex. in cle. 2. Calderi. consi. xi. col. 1. ibi, uel decimam collectoribus Papæ. idem concludit Belenci. in tracta. de chari. subsi. quæst. 56. qui declarat subsidiū papale esse illud, de quo in præalle. cle. 2. & ibi firmat Imperatorem, & Principes teneri ad subsidiū.

fidium charitatum impositum per Papam pro expeditione cõtra Turchas. Sequitur ergo, quod tales collectores subsidiorum, seu impositionum contra Turchas sunt ueri collectores.

1 SEPTIMO quero cum Glossatore hic, ¶ Papa cõcessit alicui priuilegium disponens, quod etiam si efficeretur collector, uel subcollector apostolicus, quod eius beneficia nõ forent reseruata; postea euasit collector, uel subcollector; an eius beneficia sint reseruata? Ista quæstio potest etiam ultra dilari, & ampliari, quo ad aliquas alias regulas. pone, quod Papa concedat, quod si quis euadat Cubicularius uel Cursor, eius beneficia non censeantur reseruata, & secundum præceden. par. huius regulæ, pone, quod Papa det priuilegium, quod si talis transeat in familiaritatem alicuius Cardinalis, similiter beneficia ipsius non sint reseruata: Applicando tantum ad quæstionem propositam, ipse Glossator dicit uidisse super hoc dubitari: tamen credit postea conclusum pro parte affirmatiua, quod beneficia sint reseruata. allegat rationem, quæ est, quod ista regula tollit omnes leges generales, uel speciales, loquentes in contrarium. alle. Deci. in c. si. in præben. de consue. lib. 6. aliud non dicit, & sic transit. Reassumendo istud dubium, arguam ad partes. Et primo pro parte affirmatiua adaptando dicta Docto. in dicto c. si. quærit ibi Domini. post Lap. num. 3. an optatio habeat locum, quando Papa sibi reseruatur collationem canonicatus? concludit, si reseruatio est generalis, nõ facta ob fauorem singularem alicuius (& iste est casus noster) non esse locum

2 optationi. & ratio est secundum Io. de Ligna. quia reseruando generaliter abrogat omnes leges, & statuta, & tollit omnem potestatem conferendi &c. Cum Geminia. tenet Phi. Fran. ibidem nu. 6. Ecce igitur, quod reseruatio ista generalis, non facta in fauorem singularem, tollit legem

3 statuta, & omnem potestatem conferendi, & omne impedimentum. Secundo optatio priuilegium tollitur per principem, etiã sine causa. l. qui fundos C. de omni. agr. de scr. lib. xi. quem tex. ad hoc ponderat Bald. in l. qui se patris col. 7. uerf. sed quid si pater ibi, seu priuilegium, quia speciale est in principe, ut possit reuocare suum priuilegium, ex quo est alteri ius quæsitum, etiam sine causa; & postea uerf. sed Nic. prædictus, nõ credit illud esse uerum, quia non facit iniuriam, cum nullo iure sit obligatus cõcedens priuilegium, hoc seruare C. un. libe. Feli. in c. quæ in ecclesiarū

4 nu. 51. de constitu. Terrio, licet alias priuilegium non esset reuocabile, tamen quando princeps procedit per uiam legis, illud reuocat. Bal. in l. nuptæ in si. ff. de Senato. assignat rationem, quia omnis legum potestas est in pectore suo. idem concludit Calderi. consi. xi. col. si. ubi facit differentiam inter reuocationem, quæ fit per ius commune, & illam quæ fit per aliud priuilegium. Primo enim casu sufficiunt clausulæ generales. Secundo

- cundo uerò non. Imol. in cle. i. in ult. nota. de sepultu. & Deci. consi. 168.
5. Reuerende pater, post prin. Pro parte uerò negatiua facit, quod privilegio speciali non derogatur per constitutionem generalem c. cum ordinem de refer. Oldra. consi. 266. quod autem per reuocationem sub titulo de concess. præben. num. 10. uersi. 15. per constitutionem generalem non reuocatur priuilegiū & c. Secundo, quia privilegium speciale non solum ex reuocatoria in consequentiam & secundariam: immo etiam principaliter, dum tamen generaliter emanauerit, non reuocatur: neq; illi sit præiudicium. c. Abbatem cū glo. in uer. per literas de refer. l. uxorem. §. felicissimo in fi. ff. de lega. 3. Oldra. dicto consi. 266. in prin. Tertio, quia privilegium debet durare & esse perpetuum: non autem sine aliquali causa reuocari. l. quod semel. ff. de decre. ab ordin. faci. §. illud autē ibi, quoniam omne beneficium, quod siue à Deo acquiritur hominibus, siue ab Imperio sequēte Deum, decet esse mansurum. in auten. cōstitu. quæ de digni. & Episco. l. i. C. in qui. caus. resti. non est neces. & ibi nota.
8. Quarto, cum privilegium huiusmodi sit reductiuum ad ius commune,
9. ordinarijs enim collatoribus fauet, qui per tales reservationes priuantur sua ordinaria collatione: debet fieri interpretatio pro favore ordinariæ collationis c. ad hæc, uersi. sicq; sit, de refer. glo. in c. i. in uer. processus ante fi. uersi. item Iurisdicatio ordinaria fauorabilis & c. eo. lib. 6. &
10. collatio ordinarii dicitur legitima, licet ius speciale reservationis ipsam impugnet. Rot. Belleme. 116. si petens, circa medium, uersi. uel exponitur canonicè habito respectu & c. sequitur Cassado. de præben. 2. licet penden. nu. 9. stante igitur favore ordinariæ collationis benigna debet fieri interpretatio, tanto magis propter conseruationem iuris cōmuni c. causam quæ de refer. ubi glo. & latè Felin. ibi post omnes Paris. consi. 42. quantum ad alternatiuam, uol. 4. nu. 5. ubi etiam, quod quando conceditur aliquid, per quod fit reductio ad ius cōmune, non sonat in priuilegium. Quinto, quia Reuocatio non debet intelligi extra casus expressos, & nominatos. l. præcipimus in fi. C. de appel. nec præsumitur nelle tollere, nisi exprimat expressè: & tunc cōstat quando uerba aperte profert. Calderi. præalle. conti. xi. tab. tit. de priuile. col. 2. nec debet includere istum casum incogitatum à Papa, ad ea, quæ pulchrè adducit Oldra. in dicto consi. 166. nu. 6. uersi. præterea reuocatio gratiarum & c. & tanto minus Papa uidetur cogitasse, cum gratiæ huiusmodi raro concedantur, ad tradi. per eundem Oldra. in dicto consi. ante nu. xi. ibi, sed gratiæ privilegiatæ sunt modicæ & c. & postea nu. 12. ponderat, quod cum priuilegia in facto consistant, nō censentur reuocata, nisi facta expressione. Sexto, quia Bona fides in principe summè necessaria est, præalleg. §. illud, ibi, & omnis malitiæ ac diminutionis, in auten. consi. quæ de digni. l.

- gni. l. ex facto, uersi. nam si furioso, ibi, etenim iniquum incipit fieri beneficium principis & c. ff. de uulg. l. meminerit. C. un. ui. ubi quod iniuria à principe omnino aliena esse debet. Deci. consi. 48. & maturè col. 3. ante fi. ubi post Bald. dicit, quod manifesta intentio principis uidetur, quæ esse talis præsumitur, qualis est legis scriptæ, & rationis naturalis: & tanto magis prædicta procedunt in summo Pontifice, cum Bona fides in apostolica sede splendere debeat. c. per tuas, ante fi. de donatio. Paris. consi. 141. Ad solutionem nu. 12. uol. 4. Nemini autem dubium uidebitur, quin ex tali priuilegio seu cōcessione quis potuerit induci ad procurandum officium huiusmodi collectoriæ, seu subcollectoræ, quod alias sine tali præseruatione & priuilegio forsan non perquisisset, seu desiderasset. Septimo, quandoquidem privilegium huiusmodi esset reuocabile, tamen non quo ad eos, qui non sint re integra, prout in simi. concludit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in. 4. quæst. 3. quæst. princi. nume. 30. ubi, quod statutum, quod qui uenerint ad habitandum in tali castro, gaudeant immunitate, non potest reuocari, in præiudicium eorum, qui iam uenerunt. cum Bart. transit Alexan. consi. 54. uiso puncto lib. 4. col. 4. in fi. ibi, & idem tenuit Bart. & c. & Deci. consi. 186. in causa communitatis, col. 3. post medium. Octauo, & ultimo, quandoquidem essemus in dubio iudicandum esset pro ualiditate priuilegij, & pro non reuocatione. c. in Galliarum 25. quæst. 2. Calderi. in dicto consi. xi. sub titulo de priuile. col. 2. ibi, sed in casu dubij potius debemus præsumere, quod non sit reuocatum & c. Paris. præallegat. consi. 141. lib. 4. nume. 12. Federi. consi. 233. casus talis est, ante fi. Deci. consi. 168. Reuerende Pater col. penul. ante medium uersi. & ex his conclusio; qui loquitur è conuerso in fortioribus terminis pro subsistentia reservationis, & sic in casu odioso, uel saltim nō fauorabili, prout est casus noster. Ista opin. contra Glossatorem uidetur mihi uerior, & æquior. secundum tamen diuersitatem formæ priuilegij diuersimodè respōderi posset. Ad omnia contraria unico uerbo respondetur, quod procedant, quando clarè constat de intentione Principis. Licet enim posset, non præsumitur uoluisse. ita responderet Calderi. in dicto consi. xi. de priuileg. & Deci. in dicto consi. 168. nu. 3. ibi, quia fateor, quando constaret & c. Et tanto magis ista procedent, quando agitur solum de præiudicio concedentis: quia contra eum fiet interpretatio. Rui. consi. 13. in quæstione & lite. uolu. 4. nume. 13.

Regula Quinta

DE RESERVATION.

¶ Reseruat beneficia Curialium, dum Curia transfertur.

ITEM Reseruauit omnia, & singula beneficia ecclesiastica quorumcunque curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit, & in quouis loco, quantumcunque etiam à dicta curia remoto.

RAE MITTO pro nouis pro declaratione regulæ & infradicendorum, quod diuersis temporibus per diuersa iura fuit statutum, quod beneficia uacantia in curia essent Pontifici specialius ceteris alijs beneficijs reseruata c. 2. præsertim cir. si. ibi, super conferendo eisdem in Cur. Rom. de præben. lib. 6. quæ cõstitutio fuit facta à Clem. ut ex iuribus infra allegandis apparebit: licet communiter per codices in hoc mēdosos Boni. 8. attribuat. Venit postea c. præsentī eo. titu. & lib. in quo Boni. 8. per uiam declarationis extēdit dictum c. 2. ad loca uicina, uidelicet per duas dietas legales à Cu. Ro. distantia. Emanauit postea extrauagans, Ex debito Io. 22. posita inter communes sub titu. de electio. quæ approbat dictas duas cõstitutiones, easq; extendit ad transmīssos à curia Legatos, & nuncios. Alia extrauagans Bene. 12. Ad regimen sub tit. de præben. extendit etiam ad curiales peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis causa secedētes, redeuntes intra duas dietas decedentes, & alias, prout in ea. Tandē regula nostra ampliat ubicunq; sit curia, & quantumcunq; Curialis ab ea distet, dūmodo eam sequatur. & de efficacia & potentia istius reseruacionis per uacationem in curia, ultra supra deducta uideatur Ror. 461. no. quod habens potestatem in Antiq. & in No. 97. habens autoritatem conferen. Enē. de Falco. in tracta. reserua. fol. 33. nu. 12. uersū. quarto reterto & c. & septem priuilegia istius uacationis in curia reducit D. Sarnen. super quæst. 31. regulæ de Trienna. à nu. 19. usque ad si. quæst. ubi plura cumulat, quæ hic nō refero, quia ibi uideri possunt.

PRIMA Quæst. Curia, & Curialium appellatione, quid, & qui ueniant: & quare sic nominentur.

SECUNDA

SECUNDA Quæst. Curia Romanæ appellatione ad effectum regulæ reseruatoria quid ueniat.


TERTIA Quæst. An per regulam istam inducatur reseruatio beneficiorum omnium Curialium indistinctè.

QUARTA Quæst. Curialis, dum Curia transfertur, in itinere decedit, an præsumatur sequi curiam ad effectum reseruacionis, de qua in regula.

QUINTA Quæst. An beneficia curialibus collata, nondum tamen acceptata, cadant sub reseruacione.

- 1 **PRIMO** quæro appellatione curiæ & curialium quid, & qui ueniant, &
- 2 quare sic nominentur? Et primo dico, quod Curia nomen æquiuocum est, plura significans. Nam in materia feudali, prout in tit. de capita.
- 3 qui curiam uēdi. Curia seu curtis appellatur domus ipsius domini uillæ, qui potest habere plures curias seu curtes, prout declarat Iac. Aluar. in c. 1. in prin. sub dicto tit. de capi. qui cu. uendi. Alio modo accipitur in §. si. quibus mo. feu. amitta. ubi Aluaro. ante nu. 3. uersū. in tex. ibi, in curte domini & c. Curia etiam siue curris dicitur planities terræ. Archid. in c. si quis clericus. xi. quæst. 1. Bartho. Cœpol. cap. 46. sub tit. de Curia sine curte, in tracta. de serui. urba. prædi. & isto modo uulgò dicitur cortile. Feli. in c. Rodulfus nu. 22. ubi dicit, quod grosso modo dicitur cortile, & est locus septus muris, seu clausuris ligneis, uel uepribus, Paris. consi. 58. uera iuris, col. 3. Sumitur etiam pro iure, sub quo comprehendatur principaliter iurisdictio loci, & postea dominium rerum. Areti. consi. 15. Reuerendissime Pater nume. 1. & de hoc dicit esse rex. in c. cum Bertoldus in prin. iun. clausula sequenti ibi, cum uniuersitate transisset, de re. iud. idem tenent Sozi. consi. 56. in causa communitatis num. 5. in 2.
- 6 conclu. uol. 1. Item dicitur locus iuxta castrū, qui ab ipso castro defenditur, & in qua curia habitantes defendunt ipsum castrum. Bald. in l. si plures nu. 4. uersū. sed nunquid castrum C. de condi. infer. Areti. in dicto consi. 15. col. 1. uersū. nam curia est locus extra castrum & c. Sozi. in præalleg. consi. 56. uersū. ex quo patet quod curia dicitur locus & c. uol. 1. Feli.
- 7 in præalleg. c. Rodulfus nu. 22. de reser. Curia etiam erat apud Romanos locus, ubi sacrorū cura tractabatur, teste Varrone, & alijs. & talium curiarum sacerdotes Flamines, curiales, prothostamines, & alijs nominibus nuncupabantur; qui ita res diuinas curabant, sicuti senatores res
- 8 humanas. Pro senatu etiam accipiebatur, & accipitur. Cice. ad Q. fratrem, Me libenter à curia, & ab omni parte Reip. subtrahat. Pro fisco. l. uni. C. de sent. Præf. præto. uersū. licet pro curia, uel qualibet publica utilitate & c. Curia etiam triginta à Romulo in urbe constitutæ fuere. populum enim in triginta partes diuisit, quas partes curias appellauit, propterea quod tunc Reipublicæ curam per sententias partium earum ex-

I ij pediebat



pediebat. l. 2. post prin. ff. de ori. iur. quam. l. Zasius pulchrè & plenè commentauit. & in uer. Curias, plura ad rem nostram adducit. Ex proximè
 11 dictis patet, quod † Curia dicta est à cura, prout etiam per Oldra. consi.
 211. Ad propositum fratrum nu. 5. uer. si. circa secundam. & per Archidia.
 in c. si quis clericus xi. quæst. i. & sic curia dicta sit, quod ibi de multis agi
 tur cura, seu cura de cunctis administratur: licet aliqui dici uoluerint à
 cruore, prout per Archidi. in sum. 51. distin. nu. 3. uer. si. quandoq; strictius
 dicuntur curiales illi, qui erant officiales in causa sanguinis, à cruore di-
 cti. Ista deriuatio mihi non placet, prout etiam nec Zasius, qui in dicta. l.
 2. in uer. curias in si. nu. 19. inuehitur contra Alexandri. qui in c. 1. & 2. di-
 cta distin. 51. usus sordidis authoribus ineptè posuit hanc declarationem
 uolens curiales à cruore dictos; saluari tamen potest Alexandri. in eo,
 quod tenuit tex. illum de curialibus loquentem intelligi debere de offi-
 12 cialibus in causa sanguinis, prout infra tangam. † Curia insuper capitur
 pro loco, ubi conueniunt, & morantur Decuriones. Luc. de Pen. in. l. De-
 13 curio. C. de Decu. lib. xii. † Dicitur etiam conuentus Decurionum, & cu-
 ria Principis. l. nemo C. de dignit. lib. 12. ibi, nemo curiam nostrā immani
 pulset iniuria in. l. Decurionibus post medium, ibi, honore curia sine ali
 14 qua functione lætentur. C. de silentia. & decu. lib. 12. Aliquando † curia
 principis cum omnibus officijs suis instructa & comitatus, pro eodem
 ponuntur c. si uobis, cum glo. in uer. ad comitatum. 23. quæst. 8. Abb. in c.
 15 ueniens in 3. nota. de præscrip. † Curia etiam propriè ponitur pro tribu-
 nali, seu loco, ubi ius redditur, & pro ipsismet iura reddentibus. Iuxta
 tex. in c. Romana, primo responso in si. ibi, ad Remensem est curiam ap-
 pellandum. de appella. lib. 6. prout etiam dicimus, Causa est in curia Au-
 ditoris camerae, & antiquitus etiam nominabant curiam de Sabellis.
 16 † Curia Romana idem significat quod sedes apostolica c. 2. & c. præfenti,
 ubi uacatio in curia, & apud sedem, pro eodem ponuntur. de præben.
 lib. 6. & sic dicimus causa est deuoluta ad curiam Romanam, seu est ap-
 pellarum ad curiam Romanam, id est ad sedem apostolicam Rot. 38. fuit
 17 & sedes apostolica in no. † Curiales igitur omnes appellari possunt, qui
 curijs, de quibus supra, præfunt, seu eas tractant, uel in illis se exercēt:
 debito tamen modo intelligendo, non autem de illis, qui sunt in curia,
 hoc est in cortile. Curiales autem per anthonomasiā appellantur ipsi
 Decuriones. l. curiales omnium ciuitatum, cum glo. i. quæ declarat cu-
 riales, id est Decuriones, quod idem est. & sic summat ibi Bar. & l. ad
 subeunda cum glo. C. de Decurio. lib. 10. Oldra. consi. 211. ad propositum
 18 fratrum col. 3. in prin. † Curialiū aliqui tria genera faciunt. in primo gra-
 du ponunt Decuriones de quibus proximè dixi; in secūdo ponunt eos,
 qui

qui officia curiæ honesta, uel inhonesta peragunt. In tertio numerant
 eos, qui sunt in causa sanguinis, tales q; curiales, quasi cruentos à cruore
 dictos purant, ut supra dixi. quibus etiā aliqui associant adultores, seu
 eos, qui principibus, uel regibus, seu magnatibus adulantur. & de istis
 adulatoribus loquitur tex. in c. non ne, ante si. ibi, qui adulatur regibus
 37. distin. de istis etiam, & de alijs supra dictis loquuntur Archidi. & Do-
 mini. in sum. & c. 1. & 2. 51. distin. Luc. de pen. in. l. curiales C. de Decu. lib.
 10. Cōcludo igitur, quod omnes, qui inferuiunt summo Pontifici & Car-
 dinalibus, qui dicuntur pars seu mēbra ipsius, ueniunt appellatione cu-
 rialiū. Insuper omnes Iudices, omnes Notarij sub uerbo curialiū de iu-
 re comprehenduntur. Quid autem de Aduocatis, Procuratoribus, Solli-
 citoribus causarum, & expeditionum, an appellatione curialium, &
 an sub regula nostra comprehendantur? uideretur dicendum, quod sic:
 19 res autem non procedit sine dubio. Non omitto, quod † curiales antiquo
 tempore quodam modo sumebantur, qui nunc non est in usu, de quo
 in. l. nemo C. de Decu. lib. x. & in. l. quoniam C. de natura. libe. & in au-
 ten. qui. mo. naru. effici. sui. §. quod uerò, cum sequen. colla. 7. Insuper cu-
 riales prohibentur ad sacros ordines promoueri, nec etiam possunt esse
 Episcopi c. 1. & 2. & c. qui in aliquo 51. distin. Videmus autē quod in Vrbe
 & curiales promouētur, & curialibus, ut plurimū, Episcopatus cōcedū-
 tur, quod aliquibus præfertim Ultramontanis (qui cōtra sententiā Pauli
 uolūt sapere plusquā sapere oporteat) satis uideretur nouū, immo absonū:
 qui si iuxta tradita per eundem Paulū sensus scripturarū penetrarēt (cū
 ipse dicat spiritus uiuificat, litera autem occidit) satis perciperent iura ca-
 20 nonica alio tēdere. illos enim † curiales excludunt, qui sunt curiæ profa-
 næ additi seu dediti, & qui ratiocinia officiorum suorum reddere recu-
 santes, ad ecclesiam se transferre curant. 53. distin. in sum. & c. legem
 quam. Insuper illos, qui adulantur, quos nō solum à diuinis officijs, im-
 mo ab ipsis ciuitatibus, & ab ipso orbe expellere conueniret, immo ne-
 cesse esset. tales enim adultores Urbem & orbem adinstar epidimiæ
 infectant. Excludunt etiam iura cruentos homines, & sic curiales cruo-
 ri præpositos, seu in causis cruoris se exercentes, & hoc summa ratione,
 prout per Doct. in dicto c. 1. & 2. 51. distin. Nec inconuenit Interpretatio
 Docto. in dictis locis, quod dicti canones intelligendi sint de curialibus
 cruori præpositis, cū in dicto c. 1. in prin. æquiparentur Aduocati Milite-
 tes & curiales: clarum est autem, quod aduocati nō sunt reiciendi, im-
 mo alijs anteponendi. sed, ut ibi communiter omnes declarant, illa
 æquiparatio horū trium procedit in qualitate in militibus expressa: ui-
 delicet quod sæua præcepta sint executi: & sic aduocati & curiales in
 sæuis se exercuerint, prout sunt aduocati, qui causas criminales contra
 reos

reos suscipiunt: & sic instant, & contendunt pro interitu hominum, quod licet de iure liceat, ego tamen semper abhorruī tanquam humanitati & nobilitati parum condecens. Alij uero curiales, qui uerbo & opere Officia honesta exercent: & qui Vicario Dei, & praelatis inserviunt: nec ab ecclesia, nec ab ipso Christo, nec ab alio, qui sapiat repelluntur: immo amandi & honorandi sunt, & omnibus alijs praeferendi propter summos labores, quos honorifice perferunt. aliam rationem, quare curiales clericari prohibeantur, assignat Saly. post Per. & Cyn. in l. sed neque, nume. 3. C. de sacro eccles.

- 1 **S E C U N D O** Quæro post Glossatorem, † Quid ueniat nomine curiæ Romanæ ad effectum huius regulæ? & duæ sunt opin. una uidelicet, † quod ibi sit curia, & ibi Roma, & ibi limina. S. Petri, ubi est Papa. Inno. in c. ego enim de iure iur. ante si. & ibi Abb. nu. 6. Feli. nu. 9. ibi, quod ibi censeatur Roma, ubi est Papa. & idem Abb. in c. dura. 2. nota. de crimin. fal. Fran. in c. ubi periculum, de electio. lib. 6. in 5. nota. & in c. licet in 3. not. de præben. eo. lib. Alia opin. est, quod possit intelligi ibi tantum esse curia, ubi est audientia. Zabba. in cle. Auditor, de reser. in prin. ibi, uel audientia tantum. Boni. de Vitali. post alios in cle. ne Romani. §. fanè, de electio. num. 18. ibi, nam hic sentit de ipsa audientia, ut ubi ipsa est, ibi est curia Rom. Prima opi. est uerior ad effectum regulæ, præfertim arguendo ab absurdo, ad l. nam absurdum. ff. de bo. liberr. Deci. consi. 433. nu. 18. omnes. n. cōsistit, quod curia possit intelligi ubi est Papa. Zabba. in dicta cle. auditor, in prin. ibi, dicitur autem curia Roma. esse, ubi est Papa, uel audientia tantum, Boni. ubi supra nu. 20. ibi, & tunc ibi est audientia, ubi est Papa. Aut igitur necessarium est interpretari audientiam esse, ubi est Papa: & sic iste terminus, ubi est audientia, ubi est Papa, & ubi est curia, idem important, & cessant contraria. Aut sunt duæ curiæ, una ubi est audientia, altera ubi est Papa. quod si cōcederem, sequeretur, quod regula uerificaretur in duobus locis, uidelicet ubi est audientia, & ubi est Papa: quod absonum esset. Et quod ad effectum regularum sit facienda tantum interpretatio, ubi est Papa, ponit nouissimè. D. Sarnen. in 7. quæst. regulæ de ueris. not. obi. & in 31. de trien. nu. 14.

- 1 **T E R T I O** Quæro, † An per Regulam istam inducatur reseruatō beneficiorum omnium curialium indistinctè? & uidetur, quod sic: quia uerbū illud Quorumcunq;, omnia comprehendit, etiam ampliando ultra naturam dispositionis, seu rei, cui adijcitur: & semper auget uim uerborum, & operatur aliquid plus. l. 1. cum glo. fi. & l. quicumque C. de ser. fugi. c. solite ante si. ueris. quodcunq; ligaueris, de maio. & obe. glo. in cle. 1. de iudi. in uer. quibuscunq; c. 1. de feu. non habent. propri. natu. feu. & ibi omnes. Roma. consi. 31. uisus his. Cur. Iun. consi. 1. nu. 1. & seq. ubi latè Feli.

- in c. postulasti, col. xi. & in c. nonnulli col. 9. de reser. sequitur igitur, quod per hanc regulam inducta sit reseruatō beneficiorum quorumlibet curialium, quomodocunq; curiales dici & reputari possint. Suaderetur etiā, uidemus priuilegium Eugenij, seu bullam Eugenianam contra ordinarios, in quo, seu qua exprimuntur solum officiales defendere quoscunq; curiales tam officiales quàm non officiales, & quoscunq; ad curia Rom. uenientes. & sic usu receptum est, quod priuilegium huiusmodi pro officialibus, ad omnes curiales, & alios, qui proprie curiales dici nō possunt, etiā ad mercatores se extendat. multo magis idem uideretur dicendum in regula nostra, quæ continet uerba expressa, & generalia, & apta omnes comprehendere. Contrariū concludo per relatiuum Quos, de cuius natura est, quando sine copula cuiusq; generalitati adijcitur, illam restringere. l. ea tamē adiectio. ff. de lega. 3. Bar. in l. omnes populi, in prima oppo. ff. de Iusti. & iu. l. cunctos populos, nu. 1. C. de sum. trini. & si. cath. & ibi Bal. & Bal. in l. præcipimus, col. si. ueris. dicit Butri. quod relatiuum & c. C. de appella. Ange. in §. omnium autem actionum, num. 1. Institu. de actio. Immo etiam † relatiuum huiusmodi adiectum incerto corpori facit conditionem, dicta. l. ea tamen adiectio. ff. de lega. 3. l. Quiritus in prin. ff. de aur. & argen. lega. Oldra. consi. 126. natura cuiuscunq; nu. 6. ueris. in contrarium relatiuum queit: & c. Siue igitur dicamus, quod illud genus Quorumcunq; curialium, per illud relatiuum Quos restringatur ad curiales sequentes curiam, dum ea de loco ad locum transferatur: siue dicamus, quod conditionalis est dispositio huius regulæ per dictum relatiuum, tanquam si dixisset, Curialium beneficia sint reseruata, si dum curia transfertur, & si dum ipsi eam sequuntur, decesserint: de necessitate igitur præsupponit impletionem, prout declarat Oldra. ubi supra. Ad hoc igitur ut regulæ huic locus sit, & inducatur reseruatō huius regulæ, non dico aliarum regularum, uel aliorū iurium, duo coniunctim requiruntur ultra qualitatem curialitatis: primum, quod curia de loco ad locum transferatur. secundum, quod curialis moriatur, dum curiam huiusmodi sequitur. Vnde non insipide Commentator hoc post prin. infert, quod si curia non mutatur, sed curialis recedit causa mutationis aeris, uel causa solarij, & obierit, beneficia talis nō sint reseruata. † Curiales igitur, de quibus regula nostra loquitur, dicerem esse Cardinales, & eorum familiares, qui uerè dicuntur curiam Romanam sequi, & uerè sunt curiales, prout probat Oldra. cōsi. 211. Ad propositum ueris. circa primum, à nu. 4. usque ad num. 7. & per Glossatorem hic. dicerem etiam comprehendere omnes praelatos, eorumq; familiares, & omnes officiales, aduocatos, procuratores, & sollicitatores in Ro. Cu. residere solitos: dum tamen moriantur, dum curiam sequuntur, ut hic.

1 **QVARTO** quero, curialis dum curia transfertur, in itinere decedit, an præsumatur sequi curiam ad effectum reservationis, de qua in regula? Et primo uidetur, quod præsumptioni, immo nec probationi alicui sit locus: cum sciri nõ possit, an aliquis sequatur curiam, uel non. istud enim consistit in animo. possum enim esse in uno loco, præsertim in itinere, ut nec intrinseci quidem sciant, quò profecturus sim. immo ista est prudentia celare quò quis iturus sit: ne præsertim insidiæ sibi parari possint. immo, quod plus est, quis in ipso itinere sententiã mutat, & aliò diuertit, quàm à principio deliberauerit. Cum autem Animus & intentio alicuius alijs sit incognitus, & incognita probari debeãt per proprium iuramentum, non autem per probationes ordinarias: quia illis locus non est. l. 1. cum glo. si. ante si. ibi & etiam iuramentum C. de sicca. glo. magna ante medium, in uer. dicit, in §. sed iste quidem, uerfi. nanq; si cui. Instir. de actio. c. significasti, el primo cū glo. in uer. si est ita, de homici. Deci. consi. 256. in causa inquisitionis col. 4. nu. 9. & consi. 452. Visa instructione, ante si. uerfi. & si ignorãtia deberet & c. Rui. consi. 1. nu. 4. lib. 5. Et iuramento non sit locus, quia ille de cuius animi, & intentionis notitia agitur, & cuius iuramentum requireretur, supponitur non esse in rerũ natura: omnis probatio sublata esse uidetur. Pro resolutione huius dubii considerandi sunt plures casus, primus sit, Papa discessit ab urbe profecturus Bononiam, inter alios sequitur illũ unus Cardinalis cum sua familia, dum Papa intrat Bononiam, iste Cardinalis est Senis, & ibi moritur unus ex suis familiaribus, puta Hispanus, uel Gallus. Cardinalis uerò pergit Bononiam: dico beneficia istius familiaris mortui Senis esse comprehensa in reservatione huius regulæ. † Familiares enim Cardinalium, ut plurimum dependent ab alimentis illorũ, illos semper sequentes, ut uictum habeant, ut istorum uita ab illorum alimentis pendeat. iux. tex. in l. cum ijs. sed & personarum, ibi, an obsequioris qui de alimentis pendeant. cum glo. in uer. sedet personarum, quæ addit quod tales ab alimentis aliorum pendentes nihil quærere per se sciunt. ff. de transactio. faciunt tradi. per Oldra. consi. 211. Ad propositum nu. 6. uerfi. Et si hæc uera sunt & c. ubi concluditur per illum tex. familiares Cardinalium uerè curiam sequi. Secundus casus sit, ponamus secundum thema propositum, quod iste familiaris Cardinalis fuerit quidam nobilis Senensis, qui potius ad honorandum Cardinalem, quàm pro alimentis inferuit Cardinali, nullum determinatum exercitium habens in curia ipsius Cardinalis, cum quo in patriam suam Senesem reuertitur, & ibi, uel Cardinali præsentem, uel parũ post eius discessum infirmatur, & moritur: unde discerni non possit, an eius animus esset accedere ad curiã, an ibi remanere, dicam satis dubitari posse an sit locus regulæ, uel non.

C T A V D

& si

& si præcedant præparaciones discessus, & longioris itineris iuxta tex. in l. si pecuniam in prin. ff. de condi. ob. cau. uel si à principio, & successiue professus fuerit uelle ad curiam accedere, dicam præsumendũ esse

4 ipsum in eadem uoluntate perstitisse, & uoluntatem mutatam nõ fuisse. l. 3. & l. eũ qui uoluntatem. ff. de probatio. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. l. Lucius la prima. ff. de lega. 2. c. maiores. §. si. cū glo. in uer. per durate, de baptif. c. 1. cum glo. in uer. non timore, quod met. cau. & sic præsumam stantibus præparatorijs longioris itineris, uel stante priori declaratione, seu assertione de ulterius progrediendo, quod talis curiam sequeretur: quibus non concurrentibus, præsumam illum, non causa curiam sequendi patriam reuersum, sed ut in sua patria moreretur. † Habitare enim, & habitare uelle quis præsumitur in patria sua.

5 facit text. in l. prædicta. §. affini. suo uerfi. hæc testatrix Romæ, & ibi no. Bar. ff. de fund. instru. & Bar. in l. is potest col. 5. nu. 17. uerfi. aliquando ille, qui dicitur hæres & c. ff. de acqui. hæredi. pulchrè per Areti. consi. 135. clarissime D. collateralis ex multiplici. col. 1. & 2. Rui. consi. 61. in lire uerente nu. 20. & seq. uerfi. ad quintum, in quo dicitur. uol. 5. Tanto magis ista procedet in facto proposito, cum iste iam præsens reperitur in sua patria: at dulcis amor patriæ, & ediosa seruitus, & curia ipsa, in qua plerunq; nobiles literati, & uirtuosi in paleis, seu hospitalibus moruntur. & pro ista cõsideratione, an sit in domo propria seu domicilio facit text. in c. præsentem uerfi. idem est, ibi, dummodo ibi & c. de præben. lib. 6. Tertius casus poni potest in secretarijs, & cubicularijs secretis, quos camerarios uocant, & in alijs cõtinuo assistentibus ipsi principi, ac de datario, & alijs similibus, qui dietim, & per singula momenta ipsi summo Pontifici assistent. & si unus ex istis secundum thema propositum Senis decedat, dum Papa Bononiam intrat, præsumã hunc curiam sequendo mortuum: tanto magis, si fuisset forensis: idem præsumam etiam quod fuisset Senensis, cum officium non deposuisset, nec uerisimile esset, quod summum principem, & curiam ipsam fallere, & postergare uoluisset in saluto hospite, & licentia non petita, & obtenta. & licet amor patriæ magnus sit, maior tamè est affectus & desideriu (siue potius dicam) ambitio honorum, præminentiarum, & dignitatum ab ipsa curia, ad instar pomorum ab ipsis arboribus colligi & excerpi solitorum. Et ultra quod (ut supra dixi) non debeat præsumi mutatio uoluntatis, & sic nõ debeat præsumi istum repente mutasse uoluntatem deferendi curiam, & officium suum, ac exercitium quod forte ministrare solet, nec spei propositæ renunciare: adhuc uoluntatis mutatio admittenda non est, cum ab ipso solo nõ dependeat, sed ab ipso & summo Pontifice: immo si ab ipso & particulari, adhuc idem dicendum esset. l. sicut. C. de actio. ubi, quan-

K

do in-

do interuenit uoluntas duorum, non licet uni ab illa recedere. & l. sicut C. de actio. emp. quod ampliatur procedere etiam rebus non sic stantibus. l. Lucius. ff. de euctio. Nullo modo igitur presumi debet mutatio talis uoluntatis illicitæ, & iniuriôsæ, ac uarietatis, & inconstantia. Possent plures alij casus formari, quos breuitari studens omitto. tot enim poni, & fingi possent, quot curialium genera reperiuntur, qui secundum facti contingentiam decidendi uenirent. sat mihi sit annuisse. Ad illud, quod præmiseram, quod animus alicuius est incertus, & improbabilis: respondo, quod præsumi debeat talis, qui prius fuerat, cum de mutatione non constet, nec mutatio præsumi debeat, ad supra nota. Nec est uerum, quod animus semper probetur per iuramentum, & quod non possit aliter probari, immo glo. supra alleg. in l. i. C. de sic. aliud præsupponit. uult. n. quod per præsumptiones probari possit: exemplificat, quando quis uult probare quod non animo occidendi percusserit, probat amicitiam, affinitatem, qualitem occidentis. iuramentum autem est quid subsidiarium, nec semper ad illud deuenitur: alioquin quilibet iuraret, quod non animo occidendi, uel non animo delictum committendi: & sic nunquam, uel raro esset locus alicui delicto. Insuper animus declaratur per exteriora seu extrinseca, & per uerba, per taciturnitatem, per dissimulationem, & per alias coniecturas. l. i. §. fi. & ibi glo. ff. ad Syllania. l. uxori suæ. §. fi. & ibi glo. ff. de lega. 3. glo. in l. Fulcinius, in uer. animus. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & sicut animus & mens præcedens ex sequentibus declaratur. l. sed & Iulianus. §. proinde uerfi. sed etsi ab initio. ff. ad Maced. Barr. in l. cætera. §. sed etsi parauerit. ff. de lega. 1. Deci. consi. 130. proponitur col. 2. in princ. consi. 284. & diligenter col. 5. ante si. uerfi. Actus enim, qui sequitur &c. & consi. 336. in casu. proposito in prin. 357. in casu magnifici in prin. 393. consilui nu. 9. & 487. conclusionem nu. 3. Paris. consi. 3. singula gesta nu. 7. lib. 4. Ita ex præcedentibus debet declarari animus sequens.

1 QVINTO quæro: An beneficia curialibus, de quibus in regula, collata, nondum tamē acceptata, cadant sub hac reservatione? Pro parte affirmatiua facit, quod Beneficium acquiritur per solam collationem, c. fi. in fi. de concess. præben. lib. 6. ubi quod per collationem acquiritur ius in re, arguendo à cōtrario sensu. Rot. 695. dic quod reuocatoria, in antiq. Mil. in reperro. in uer. beneficium acquiritur per solam collationem. Ene. de Falco. in tracta. reserua. in 47. effectu, quæst. 4. num. 8. sol. mihi 53. in prin. uerfi. sextus modus per collationem non acceptatam, ubi concludit regulas reseruatorias beneficiorum familiarium Cardinalium habere locum in beneficijs collatis ante acceptationem: & sic regulæ reseruatoriæ illa comprehendunt: ergo & nostra regula. Et si quis dicat, quo ad regulam 3. de qua supra de beneficijs familiarium Cardinalium non est mirum,

rum, quod Ene. tenuerit cōprehendi post solā collationem; quia illa regula reseruat, etiā si quis habuerit ius ad rem, secus autem sit in casu nostre regulæ: respondeo, quod alia regula de impetratione beneficiorum uacantium per obitum familiarium Cardinalium, non habet clausulam de iure ad rem, & sic est in eisdem terminis, in quibus præsens regula: ergo conclusio per Ene. facta extendatur ad casum nostrum. pro hac opin. faciunt tradi. per D. Sarnen. in prima quæst. regulæ De nō tollen. iu. quæst. nu. 35. uerfi. quinto acquiritur ius ad rem per collationem &c. ubi concludit, quod ius est cōsiderabile, quo ad omnes regulas & imperationes: ergo cōsiderabile erit, quo ad istam regulam: ergo regula istud ius comprehendit. Pro parte uerò negatiua, quam ego teneo, facit, quod regula reseruat beneficia curialium, dum curia transfertur &c. † Genitiuus iste Curialium denotat, quod talium debeat esse dominium. l. 2. post prin. ibi, sed hic sermo domino dat actionem. ff. de reli. & sump. fune. Barr. in l. i. §. positus in 2. nota. ff. de pecu. & super rub. C. num. 4. uerfi. ulterius hic dicitur, & per oēs super rub. ff. de no. ope. nunci. Cum autē dominium non acquiratur ante acceptationem. l. si ego. ff. de nego. gest. per quem text. cōcludit Pau. de Castro consi. 197. uerfi. ijs, quæ narrantur in 2. dub. secū dum nouam impressionem, quod † Donatio absenti facta ante ratificationem non dat ius in re. idem concludit consi. 182. qui loquitur in donatione facta per patrem Margaritæ filia: & dicit quod ante ratificationem non fuit ius quæsitum. sequitur Cur. Iun. consi. 52. circa controuersiam nu. 13. & consi. 120. præsupponitur nu. 1. & 4. & Deci. consi. 436. Visa instructione ante si. uerfi. ultimo in casu isto. consi. 442. In causa in qua nu. me. 38. 531. Accuratè, ante si. uerfi. non ob. quod notarius, & 598. uerfi. ijs nu. me. 3. uerfi. sed ad hoc tamen responderi potest. Et in terminis nostris,

6 quod † beneficium absenti collatum, ante ratificationem seu acceptationem non dicatur suum, est text. in c. si tibi absenti. ibi, ut tuum dici ualeat non acquiras, de præben. lib. 6. & ibi per Philip. Franc. post omnes in 2. nota. facit c. gratia cum glo. in uer. ignorantia in prin. de rescr. eo. lib. glo. in cle. Auditor, de rescr. in uer. debitum. Paris. consi. 142. quod reseruario nu. 10. uol. 4. Ad c. fi. de cōces. præben. lib. 6. in fi. respondeo, quod collatio de qua ibi, est diuersa ab ea, de qua loquimur, prout ex rex. ibi apparet. illa enim est uigore expectatiuæ, seu reserua, quæ fit per executorē, quæ præsupponit præcedentem acceptationem; & sic nimirum, si per illam datur ius in re, & per illam quis adipiscitur dominium in beneficio: nostra collatio non præsupponit acceptationem per supra deducta. Ad Mil.

7 in uer. beneficium acquiritur &c. respondeo, quod † dictum Doctoris debet intelligi secundum leges, quas allegat. Barr. in l. non solum. §. liberationis. ff. de libe. lega. ante num. 8. & in l. cum quidam uerfi. solu. intelligo

dictum Iuriconsulti hic secundum legem, quam allegat. ff. de his, qui. ut
 indi. Io. And. in c. cum nuncius ante si. de testi. ibi, unde minis largè locu
 ti sunt Glossatores: sed restringenda est opin. ad rextus iurium, quæ alle
 gant. Roma. consi. 76. in causa nobilis col. si. uerfi. Dico quod Bal. & c. De
 ci. consi. 189. lætatur sum, post prin. & consi. 482. pro resolutione col. pen.
 uerfi. non ob. quod no. Barr. & c. intelligendo igitur Nic. Mil. secundum
 iura, quæ allegat, restringi debet eius dictum, quod intellexerit de Iure
 ad rem, uel alio modo, quod præsupponat una cum collatione interue
 nerit etiã acceptatio: qui ipse disputat, an sola collatio ante possessionē
 ad eptam faciat acquiri beneficium: & cōcludit, quod sic, & bene, sic in
 telligendo: alias malè, per iura supra alle. In quantum uerò allegat c. si.
 de concess. præben. hoc secundo modo interpretando sustentari potest
 eius opin. alias non, quia, ut dixi, diuersa est collatio illius c. si. à simplici
 collatione. Ad Ene. Falco. & D. Sarnen. ubi supra, dico quod præsuppo
 nentes, quod istud per collationem non acceptatam sit considerabile,
 quoad omnes regulas, malè loquantur.

Regula Sexta

Reseruat beneficia Cubiculariorum, ac
 Curforum suorum.

ITEM Reseruauit generaliter idem Dominus no
 ster Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubicu
 larium, & Curforum suorum.

REVIS, & clara est Regula ista: breuior autem erat re
 gula antiqua. dicebat enim, Item reseruauit omnia bene
 ficia cubiculariorum & curforum. ad cautelam fuerunt
 addita alia uerba, de quibus in nostra regula. & illud
 uerbum suorum, respicit tam Cubicularios, quàm Cur
 fores. & sic Regula intelligi debet de Cubularijs suis,
 id est Papæ, & de Papæ Curforibus, & illud uerbum suorum interpra
 ri debet, id est domesticorum, & familiarium: non autem de suis respectu
 Iuris suitatis, de quo in. l. in suis. ff. de libe. & postu. & in. l. si filius. qui pa
 tri. ff. de uulg. & pupil. similem declarationem facit Boni. de Vita. in cle.
 causam electionis in. §. uerum nume. 2.

uuisib

11 A

PRIMA

PRIMA quæstio, De quibus cubicularijs debet fieri interpretatio in
 hac Regula.

SECUNDA quæstio, qui cursores comprehendantur sub hac regula.

TERTIA quæstio, An officium cursoris sit uile, uel honorabile.

QUARTA quæstio, An per obitum cursoris post supplicationē signatam,
 præsentatam, & post consensum præstitū per resignationē, illi locus sit,
 uidelicet quod fuit concessio per resignationem, ante tamen iuramen
 tum præstitum de fideliter exercendo officium, an sit locus regulæ.

QUINTA quæstio, An beneficia, quorum cubularij, seu cursores habe
 bant solum possessionem, cadant sub hac regula.

- 1 PRIMO quæro de quibus cubularijs debet fieri interpretatio pro re
 gula nostra: & per illa uerba, Cubulariorum nostrorum, uidetur quod
 princeps senserit de illis, qui sunt præpositi sacro cubiculo ipsius princi
 pis, & qui obsequijs principis occupati, aulæ penetralibus inhæret. iux
 ta tex. in. l. 1. & 3. C. de præpo. sacri. cubi. & de omnibus cubicu. lib. 12.
- 2 † Cubularij igitur dicuntur de iure, qui sunt in cubiculo, & penetrant
 secreta: prout etiam habemus tex. in c. cum pastoris 2. quæst. 7. ibi, in mi
 nisterio cubiculi pontificalis obsequantur: & ibi Domini. norat, quod il
 le est casus singularis, quod Episcopus debet habere clericos seculares,
 uel monachos, quod sint testes, id est cōscij (prout postea ipse declarat)
 suæ uitæ: & obsequantur, id est deseruiant. & per Inno. in c. cum P. Man
 conella de accusatio. nu. 2. uerf. monachi aurem, ubi idem concludit. Et
 cubularios uocat Boni. de Vitali. in cle. dignū de celebra. missa. nu. 71.
 illos, qui dicunt officium cum Pontifice, quomodo igitur seruiant in cu
 biculo, & quomodo erunt cōscij uitæ alicuius, si erūt extra lares illius,
 uel (ut communiter dicitur) extra muros, prout Glossator hic præsuppo
 nit debere interpretari. Interpretatio autem debet sumi, & regulari ab
- 3 alijs iuribus. lex enim una, uel statutum ab alia lege declaratur, & limi
 tatur, etiã quod generaliter, & per uerba uniuersalia loquatur. l. ut gra
 datim, ibi, & ita rescripto Diui Marci continetur, secundum quod edi
 ctum declaratur, & regulatur municipalis lex. ff. de mune. & hono. l. ff.
 C. qui testa. face. pos. Paris. consi. 157. nobilis nu. 39. uolu. 4. Videtur igitur
 non posse fieri interpretatio de alijs cubularijs, quàm illis, quos came
 rarios secretos uocant, à camera dictos. † Cubiculum enim & camera
 idem sunt. l. fistulam post princ. ibi, uel in cubiculo iun. §. 1. ibi, cameram
 ex figulino, & ibi glo. in uer. cubiculo exponit, id est camera. facit tex.
 in. l. uxori in princ. ibi, an ea tantum uideatur locasse cubula. ff. de le
 ga. 3. Paris. consi. 80. uis codicillis nume. 7. uerfi. & propriè de camera
 & cubiculo uol. 2. quodlibet officium censetur concessum ad effectum
 quem nomen ipsius officij sonat: prout declarat Bal. super seu. sub tit. de
 feud.

seu. guardi. s. si uerò, nu. i. ubi dicit, quod beneficium, quod conceditur custodi, uidetur cōcedi causa custodia: nillico causa uillacationis: & dispensatori causa dispensationis: unde idem uidetur dicendum de cubiculario causa cubiculi. Quicquid disputatiuè dici posset, ueritas est, & stilus est clarus, qui attendendus est c. quàm graui, de cri. fal. quod debet fieri interpretatio de cubicularijs, qui sunt officiales sic uocati, qui merito sic uocantur, quia alternatis uicibus custodiunt cubiculum, seu aulas Summi Pontificis, habent locum in capella in consistorio publico & in alijs plerisque actibus, habentq; habitum similem alijs cubicularijs non officialibus, quos camerarios secretos appellant. Insuper arguendo ab æquiperatis, ad glo. & Bar. in. l. si quis seruo alieno suaferit in fi. C. de fur. glo. in. l. quod uerò cōtra. ff. de lega. Bar. in. l. Marcellus in prin. ff. ad Trebellia. glo. in. c. quamuis. s. si. quæ etiam loquitur in pœnalibus, & ibi Gemini. de electio. lib. 6. cùm sub eodē. s. sub eadē structura uerborū, ponat cubicularios & cursores: & cursores (ut in alia quæst. dicam) sint officiales: eodem modo dicendum est, quod intelligendū sit de cubularijs officialibus, quos de numero participantium appellamus. In honoribus tamen, priuilegijs, & præminentijs ualde inter se differunt cubularij à cursoribus. Nō omitto etiam, quod stilus cancellariæ in expeditionibus literarum, quas Bullas uocant, obseruat in prouisionibus, seu gratijs cubulariorum, officialibus, de quibus ego loquor rescribere hoc modo, uidelicet, Grata familiaritatis obsequia, quæ nobis &c. appellādo etiam cubularium nostrum familiarem. tales enim tam à Papa, quàm à cancellaria nuncupantur, & reputantur pro ueris familiaribus. & iste stilus seu cursus cancellariæ attendendus est, & pro lege seruandus c. porrecta, ibi, cùm igitur à cancellaria nostra, huiusmodi literas emanasse non credamus &c. de confr. uti. uel inu. Roma. consi. 376. qua stio est, nunquid, nume. 12. uerfi. 2. ratio Abb. & Feli. in c. ex parte el primo de rescr. Boni. de Vitali. in cle. ad compescendas nu. 48. de seque. posses.

- 1 SECUNDO QUæro, qui Cursores comprehendantur sub regula nostra?
 2 & triplex interpretatio fieri potest. prima, quod † Cursores, de quibus hic, sint tabellarij, quos correrios uulgò, latine uerò cursores uocant, à celeritate eundi. & ita accepit Martia. dicens, Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora. ita etiam accepit Bar. in. l. si pecuniā nu. 13. uerfi. si enim uni cursori, qui consueuit operas suas locare, ad hoc dedi pecuniam, ut uadat per me Romam &c. ff. de cōdi. ob. cau. cū autem in Vrbe semper fuerint, & sint tabellarij principis, qui uulgo dicuntur postea Papa à Papa ipso dependētes; uigilias, personas & equos pro ipso, & sede apostolica dedicātes & exponētes, & qui ueri sui cursores dici possunt, prouisionem & salaria & alimenta ab ipso principe recipientes, & quorum fidei

- fidei multa etiam grauiamandantur: uidetur quod regula de illis interpretari debeat. Et si respōdeatur, quod tales possunt esse uxorati, unde dispositio nostra ad eos non potest bene applicari, cū in consequentiam non possint habere beneficia replicabo, quod loquatur de illis, qui non sunt uxorati, prout etiam in cubicularijs potest fieri talis cōsideratio. non prohibentur enim uxorari, neq; etiam alii cursores, de quibus infra. uerificabitur igitur in illis, qui habent beneficia. & istud officium tabellariorū est antiquius, quàm cursorum, de quibus infra. & alias cursores in simili significatione in iure accipiebantur pro officialibus publicis, qui præerant equis, & officio portandarum annonarū, & alias, prout in toto titu. C. de curs. publi. & ibi glo. super rub. in prin. lib. 12. Secundo modo interpretari possumus cursores omnes, qui currunt. Cursor enim græcè dicitur *δροκός*, qui currit. & pōt sumi deriuatio à curso cursas græcè *ἀνατρέχω, ἀποσπίνω*, id est sæpe curro. & applicando ad regulā nostram, potest sumi interpretatio pro omnibus, qui in curia seu Iudicijs in Vrbe cursant, iuxta illud Cicero. in Caro. Alii per fores cursent &c. & ita comprehenduntur quicunq; mandatarii, quarumcunq; Curiarū Urbis, seu dicantur Viatores, uel Apparitores, de quibus habemus plures titulos in 12. lib. C. uidelicet de apparito. Præfe. præt. de appa. Præfe. Urb. & alijs, qui sequuntur. & isti nunciant officialibus, præcipiunt, & alia faciunt ad iussum Iudicum, prout in glo. rubri. C. de appar. Præfe. præt. lib. 12. Immo etiam possent comprehendī omnes, qui cursant in Iudicijs iuxta dictū Cicero. de quo supra, uel omnes qui cursant, id est frequenter currunt: & sub hoc uerbo uenirent Sollicitatores literarum apostolicarum, quos Iannixaros uocant, eo quod currant, seu currere debeant pro expeditione bullarū per cancellariam: sicut facere solēt Iannixari, qui sunt præcipui & strenui milites immaniſſimi Turcharum Regis: uel potius quod tales officiales creati fuerunt, quando Iannixari missi ab eodem Rege, fideliū loca inuadebant, & pro habēdis pecunijs fuerunt creati isti officiales, quorū duplex est cura. altera, quæ etiam nūc uiget, manum in bullis apponere: altera uerò literas quorumcunq; in cancellaria absq; aliquo præmio (ut credo) expedire. sed ista secunda cura in desuetudinem abiit: forsan quia, ubi non est spes lucri, homines frigescunt, iuxta illud, In steriles campos nolunt iuga ferre iuueni. Mea tamen sententia optimum esset, tales omnino curarent istas expeditiones bullarum: ita enim adimplerent ea, ad quæ tenentur, & accedentes ad sedem apostolicam, præsertim barbari natione, & moribus, mitius & benignius tractarentur: & cessarent pleræq; pecuniarum extorsiones, quæ sunt ab aliquibus talium sollicitatoribus particularibus, qui ultra suam, quam consuetam & debitam uocant mercedem, & ultra ea, quæ diuersimodè

simodè expiscantur, aliquando etiam fallunt inexpertes. unde non im-
meritò & Itali & extranei multotiens conqueruntur & fremunt. Omnes
igitur prædicti & alii, qui currunt per cancellariam, per tribunalia, &
alia loca Urbis, iuxta prædicta cursores dici possunt, & cursores sui, tum
quia cancellaria, & tribunalia, & ipsa Vrbs sunt sua, & in consequentiam
in illis interuenientes, præfataq; tractantes: & præsertim dicti sollicita-
tores apostolici dicuntur sui ueri familiares. quibus t̄ autem cōpetit De-
finitio competere debet & Definitum. Bar. in l. si quis seruo in 2. nota. C.
de fur. Feli. in c. quærelam col. 3. ante nu. 8. de iureiur. cūm autem omnes
prædicti possint dici cursores sui, ergo in regula comprehendantur. Ter-
tio modo appellantur cursores Papæ, & isti habent banchum, seu locum
ad instar tribunalis, & quasi omnes sunt clerici, & in clericali habitu in-
cedunt: & habent suam mansionem in palatio, de quibus in proxima se-
quenti quæst. latius loquar; & de istis intelligenda est regula nostra: &
isti uerè & propriè dicuntur cursores in Vrbe, alii non.

TERTIO quæro, tan officium cursoris sit uile, uel honorabile? & quod
sit uile, facit tex. iun. glo. i. ff. de iudi. ubi appellatur Viator, qui idem est
cum nuncio, baiulo & cursore. Bal. in l. si. nu. 47. in fi. qui eum etiam ap-
paritorem appellat, & dicit esse uilissimum officium. idem dixit Bar. su-
per consti. ad reprimen. quomo. in le. maiesta. crimi. in uer. per nuncium
in prin. In contrariū, quod immo sit officium honorabile, & ista est uerior
opin. facit Rot. in Antiq. 355. si executor, in fi. & etiam clarè apparet ex
curforū privilegijs, & inter alia, ueh homini illi, qui cursorem uerberat,
uel ipsi iniuriam infert. & in hoc nulla ratio uel consideratio habetur,
quis uerberet, uel iniuria inferat, & quo gradu fulgeat: quia sic uisum
fuit summis pontificibus, t̄ apud quos est deprimere, & erigere. & Bald.
in c. 1. in usi. feudo. sub titulo quis dicatur Dux uel Marchio post princi-
dicit, quod in Principe Romano sunt omnes thesauri dignitatum recon-
diti, & latè per Barba. in tract. de præstan. Cardina. nume. 40. qui postea
subdit, quod cocus, qui habet uile officium, immo etiam seruus potest esse
cocus. l. si quid uenditor. §. si uenditor. ff. de ædili. edi. Tum si sit t̄ cocus
principis, dicitur habere dignitatē, & est sing. Roma. 694. Barba. de præ-
stan. Cardia. in. 1. quest. primæ basili. nu. 40. uersi. tamen si est cocus prin-
cipis & c. & ponit. Feli. super rub. de offic. Delega. ante nu. 4. meritò igitur
& cursores principis, qui etiam dicuntur eius familiares, & habent
mansionem in palatio, & alternatis uicibus comedunt in tinello, habent
suas uestes nuptiales, & quædam insignia, officium in palatio etiam exer-
centes, dici possunt habere dignitatem.

QUARTO quæro, t̄ an per obitum cursoris post supplicationē signatam
& præsentatam, & post consensum præstitum per resignationem, si illi
locus

locus sit: uidelicet quod fiat concessio per resignationem, ante tamen
iuramentum præstitum de fideliter exercendo officium, sit locus regu-
læ; adeo quod beneficia eius sint referuata? non loquor ex quo obierit
in curia, quia iste esset de casu indubitabili: sed ponamus, quod ipse
obierit extra curiam, uel si in curia, quod ista referuatio concurrat cum
alia referuatione. Et pro parte negatiua præsupponitur, quod t̄ Cursor,
siue Nuncius tenetur iurare de fideliter exequendo officium suum, &
quod ante iuramentum huiusmodi nō datur sibi fides in suo officio: sed
solum post iuramentum huiusmodi glo. in c. prudentiam. §. in hoc, in uer.
per certum Nuncium in fi. de offi. Delega. & glo. in c. cūm parati in uer.
suus Nuncius, in fi. de appel. Bald. in l. omnibus iudicibus post prin. ibi,
qui nuncii ante omnia debent iurare & c. C. de sportu. insuper pro ista
parte faciūt nota. per Bal. de usi. feudo. sub tit. de feud. guard. §. si uerò,
nu. 3. ubi concludit nō haberi in consideratione, quæ sunt ante inchoa-
tum officium. idem concludit in titulo quis dica. Dux March. §. soldata in
fi. ibi, sed quid si decedat in itinere, antequā ingrederetur officium? respō
deo nihil habere, quia cōmoda officii post administrationem incipiunt
deberi, & non ante. Ex præmissis patet, quod ista uidentur in terminis
decidere casum nostrum. In contrarium, quod immo ante iuramentum
huiusmodi, sit locus regulæ, uideatur facere in simili c. 1. de iura. calum.
lib. 6. in prin. ubi si iuramentum calumniæ, seu de ueritate, non præste-
tur in primo litis exordio, ut debet, poterit postea in qualibet parte li-
tis iurari. facit Rot. 659. dic quod si aliqua in Antiq. sic igitur uideatur di-
cendum de isto iuramento. Tamen potest responderi, quod istud argu-
mentum non bene concludit: & quod sumus in casibus satis diuersis.
immo uerba, quæ sequuntur, dant solutionem ibi, cūm huiusmodi iura-
menta præstari ab initio de substantia ordinis iudiciarii non existat: ac
in casu nostro est de substantia, ergo & c. Prima opi. uideatur satis urgere,
tamen credo, quod contrarium obrineretur. Tamē quia uideatur, quod
t̄ tempus concessionis seu electionis spectandum sit, c. dudum el primo
de electio. cū glo. in uer. electio. tempora, post prin. facit c. cūm bonæ cū
glo. in uer. postmodum de æra. & qualita. sed plus facit, quod ante iura-
mentum præstitū iste dicitur cursor, & decedendo officium uacaret per
eius obitum. & pro hac parte faciunt, quæ dixi supra super regula quar-
ta in 4. quæstio. An beneficia collectoris uel subcollectoris deputati an-
te scientiam, acceptationem & exercitium sint referuata? ubi plura posui,
quæ hic referre nō curo. uideatur etiam Bald. in l. fed & milites. §. quæ-
strum in fi. & §. seu uersi. seq. & omnino per Gemini. consi. 79. super pri-
mo dubio, qui loquitur in cubicularijs Papæ. & per Boe. Deci. 150. præ-
suppono nu. 6. & sequentibus: qui similiter loquitur de cubicularijs.

1 QUINTO Quæro, † An beneficia, quorum Cubicularij seu Cursores habebant solum possessionem, non autem ius, cadant sub hac reservatione? Pro parte negativa facit, quod beneficium illius esse reputatur, qui ius habet in eo. licet alius de facto illud possideat c. si tibi absenti cū glo. in uer. habueris, post princi. de præben. lib. 6. & prout dixi supra in 12. quæst. 3. regulæ nu. 5. isti igitur (ut præsupponitur) ius non habebant, ergo beneficium non censebantur habere: & sic non debet esse locus reservationi. Secundo † Genitiuus denotat dominium, & non solum possessionem. l. 2. in prin. ff. de religio. & sumpt. fune. Bart. & alij super rub. ff. de no. ope. nunci. Alex. super rub. ff. de iurif. om. iudi. nu. 2. Sozi. confi. 74. in præsentî consulatione nu. 9. uol. 1. requiritur igitur quod ad hoc sit locus regulæ quod beneficium sit quoad dominium Cubicularij, uel Cursoris; cū regula dicat, Reseruauit beneficia Cubiculariorum, & Cursorum. Tertio, quia † Papa non intendit præiudicare iuri alterius c. ex parte el 2. in fi. & c. super eo ante fi. de offic. Delega. c. ex multiplici uerf. unde quia non fuit nostræ intentionis de Deci. c. quamuis, de rescrip. lib. 6. & habemus regulam expressam de non tollen. iure quæsi. Papa igitur non intelligitur tollere ius alterius per has reservationes, quod tollere uideretur excludendo illum, qui habet ius in beneficio. In contrarium uidetur, quod immo beneficia possessa, seu de facto tantum tenta ueniant sub reservationibus. Rot. 273. no. quod ubi Papa reseruat, in antiq. quam sequitur Præposi. in c. Clementis 16. distin. & pro, & contra facit Mil. in reperto. in uer. obtinere dicitur & c. & faciunt pro utraq; opin. ea quæ posui supra in 12. quæst. 3. regulæ. Quantum uerò attinet ad dubium propositum pro Regula nostra, tenerem partem affirmatiuam, distinguendo sic. Aut beneficium quod possedit cubicularius seu cursor erat nullius, quo ad tit. seu ius: pone quod nemo illud impetrauit, nemoq; ius in illo prætere poterat, dum à tali possidebatur: & istud sæpe contingit. uacat enim beneficium de iure, uel per adeptionem alterius incōparabilis, uel propter delicta perpetrata inducētia uacationem ipso iure, seu ex alijs causis: tamen quis remanet in possessione, & de illo nemini prouidetur, & sic ius penes nullum reperitur: hoc casu concluderem, pro parte affirmatiua: tum per rationem Rotæ, ubi supra, quia beneficiorum collatio seu reservatio ad Papam pertinent: ergo potuit. tum quia nemini fit iniuria, cū nemo ius prætere poterat possit. Aut ius reperiebatur iam penes tertium, & etiam crederem indudam esse reservationem: cuius effectus, uel non pendere habeat à futuro euentu, & sic tertio non fiat præiudicium: & sic si ius bonum habens doceat de illo, reservatio euanescat. alioquin si de eo legitime non doceat, reservatio operetur omnes suos effectus. Nec inconuenit quod effectus

fectus reservationis pendeat à futura probatione. uideamus enim in sim
4 lit reservationem ad exclusionem seu retardationem restitutionis spo-
liati pendere à futuro euentu probationis Rot. 274. no. quod ubi spoliat
to, in Antiq. Ene. de Falco. in tracta. reserua. in 4. quæst. prin. in xj. effect.
nu. 2. fol. 36. à ter. Tenendo istam distinct. cessant omnia contraria. cessat
enim primum quod beneficium dicatur illius, qui ius habet: quia uerū,
quando apparebit, quod habeat ius. alioquin paria erunt nō esse, & non
apparere. Ex quibus etiam cessat aliud de genitiuo, quod importet do
minium: quia uerum erit, quando apparebit de dominio alterius. alio
5 quint in dubio præsumetur pro possessore. §. commodum autem Insti. de
Interdi. c. ex literis. §. si. de probatio. Deci. confi. 169. & diligenter nu. 5.
6 Insuper potest responderi, quod † Genitiuus plerunq; importat posses
sionem sine dominio. l. 1. §. positus & ibi Bart. no. concludens, quod acci
pirur pro sola possessione secundum quod magis est apus in materia,
in qua ponitur. ff. de pecu. & idem Bart. in. 1. const. C. in. l. parui. ff. nau.
caupo. stabu. facit. l. 1. in prin. iun. §. non solum autem. ff. de arbo. ceden. in
prin. enim rex. loquitur de arbore, quæ in ædes illius impēder, & sic per
genitiuum: postea in dicto. §. non solum, declarat quod non tantum in
terdictum comperit domino ædiū, sed etiam usufructuario. Corn. confi.
101. licet uideatur, uol. 1. nu. 8. & seq. ubi plura allegat ad rem nostram.
& idem Corn. confi. 24. licet in themate nu. xi. ubi quot modis sumatur
genitiuus, uol. 4. Iaf. super rub. ff. de no. ope. nunci. nu. 6. ubi, quod etiam
aliquando importat iniustam possessionem. Ad tertium de iure alterius,
est responsum: uel iterum respondeo, quod in primo membro, ubi præ
suppono ius penes nullum esse, nulla cadit difficultas: si autem alterius
habeat, illud censetur reseruat, si de eo doctum fuerit, ut præmissi.

L ij Regula

Regula Septima

Reseruat beneficia S. Petri, S. Ioannis Lateran. S. Mariæ Maioris de urbe ecclesiarum, ac beneficia Cardinalium à Romana curia absentium.

TEM Reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscunq; canonicatus & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia, in principis Apostolorum, Sancti Ioannis Lateranensis, ac beatæ Mariæ Maioris de Vrbe ecclesiis, necnon ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium, à Romana curia absentium ratione suorum Episcopatum Cardinalatus, & ipsorum Cardinalium titularum spectantia, quoad absentia sua durauerit canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, uel officia, cate rãq; beneficia ecclesiastica cum cura, uel sine cura, uacantia, & in antea uacatura, tam in eadem Vrbe, quàm in ecclesiis, Ciuitatibus, & Diocesisibus, dictorum Episcopatum consuetudine, ac decreuit irritum &c.

PRO DECLARATIONE huius septimæ Regule præmittendum est, quod in Vrbe sunt quinque ecclesiæ patriarchales, uidelicet tres hic nominatæ, quarum prima & tertia habent Archipresbyterum: Lateranensis uerò habet Decanum: aliæ duæ uidelicet S. Pauli, & altera S. Laurentij extra muros, habent Abbatē ordinis S. Benedicti. sunt aliæ ecclesiæ, quæ dicuntur tituli Cardinalium S. Roma. Ecclesiæ: prout in libro practicæ cancellariæ, qui dicitur Prouinciale, in principio: & latius prosequar infra. In prima igitur parte regulæ reseruantur beneficia istarũ, triũ ecclesiarum, uidelicet S. Petri, S. Ioannis, & S. Mariæ Maioris. In secunda quæ est ibi, Nec nõ ad collationem, reseruantur beneficia spectantia ad collationem Cardinalium ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, tam in Vrbe, quàm ecclesiis, Ciuitatibus, & Diocesisibus dictorum Episcopatum, & ipsorum Cardinalium titularũ: cum limitatione tamen, Dummodo sint absentes &c.

PRIMA

PRIMA quæstio, An regula septima fuerit necessaria, quo ad beneficia trium ecclesiarum, & alia in Vrbe existentia.

SECUNDA quæstio, quæ facultas seu potestas comperat Cardinalibus respectu suorum titularum.

TERTIA quæstio, de qua absentia intelligenda sit Regula, & quid operentur illa uerba.

QUARTA quæstio, illa uerba, Et decreuit Irritum &c. ad quæ referantur, & quid operentur.

- 1 **PRIMO** quæro, † An Regula ista fuerit necessaria quo ad beneficia trium ecclesiarum prædictarum, & alia in Vrbe existentia? & uiderur quod non, immo quod sit superflua, cum de iure uideatur summus Pont. habere intentionem fundatam: cum sit † Episcopus Romanus c. si quis Episcopus, post princ. ibi, dignetur Episcopus Romanus &c. 2. quæst. 6. & in superscriptione c. Transmarinos 98. distin. & in superscriptione c. si quis Episcopus 7. quæstio. 1. & † Episcopus in sua diocesi seu plebe, est dominus absolutus, ad instar diuitis regentis familiam suam: mariti, regentis coniugem: & patris regentis prolem suam c. duo ista nomina post princ. ibi, nõ solum Episcopo regenti plebẽ suam &c. 23. quæst. 4. faciunt tradi. per Abb. in c. Venerabilem de electio. nu. 19. ubi etiam refert de illo rustico, qui dedit alapam Regl. dicens quod quilibet est Rex in domo sua: cum Rex uellet sibi præferri in mensa. patet igitur, quod beneficia Urbis spectant & spectant ad dispositionem Episcopi Romani. beneficia Urbis Papa confert, non quia sit supra omnes prælatos mundi, & concurrat cum eis in iurisdictione: sed tanquã Episcopus Urbis Romæ. ipse enim dicitur Romanus, uel Ro. Ecclesiæ Episcopus, Urbis Romæ Archiepiscopus, aliquando Patriarcha, aliquãdo simpliciter Episcopus, quandoq; Vicarius beati Petri, aliquãdo Rector uniuersalis ecclesiæ, aliquando ipse Episcopus uniuersalis ecclesiæ. ista enim sunt nomina dignitatis Papæ, prout per Gemini. consi. 93. Clemens quintus col. si. nu. 22. Vnde si habebat ius cõmune clarum pro se, ad quid regula ista? In contrarium, quod esset necessaria saltim ad dubia remouenda (& hoc est uerius) facit, quod quantum ad beneficia trium ecclesiarum de quibus in principio regulæ, poterat oriri dubium, an Archipresbyter, uel Decanus respectiue qui sunt Cardinales, possent disponere de istis beneficijs istarum trium ecclesiarum, tanquam illarum prælati, seu illis præpositi: in alijs uerò ecclesijs, quæ sunt tituli Cardinalium, quæ sunt expressæ per
- 4 Prouincialem supra allega. in prin. † Cardinales uidebantur habere ius conferendi, & destituendi &c. ratione suorum titularum Innoc. in c. dilectus nu. 4. in uer. de iure communi ibi, illud obtinere in titulis Cardinalium de Capel. Mona. Zabba. in cle. ne Romani uers. irritum nu. 4. in 3. quæstio.

3. quæstio. de electio. & pro præmissis etiam faciunt tradi. per Ene. de Falco. in tracta. referua. fol. 8. nume. 10.
- 1 **SECVNDO** quæro, † quæ facultas seu potestas competat Cardinalibus respectu suorum titularum? respondeo per rex. in c. his quæ, de maio. & obedi. quod manualis, obedientia, reuerentia, & alia, de quibus ibi, præsupponendo, quod ecclesia S. Laurentij in Damaso, de qua in dicto rex. est una ex titulis Cardinalium, prout ibi declarat Hostien. in princ. & apparet in lib. Prouinciale nuncupatum, fol. 1. ubi inter alios titulos Cardinalium iste S. Laurentij in Damaso connumeratur, & ita etiam illum cõnumerat & omnes alios Iaco. Aluaror. in usi. seu. in c. 1. Episco. uel Abba. col. 5. nume. 13. & seq. & Perr. de Monte in Monarchia concili. sub rub. seu titulo de Cardinalibus. Verùm quia dictum c. his quæ, loquitur solum in his, quæ potest titularis in capellis sibi subiectis, nõ autem quid in ipsis titulis, quod apparet. ille enim Cardinalis, seu eius ecclesia, uel titulus litigabat contra capellanos sibi subiectos. Videamus generalius, & ultra perquiramus, & primo ne per terminos ignotos procedamus, uideamus † quomodo capienda sit interpretatio huius uerbi Titulus, & plures significationes habet: ponitur enim pro uexillo, seu carta scripta, seu regio signo. c. 1. & 2. ut nemo priua. titulos prædi. iun. duabus glossell. in dicta. l. 2. in uer. neta, & in uer. titulum c. 1. 16. quæst. 6. & hoc modo sumi potest † titulus sacræ Crucis pro glorioso uexillo, sub quo militantes indubitanter uincunt. & qui non uincunt, sub eo non militant, licet aliud dissimulent. & huic titulo sacratissimæ Crucis conuenit etiam expositio cartæ scriptæ, seu inscriptionis. græcè enim hebraicè, & latinè fuit facta talis inscriptio, quæ indelebilis erit. quis etiã negauerit, & huic optimè applicari regium signum? hoc enim uincit omnia signa regum: immo reges per illud dominantur: hoc superant Tau Hebreorum, hoc deniq; cælos nobis aperuit, infernas potestates deprimendo & conculcando. † Titulus etiam ponitur pro principio, seu causa acquirendi, dominij c. dilectio. §. potest etiam 16. quæst. 3. l. 1. in prin. ff. pro dote. glo. 1. in. l. non est ambiguum. C. fami. erciscun. & habemus. ff. pro empro. per hære. per lega. pro dona. & alijs. † Sumitur etiã pro pignore, seu hypotheca. l. pignoris. C. de pign. actio. Bal. in. l. si tibi. C. de pigno. Anto. Negusan. in tracta. de pigno. & hypothe. in 3. mèn. 2. par. nu. 61. & plures significationes ponit glo. 1. in allega. l. non est ambiguum. C. fami. erciscun. & nouem significationes ponit Cyn. in. l. cogi in prima quæst. C. de peri. hæredi. Accipitur etiã pro litera apostolica prouisionis alicuius, quæ dicitur titulus beneficij effectiuus, seu cõseruarius. Mil. in reper. in uer. titulus beneficij. uideatur tamen Syl. de beneficio par. 3. quæst. 22. num. 4. Omisissis autem alijs significationibus, de quibus in glo. magistra in. c. du.

- 6 dùm el 2. in uer. intularam. ad propositum nostrum applicando † titulus dicitur ipsa ecclesia, prout exëplificat dicta glo. uer. si item dicitur titulus ipsa ecclesia: & hoc modo accipit Prouinci. & Aluaror. ubi supra. & tituli Cardinaliũ reputantur pro secunda sede. pulchrè per Io. Fran. Paul. in tracta. de offi. & pote. capi. sede uacan. pulu. 6. num. 9. In uer. secunda sedes titularũ Cardinalium & c. Dupliciter igitur considerari potest Cardinalium titularium potestas, uno modo respectu suorum titularum: altero respectu ecclesiarum suis titulis subiectarũ. & concludendum est, quod licet Cardinales causas audire non possint, nisi eis à Papa specialiter committantur: secus est respectu suorum titularũ, seu Episcopatum. tunc enim iure proprio possunt. hæc omnia firmat Specu. in titulo de libello. cõcep. §. iam nunc uidẽdum occurrit nu. 7. uer. si. Cardinales autem. sequitur Iaco. Aluaror. In dicto c. 1. Episco. uel Abba. col. 6. in prin. Istam conclusionem indistinctè accipiam, quod Cardinalis titularis sit Iudex comperens in cõcernentibus suam ecclesiam titularem: rursus & etiam in concernentibus ecclesias suo titulo subiectas. ista tamen non procedunt sine scrupulo, nec hucusq; per decem & octo annos, quibus tribunalia Urbis expertus sum, aliquãdo uidi titulares Cardinales indistinctè iurisdictionẽ exercere in homines, bona, & res suorum titularum, ac ecclesiarum, & personarum titulis suis subiectarum, præter Archipresbyterum S. Mariæ Maioris, & quosdam similes, ac Cardinalem titularem S. Laurẽtij in Damaso: quem credo magis causarum cognitionem habere, ex quo est Vicecancellarius, qui cõnumeratur inter iudices ordinarios Romanæ Curia. Hostien. in sum. de offi. ordi. post princ. in. §. quis possit esse ordinarius & c. quã ex quo sit titularis. Ita quod non uideatur generalis & indistincta ista contentiosa iurisdictione in omnibus titularibus: immo illi ex Cardinalibus titularibus, qui causas audiunt & decidunt, potius innituntur cõcessionibus & priuilegijs à sede apostolica concessis. Quicquid tamen sit, ego non credo, quod indistinctè eo ipso, quod sunt titulares, habeant causarum cognitionem, ut præmissum est. immo contrarium obseruatur, uel saltem talis iurisdictione non est usu recepta, uel tẽpore succedere euanuit: prout etiam uideamus
- 8 in † Auditore contradictarũ, qui de iure est, seu reputatur iudex ordinarius in Rom. Curia, prout sunt Camerarius, Vicecancellarius, & Auditor camera. Hostien. in sum. de offi. ordina. post prin. §. quis possit esse ordinarius. glo. 1. in cle. Auditor, post medium, uer. si item scias, quod de Auditore contradictarum, & camera & c. sequitur ibi Cardi. num. 5. dicens Auditorem camera, & Auditorem contradictarum habere iurisdictionem ordinariam. idem concludit ibidem Boni. de Vita. nu. 25. & tamen
- 9 ipse † Auditor contradictarum hodie causas nõ audit, nec est iudex ordinarius:

dinarius : immo cum esset maior olim, & excellētiō omnibus alijs Auditoribus, nunc habet locum separatū ab alijs Auditoribus, ac minus honorificū, minusq; honestū, ut dicit Boni. de Vita. in cle. ne Romani. §. sanē, nu. 8. & seq. & D. Sarnen. quæst. 1. proæ. regularum nu. 10. addens nō esse mirandū officialium honores, & dignitates tempore diminui. Nunc autem uideamus, quod quanto diminuta est facultas & auctoritas huius officij Auditoris contradictarum, tantō creuit illa Auditoris cameræ, & in dies dilatat fimbrias suas, & extendit brachia. quo fit ut non solum dignitas Auditoris cameræ præeminens reputetur: immo & illius Locumtenentis, ut quasi locus iste Locumtenentis Auditoris cameræ iure ipso uideatur scala ad præclarum Rotæ Auditoratum. & tempore meo tales in hoc officio uidi, & uideo, ut nemini secundos iudicauerim, & iudicem : & de quo si quis dubitet, exitū respiciat, iuxta illud, Exitus acta probat. Et inter alios uidebit duos successiuos Locumtenentes, qui diu sudarunt, & alserunt, per gradus debitos ad summam Cardinalatus dignitatem peruenisse. hos igitur ardens euexit ad æthera uirtus. Redeundo dico Cardinales titulares nō esse in ista quasi possessione causas audiendi: immo sunt, qui disputent an Vicarius Papæ, an Papa ipse cognoscere habeat de causis subditorum titulis Cardinalium, ut per Cardi. cle. ne Romani uers. irritum in 7. quæst. nu. 8. de electio. & sic isti præsupponunt titulares non habere hanc cognitionem. Quantū uerō attinet ad Cardinalium titulos, seu ecclesias titulares, ac ecclesias, & capellas titulis subiectas, omnes concludunt eos habere iurisdictionem Episcopalem, per c. is qui, de maio. & obe. & ibi Abb. in 2. nora. dicit esse menti tenendum, quod Cardinales in titulo suo, & in ecclesijs subiectis titulo, habent iurisdictionem Episcopalem, unde habent correctionem & potestatem fulminandi censuras ecclesiasticas &c. quæ sunt iurisdictionis Episcopalis. & hanc opin. dicit esse communem. Idem tenet Cardi. in cle. ne Romani, quæst. 3. nu. 4. de electio. Idem concludit Ioan. Fran. Paui. in tracta. de offi. & pote. capi. se. uacan. in 6. prælu. nume. 9. in uer. secunda sedes titulorum. optimè per Bartho. Belenci. de chari. subfi. quæst. 3. Io. de Firmo. in tracta. Episcopo. in prælu. nu. 13. uers. nec etiam est prætereundum hic, quod Cardinales in titulo suo habent iurisdictionem Episcopalem &c. latè per Feli. in præalleg. c. his quæ, de maio. & obe. & per D. Sarnen. quæst. 31. de trienna. num. 14. & seq. ubi plura pro hac & præceden. quæst. Ad unū ramen aduertēdum est, quod cum aliqui ex titulis Cardinalium sint monasteria, prout sunt tituli S. Crucis in Hierusalem, S. Eusebii, S. Petri Ad uincula, & alii similes: satis dubitabile uideretur decidere, quam potestatem in his titulis, ac monasterijs, & monacis Cardinales habeant. & ego dicebam titulare S. Eusebii ordinis

nis Cœlestinorum, quorum ego sum aduocatus, non habere iurisdictionem super monacos S. Eusebii, & religionis huiusmodi. alioquin essent plura capita, uidelicet pater Abbas generalis, & Cardinalis titularis, quorum uterq; in solidū & principaliter haberet iurisdictionem, quod non est dicendum, sed posset esse, quod iste ecclesiæ nunc regulares, alias in constitutione titulorum fuissent seculares: quod tamen nō affirmo, ne ultra inūsto, ne longior sim, quàm deceat.

TERTIO QUÆRO iuxta secundam partem ibi, Quandiu absentia sua durauerit, t̄ de qua absentia intelligendum fit, & quid operentur illa uerba? Et glossator hic in prin. in sum. ibi, quando Cardinales fuerint absentes à suis Episcopatibus, uel à suis titulis, uideretur inferre, quod ad hoc, ut regulæ locus sit, requiritur uerificatio unius ex istis alternatiuis: ergo siue Cardinalis sit præsens in suo titulo, siue in suo Episcopatu, non erit locus regulæ. Et pro hac opi. uideretur facere, arguendo ab æquiperatis, tum à iure communi, tum ab hac regula. Nam quantum ad ius commune, quis respectu Cardinalatus teneretur residere in curia, & apud summum Pont. c. bonæ, el primo de postu. prælato. ibi Cardinalis præsentia utilior &c. c. 2. de cleri. non residen. ubi fuit depositus Cardinalis nō residēs in suo titulo. eodē modo, quis respectu Episcopatus debet residere in sua ecclesia tanquam maritus cum coniuge c. inter corporalīa, de transla. præla. Abb. in dicto c. bonæ, in 3. nora. ibi Episcopatus autem requirit residentiam continuam &c. æquiperatio autem à regula nostra uideretur fieri cir. fi. ibi, tam in eadem Vrbe, quàm in ecclesijs, ciuitatibus. æquiparat enim siue beneficia prædicta uacent in Vrbe, siue in Episcopatibus Cardinalium &c. Accedit, quod cum Episcopatus Cardinalium sint uicini Vrbi, prout in princ. practicæ cancellariæ, residentia facta in illis, debet reputari facta in Vrbe propter uiciniam, ad text. in simil. in c. præsentia de præben. lib. 6. ubi beneficia morientium in locis uicinis curiæ per duas dietas, dicuntur uacare in curia. In contrarium, quod regula in illis uerbis, Quandiu absentia &c. non possit intelligi, nisi de absentia à Ro. Cu. facit, quod uerba sequentia declarantur à præcedentibus: & una pars constitutionis declarat alteram. l. qui filiabus. ff. de lega. 1. Abb. consi. 36. lib. 1. ante nu. 4. Curt. Sen. consi. 52. col. 5. & seq. sed quia præmissit de Cardinalibus à Ro. Cu. absentibus, dum postea sequitur, Quandiu absentia sua durauerit, debet intelligi de absentia à Ro. Cu. de qua præmissit. tanto magis, quia clausula præcedens est maioris efficacis ad determinationem sequētis, quàm sequens ad determinationem præcedentis per theo. Bar. in. l. quisquis num. 1. ff. de lega. 3. communiter approbatam. Cur. Iun. consi. 14. nu. 1. consi. 22. nu. 23. & 58. nu. 8. Deci. consi. 51. col. 3. consi. 92. col. 2. & 3. consi. 399. col. 3. & consi. 500. nu. 8. Ruy. consi. 23. lib. 4.

- nume. 4. Et qui uoluerit tenere hanc opinionē, ad deducta in prima opione poterit respōdere: primo quoad equiperata seu similia, quod targarumētum nō procedit, nisi in casibus æquiperatis, & omnino similibus, & per uiam regulæ. l. prima. §. quod si nemo, cū glo. in uer. Procōs. uerfi. sed cum pupillus. ff. quod cuius. uniuers. Rui. consi. 114. nu. 9. & 123. num. 2.
- 7 lib. 5. immo, quod non adsit paritas, uel similitudo probatur. nam Cardinalis non potest se absentare à summo Pontifice absq; expressa licentia. Hostiē. in c. ecclesia el. 2. de elect. col. 2. ibi, tum quia magis habet alas ligatas, quàm Episcopus, cū nec sine licentia consueuit exire curiam
- 8 & c. immo Cardinalis potest habere Episcopatum quemcunq; , & non in Episcopatu, sed in curia residere teneretur. Abb. in dicto c. bonæ el primo de postu. prælat. in 3. not. nu. 6. Ad illud, quod Episcopatus Cardinalatus sunt uicini, potest responderi quod c. præsentis, non loquitur in casu nostro, nec cū illo aliquam similitudinem habet: tum quia illa est præsentia ficta, & interpretatiua, † ad quam dispositio non extenditur. l. 3. §. hæc uerba, cū glo. in uer. hæreditatem. ff. de neg. gest. l. hæres, & ibi Bar. ff. de acqui. pos. & quod absens nō habeatur pro præsentis, nisi in casibus à iure expressis. firmat. Mil. in suo reper. fol. 1. col. 2. in uer. absens nō habetur pro præsentis & c. & pro præmissis faciunt etiā tradita per D. Sarnen. in decima septima q. de impe. benefi. uacan. per obi. familia. Cardī. Insuper casus dicti c. præsentis, nō semper uerificari posset in casu huius regulæ. Ponamus enim quod curia sit Auinioni, Episcopatus cardinalatus distabit per multas dietas à curia Romana.
- 1 **QVARTO** quæro in si. ibi, Et decreuit irritum & c. † Ista uerba, ad quæ referantur, & quid importent? Ad primum breuiter dico, non solum ad omnia contenta in eadem regula, immo ad omnes regulas præcedētes,
- 2 prout dixi in præmio regularum. Ad secundum dico, quod istud † decretum irritans à principe appositum est maxime importantiæ. Subdam igitur aliqua notabilia pro iunioribus, & primo quod siue constitutio, uel dispositio Papalis utatur uerbo Irritū & c. uel uerbo Nullatenus ualeat, idem uideatur esse: quia etiā ex isto uerbo Nullatenus, resultat nullitas actus in contrariū faciendum glo. in de. 1. de seque. pos. in uer. nullatenus & super ea Imol. nu. 20. post Zenzelli. Gemini. in c. Romana in. §. sententias nu. 4. de appella. lib. 6. Feli. in c. cum accessissent nu. 8. & in c. ex parte nu. 7. in 5. casu de constitutio. & in c. Rodulfus nu. 27. de rescrip.
- 3 Secundo, quod † decretum irritans destruit quicquid in contrarium reperit, & ligat etiam ignorantem c. si eo tempore, ubi etiam glo. in uer. igno ranter, de electio. c. quodam de præben. lib. 6. Rui. consi. 70. lib. 5. num. 8. ibi, ex qua clausula decreti & c. Cassa. in titulo. de decre. & reserua. deci. 3. Ene. de Falco. in tract. reserua. in primo effectu fol. 19. ubi plura cumu-
- lat Phi

- lat Phi. Fran. super data. Vi. ante nu. 12. uer. secundo aduerte. Paris. consi. 40. nu. 5. lib. 4. ubi secus uideretur concludere in decreto per Cardinalem appposito. Aduertendum tamen est, quod ad limitationem præmissorum & eorum quæ per scribētes dicuntur super hoc decreto irritanti, primo
- 4 † limitantur prædicta nō procedere in decreto irritanti conditionali, seu conditionaliter appposito. est tex. in de. uni. de præben. uerfi. quia decretum huiusmodi & c. Rot. 95. incipit paragraphus secus & c. num. 2. & 383. si Papa nu. 3. latè Roma. consi. 330. circa primum propositæ & c. num. 13. & seq. ubi corrigit & confundit dicta multorū. faciunt nota. per Cassado.
- 5 Deci. 3. de præben. nu. 15. Secundo † prædicta restringuntur secundū aliquos dummodo decretum huiusmodi sit notoriū ex ratione quod ignorari nō debeat, nec præsumatur argumēto. l. penul. C. de iu. & fac. igno. & l. leges sacratissimæ. C. de legi. ponit D. Sarnen. in 49. quæst. de trien. nu. 5. & ita concluderunt Domini de Rota in una Rauennaten. sanctorū
- 6 Iacobi & Philippi coram R. D. Capizucca 27. Iunij. 1550. Vltimo † limitantur prædicta habere locum in euentū, quod illi, in quorum fauorem appositum est decretum irritans uoluerint uti. l. & eleganter. §. primo cum glo. in uer. nullam. ff. de dol. c. 1. §. subiectum cum glo. in uer. referri de concess. præben. lib. 6. Rot. in Antiq. 421. Nota primus col. 2. uerfi. item omne decretum habet tacitam conditionem, scilicet si is in cuius fauorem appositum est, uti uoluerit. Deci. in l. pacta, quæ contra nume. 11. C. de pact. & nouissimè D. Sarnen. in 4. quæstio. de Anna. nume. 3. & in 49. de Triennia. nume. 11.

Regula Octaua.

De Concessionibus expediendis in forma Rationi congruit.

ITEM Voluit idem Dominus noster Papa, quod concessa per Paulum prædecessorem suum, & de eius mandato, expediantur in forma Rationi congruit, sub die Coronationis suæ, ut moris est, & idem quoad concessa pro fe. re. Clementem Papam VII. etiam prædecessorem suum, ad sex menses duntaxat ab ipsa die Coronationis incipiendos, obseruari uoluit.

REGULA Ista diuiritur in duas partes: in prima datur licentia expediendi gratias ab immediato Pontifice concessas. In secunda, quæ est ibi, Et idem, extēdit istam licentiam ad concessionem alterius Pontificis, cum limitatione, prout ibi. Et regula ista differt ab antiquis, & ab illa Pauli tertij. In illis enim regulis Sixti & Innocentij, quæ sunt positæ post omnes Deci. Ror. secundū paruam impressionem, datur tantummodo licentia expediendi gratias immediati Pontificis defuncti: in illa Pauli tertij ultra istam sit extensio ad unum alium Pontificem. ista tenet mediam uiam inter antiquas & nouissimas. Et communiter ista regula solet nuncupari, Regula Rationi congruit, quia sic incipiunt expeditiones, quæ desuper fiūt: de cuius forma loquitur hic Glossator & in Cu. Ro. est notissima apud omnes.

PRIMA quæstio, Ad quem effectum emanauit regula ista.

SECUNDA quæstio, De qua ratione loquatur regula, & an sit iuri conformis.

TERTIA quæstio, An regula procedat in bullis plumbatis, sed non plenè expeditis tempore alicuius Pontificis hic non comprehenssi.

QUARTA quæstio, An sex mēses, de quibus in regula, referantur etiam ad concessa per Paulum, & sic ad omnia præcedentia.

QUINTA quæstio, An regula procedat in Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & Patriarchatibus.

SEXTA quæstio, An impedito infra tēpus in regula expressum, ipso iure, uel per uiam restitutionis in integrum, seu alias succurratur.

PRIMO quæro, ad quem effectū emanauerit regula ista, & quid operetur

retur? Et ex uerbis glo. hic in prin. uidetur inferri pro ratione dubitandi, quod hæc regula non esset necessaria, quasi per gratiam à Papa defuncto factam, esset iam ius quæsitū: ramen pro ratione decidēdi, quod illa gratia, cū per literas non constaret, & sic non posset probari, & propterea emanauerit regula. & quo ad primū eius dictū, in quantum allegat Bald. in l. humanum. C. de leg. qui circa fin. facit, aduertendū est, quod loquitur in alio casu satis diuerso, uidelicet quando Papa fecit gratiam uiuæ uocis oraculo: casus autem noster est, quando signauit supplicationem. & in primo casu non interuenit scriptura: in casu autē nostro sic. nec in casu Bal. crederem esse locum huic regulæ: quia si Papa fecisset gratiam uerbo tantū, & postea decessisset, cancellaria postea nō expediret Bullam sub hac forma Rationi cōgruit, sed solum super supplicatione iam signata. tamē saluari potest, quod istud dixerit pro ratione dubitandi, quæ non est necessariū, quod concludat, sed sufficit, quod

- 2 habeat colorem. Insuper † Arguendo, à si de quo minus, ad. l. primam. §. si consulto uer. quoniam. ff. de his quæ in test. de len. & in. l. nō debet ff. de regulis iur. Bald. & ultra ipsum in terminis nostris disputat hanc conclusionem Archid. super proœ. 6. col. 2. & 3. miror, quod Glossator illū non alleget: quia nemo magis ad propositum casus nostri loquitur, licet eius distinctio in uer. in hac altercatione credo & c. nō teneatur. & Dec. in consi. infradicendo responderet ad illam clausulam, Ex certa scientia, ultra quod illa distinctio ex hac regula tollitur. facit Deci. consi. 407. uis & diligēter, ante nu. 17. & late Paris. consi. 5. nu. 60. & consi. 12. nu. 23.
- 3 uol. 4. cōcludunt in gratia solo uerbo facta: ergo & de quo magis: multo magis igitur idem dicendum erit in gratia nō solum facta uerbo, sed etiam supplicatione signata. Merito igitur cū posset oriri dubium, an gratia facta per Pontificem defunctū, etiam supplicatione signata sufficeret, emanauit hæc regula: & ratio urgēs fuit, quia supplicatio sola uidebatur informis & indubitaram probationem non inducens, prout latissimè prosequitur, & concludit D. Sarnen. in prima quæst. regulæ De non iudican. iuxta formam supplication. qui multa cumulat, quæ transplantare uanum, & inhumanum esset.

- SECUNDO quæro iuxta primam partem ibi, In forma Rationi congruit
- 1 de qua ratione intelligat, & an istud sit iuri cōforme? & dico, quod omni
- 2 ni rationi congruit siue naturali, tã qua optimè arguitur, non solum ad mouendum, ad concedendum: immo etiam ad decisionem causarum:
- 3 cū ratio naturalis habeatur pro lege tex. est in. l. cum ratio naturalis, in prin. ff. de bon. damnat. infer. in prælud. feudo in 6. quæst. nu. 48. uers. nam rationabile dictum & c. Clemen. cum rationi, & ibi Zabarel. in prin. de electio. Deci. post Abb. in c. secundo requirit in 3. not. de Appel.

Conuenit

- Conuenit etiã rationi humanitatis, ac rationi ciuili, & legali: nam æquitas est perficere gratiam, quæ casu fuit impedita perfici. Prouincial. fol. 33. in uer. æquitas est perficere. Nec Noui mirentur, quod allegem Prouinciale, quia liber iste est approbatus à sede apostolica. Zabb. in clem. ne Romani in §. irritum, nume. 4. in 3. quæst. de elect. & D. Sarnen. in secunda quæst. proæm. regularum nu. 26. uers. est tamen. & quæst. ultima in regula De ueris simili not. obit. in fine. Immo non solum princeps solet perficere, & effectuare gratiam prædecessoris: sed etiã inferior exequitur incepra, seu concessa à prædecessore. Rot. in antiq. 295. no. quod ubi committitur. Bisigne. in antiq. 10. de rescr. Belleme. 329. in causa &c. Et quod habeat conformitatem cum iure communi, uideatur tex. in c. literis de rescr. ubi † Papa successor dat literas faciendo mentionem de concessione facta à prædecessore, nihil de nouo concedendo, uel disponendo: sed solum attestando, uel fidem faciendo, & gratiam à prædecessore factã executioni demandando, facit Deci. consi. 251. in causa magnificæ col. 2. ante medium. & consi. 492. testator uxori nume. 3. Syl. de beneficio par. 3. quæst. 22. nume. 3.
- TERTIO** quæro, †pone quod bullæ alicuius Põtificis hic nõ cõprehẽsi, ueluti bullæ Adriani, essent ante eius obitũ plũbaræ, sed nõ in totũ expeditæ, an sint exclusæ ab ista regula, uidelicet quod non possint ulteriori executioni, seu expeditioni demandari, & sic per supra deducta non releuent: cùm †paria sint aliquid in tempore non facere, uel minus sufficienter facere. l. quotiens. ff. qui satis. cogan. ubi, quod paria sunt non satisfacere, uel non sufficienter. l. ubi, ibi, & qui in totum non edidit. ff. de eden. l. 1. ff. si quis in ius uoca. non ier. c. si quis iusto, uers. si autem nullus, cum glo. in uer. admitti, in prin. de electio. lib. 6. Lap. alleg. 22. An sufficiat, in princ. Idem igitur dicendum est, quando quis non expedit in infra tempus, uel minus sufficienter, & non plenè, & perfectè. Cõtrarium obseruatur, quod immo possint in casu proposito ad plenum expediti, uel quod æquiparentur expeditis. Istam æquiparationẽ facit etiam Archidia. supra alle. in proæ. 6. col. 2. ibi, sed antequam fierent, seu bullarentur, mortuus est Papa &c. Hanc æquiparationẽ uideatur et facere tex. in c. licet ad regimẽ. §. eos, de crimi. falsi. præsertim ibi, literas nõ de nostri, uel bullatoris manu recipiunt. faciunt tradi, per D. Sarnen. in 1. quæst. regulæ De non iudi. iux. for. sup. nu. 5. & in Compen. ut. signa. nume. 54. Et contraria ad effectum istius regulæ non obstabunt: cùm paria sint bullas in totum expeditas esse, uel esse plumbaras, uel esse in plumbo.
- QUARTO** quæro iuxta secundam partem regulæ ibi, Ad sex menses durat, †An ista clausula restrictiua referatur ad omnia præcedẽtia, uidelicet quod sicut cõcessa per Cle. vii. nõ possunt expediti post sex menses.

- à die regulæ: eodem modo debeat intelligi de cõcessis per Paulum tertium, quod similiter post sex menses expediti nõ possint? Et uideatur dicendum, quod †ad omnia præcedẽtia referri debeat, per tex. in l. ralis scriptura. ff. de lega. 1. Deci. consi. 673. num. 2. & per ea, quæ dixi supra in proæ. regularum. Insuper illa uerba, Et idem quoad concessa obseruari uoluit &c. denotant idempnitatem, seu exæquationem dispositionis: ergo † est eadem dispositio eadem qualitates in omnibus cõcurrere debent. l. si idem, à contrario sensu, & ibi nota. C. de codicil. Bal. in l. ex legato, in prin. C. de lega. ibi, ea quæ conueniunt in unitate &c. & postea ibi, ergo non debet inter ipsos diuersitas assignari. Vel si procedat per uiam adæquationis, quia Papa expeditionem faciendã adæquauit super concessis per utrunq; Pontificem, tergo omnes qualitates, quæ sunt in una dispositione, concurrere debent in altera. l. 1. & ibi Bart. & alij. ff. de lega. 1. Rui. consi. 43. circa primum nu. 1. uol. 5. Paris. consi. 17. nu. 3. & 4. uol. 4. quod etiam extenditur nõ solum ad modũ & res, sed etiam ad tempus. Iaf. in dicta. l. 1. ff. de lega. 1. nu. 16. Rui. consi. 61. nu. 35. lib. 5. Cõtrariam opin. teneo, quod immo clausula illa restrictiua nõ referatur, nisi ad immediatam, uidelicet ad concessa per Clem. vii. Et ratio principalior, quæ me mouet, est, quod non sit eadem ratio in uno casu, quæ in altero, quæ ratio diuersitatis facit, quod etiã quod alias (iuxta alleg. l. ralis scriptura) clausula ad omnia præcedẽtia referri deberet, propter diuersitatem rationis cesset posse ad omnia referri. Bar. in dicta. l. ralis scriptura. §. hæc autem. nu. 3. uers. sed si esset aliqua ratio, quare ad quædam referri non posset, & in l. & si pepercerit. §. filius nu. 7. ibi, quod intellige, nisi sit aliqua ratio &c. & ibidem. Iaf. num. 2. ff. de libe. & postu. Feli. in c. causam quæ nu. 4. in uer. clausula, de rescr. Cur. Iun. consi. 16. nu. 2. 8. & 12. & dixi supra in 3. quæst. proæ. Et quod sit diuersa ratio casus sequẽtis à primo; probo ex pluribus. Primo, quia omnes regulæ antiquæ, ut uidere est in illis Sixti, & Innocentij, habebant clausulam clarã de expeditione concessorum per immediatam Pontificem defunctum absq; ulla limitatione, seu restrictione: & ita semper cõsueuit, quod toto Pontificatu sequẽti fierent expeditiones concessorum in altero pontificatu. igitur faciendã est interpretatio à solitis, & iuxta ea, quæ sunt moris, & consuetudinis. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. ed. Inno. in c. olim, de uer. signi. nu. 2. ibi, & est ea ratio &c. Abb. in c. certificari num. 2. de sepultu. Sozi. consi. 53. uiso instrumento nu. 8. uol. 4. Deci. consi. 441. præfens consultatio, nu. 12. & seq. Et quod † Papa nõ cõseatur disponere, seu rescribere ultra quam sit consuetum, firmant Bal. in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de lega. 3. Feli. in c. cùm M. Ferrarenis, nu. 6. de constitu. & quod interpretatio fieri debeat secundum cursum temporis aliorum Pontificum,

concludit

concludit Oldra. consi. 266. sub titulo de concess. præben. nume. 6. uerfi. præterea reuocatio &c. Et prædicta tanto magis suadentur ex illis uerbis in prima parte regulæ positis, uidelicet Vt moris est, quasi in ea parte nihil uelit innouare. Accedit, quod aliter interpretando sequeretur

8 absurdum, at Argumentum ab absurdo optimum est in iure. l. nam absurdum. ff. de bon. liberto, Alex. consi. 83. uisa, lib. 2. nu. 5. Deci. consi. 19. & pro tenui col. 3. in fi. 433. nu. 18. & 521. ante nu. 12. Paris. consi. 45. nu. 25. uol. 4. Absurdum autem est euidentis, nam cum sanctissimus D. N. in hac regula uoluerit superare antiquos munificētia & liberalitate, cum illi tantum cōcesserint licentiam expediēdi toto tempore sui Pontificatus cōcessa per immediatū Pontificem prædecessorem: & iste addiderit etiam quoad alium summum Pontificem: nō solum non resuleret liberalitas, immo magna restrictio. ponamus enim quod iste optimus Princeps excedat annos Pōtificatus sui prædecessoris Pauli tertij, immo uideat annos Petri, nonne esset maximum damnum omnium, & quid alienum à natura & consuetudine, immo à professione illius summi Pontificis, qui liberalitatem, immunitatem, & amplitudinem, ab incunabulis præcæteris uirtutibus professus est: & cui uerba illa Salustiana erga Cæsarem prolata, in oratione de repub. ordinanda, optima ratione conueniunt: quæ sunt, Quod prius defessi sunt homines laudando atq; admirando magnificētiam suam, quàm ipse faciendo? Immo ualet † argumentum coniecturæ à cōsuetis. l. non solū. §. à Barbaris. ff. de re milita. Paris. consi. 151. lib. 4. nu. 1. Et in Pontifice loquitur idem Paris. consi. 5. nu. 182. uol. 4. super humanitate & benignitate Leonis decimi. Ista igitur opl. uera est & tenēda. Nō ob. illud, quod præmissi de idempnitate, seu adæquatione, quia idempnititas, seu adæquatio debet cōsiderari in alijs, nō in tempore, stante diuersitate rationis de uno casu ad alium, & stantibus absurdo, & alijs prædictis. Immo plerunque accidit, quod aliqua sint eadem, uel

10 coæquata quoad quid, in alijs uerò secus: prout dicimus eadem quoad genus, diuersa quoad speciem. l. si. cum glo. si. ff. de magistra. conue. & etiam potest dici, quod detur idempnititas quoad aliquem effectum, non tamen sit idempnititas in substantia, ad Bald. in l. ex legato, post prin. ibi, sed dicit, quod est idem effectus, quantum ad exactionem &c. C. de lega. Et ex eodem facto possunt oriri diuersæ species. Alex. in l. 2. in. 2. nota. ff. si cer. peta. præmissa etiam faciunt ad illud de adæquatione, quod

11 Adæquatio sit quoad quædam, etiam in fortioribus terminis. l. 1. ff. de lega. 1. tex. utitur uerbo per omnia adæquata: & tamen glo. 1. ostēdit, quod in multis differunt legata à fideicommissis, & ibi Bart. num. 5. & sequēti limitat habere locum regulam in adæquatis tantum, non in alijs, & hoc patet ad sensum: nec in casu nostro sit adæquatio in tempore, nec adest

clausula

clausula Per omnia, prout in dicta. l. 1. immo ostendi, quod clausula respiciens sex menses non potest referri ad præcedentia per supra deducta, & etiam quia habet suū uerbum, & suam cōstructionem de per se. Immo rectè considerando adæquatio non fit de prima parte secundæ parti regulæ, sed è contrario: quia secunda pars adæquatur primæ: tergo per istam adæquationem nihil accrescit, uel decrescit primæ parti regulæ, prout declarat Bar. in dicta. l. 1. nu. 2. & 3. ubi dat exemplum de adæquatione facta nobilium popularibus. facit dictum consi. Ruy. 43. circa primum uol. 4. nu. 1. ibi, & illi rei, cui fit adæquatio, nihil adijcitur: sed rei adæquaturæ &c. & Deci. consi. 46. uiso puncto col. ult. ibi, id quod alsimilatur &c. Ista igitur secunda pars regulæ traxit ad se omnia, quæ erant in prima parte, cui fuit adæquata, excepto, quod Papa uoluit, quod in hoc solo deficeret adæquatio, uidelicet in tempore; & propterea apposita fuit illa clausula, Ad sex mēses duntaxat. & ultra, quod sic seruatur,

13 & † stilus curiæ est notorius, qui pro lege habetur: c. quàm graui de crim. falsi. Hippo. de Marsi. sing. 118. Cur. Iun. 95. 178. nu. 13. ex prorogatione huius regulæ quoad cōcessa per Clem. vii. ad sex alios mēses, infra posita, tollitur: penitus omnis difficultas. nā ibi solum datur: prorogatio quoad concessa per Clementem. fortius enim uel saltim eodem modo dedisset, quoad concessa per Paulum tertium Pontificem immediatum: sed

14 quia quoad per eum concessa nō erat necessaria talis prorogatio, † poterit ex illa posteriori fieri declaratio huius regulæ. l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. l. qui filibus. ff. de lega. 1. Abb. consi. 36. ante num. 4. lib. 1. Pau. Castren. in l. hæredes palam. §. si quid, ultimo nota. ff. de testa.

1 QVINTO quæro, tan regula ista procedat in Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & Patriarchalibus? Pro parte negatiua facit, quod † Episcopales, & aliæ Cathedralis ecclesiæ nō ueniunt sub cōstitutione, seu dispositione generali, est text. in c. dilectus de concess. præben. ubi, quod canon Lateranensis concilij cōtra negligentes, nō extenditur ad Archiepiscopatum, uel Episcopatum, & Abb. ibi dicit illum text. esse ad hoc semper menti tenendum. facit etiam tex. in c. quamuis. §. quanquā, de præben. lib. 6. & rationem subdit, hoc esse propter cathedralis honorem, quæ cathedralis, ut ibi subditur, sub generalitate includi nō debet. Idem etiam probatur per tex. in c. quia periculosum, de sentē. excom. eo. lib. ubi Episcopi, & superiores præseruantur à cōstitutione, sententia, uel mandato interdicti, uel suspensionis. Secundo facit autoritas Roma. qui idem tenuit in casu simili consi. 340. circa primum articulum uerfi. circa secundum, in quo queritur, nu. 4. ubi concludit, quod cōstitutio uolens quilibet literas gratiarum de beneficijs concessas infra sex menses expediri, & alias prouisionem irritans, nō comprehendit gratiam de Episco-

patu factam, quod probat distinguendo. Nam aut illa constitutio facta est in fauorem ecclesiarum, quibus prouidetur, scilicet ut prouisi expeditius celeriusq; ad loca beneficiorū uadant, illisq; deseruiant: & tunc sub generalitate non uenire Episcopatus. & istum dicit esse casum in præalleg. c. dilectus, de concess. præben. Aut facta fuit in fauorem Papæ ad effectū, ut celerius literę expediantur, celeriusq; ad eius camerā pecuniā deueniant, & idem sit dicendum, per ea quæ ibi allegat. Tertio probari uidetur hæc opin. negatiua ex propositione illa quod† Dispositio, seu prouisio generalis ad specialiter prouisa non referatur. l. Sticus nutricis in prin. ff. de alimen. lega. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de uulga. l. Decurionibus cum glo. i. C. de silentia. lib. 12. Bal. in. l. non plures in fi. C. de sacro. eccle. Iacobi. de S. Georgio in. l. cōsensisse. §. omnes nu. §. uerfi. addite, quod per legem generalem. ff. de iudi. Cū autē nos habeamus prouisionem, seu dispositionem specialem super Episcopatibus, & alijs prælaturis superioribus, uidelicet extrauagan. Iniuncte postam inter communes, sub titulo de electio. & est perpetua, prout §. præsentī itaq; perpetuo & c. ubi disponitur† Episcopos, & alios superiores, absq; literis suæ promotionis non posse administrare, nec eos recipi & admitti debere, tanquam tales, sub pœnis, de quibus ibi. ecce igitur quod, quātum ad Episcopos & superiores circa expeditionem literarum attinet, habemus speciale ius, prout etiam per Abba. in c. qualibet in. i. nota. de electio. Cassado. in 8. Deci. de resti. spolia. nu. 4. & seq. uerfi. secundo probatur per locum à speciali. Istud igitur posterius ius generalius alios respiciat, præter illos, circa quos iam specialiter dispositum erat. Quarto pro hac parte pondero uerba, Concessa per Paulum, & de eius mandato, & postea idem quoad concessa per Clem. Ista uerba uerificantur solum in concessione Papæ, ergo non Papæ & alterius: sed concessio Episcopatum & superiorum cathedralium fit per Papam, & Cardinales consistorialiter: igitur de concessione talium, quæ non est solius Papæ, nō uidetur posse intelligi: quia† uerba nō conueniunt, ergo dispositioni locus esse non debet. l. dies cautioni §. toriens, & ibi no. Bar. ff. de dam. infe. l. ita autem in prin. & ibi Bar. ff. de adm. tuto. c. indemnitatibus, §. penul. de electio. lib. 6. Deci. consi. 222. uiso puncto, nu. 2. consi. 364. uis his col. 2. post medium, uerfi. & sic uerba statuti. 438. Accuratē nu. 7. & 466. stante statuto nu. 16. Et quod Papæ concessio, seu factum, diuersa & diuersum sit, à concessione seu facto Papæ, & Cardinalium, ultra quod pater ad sensum, ualde etiam differt propter rationem diuersitatis cuius facti ab altero. Factum enim cōsilio Cardinalium uidetur factum cum maiori maturitate Deci. in præalleg. consi. 466. stante statuto col. fi. post. prin. Contrariam opin. quoad regulam, De non iudi. iuxta for. suppli. contra

Roma.

Roma. ubi supra tenuit D. Sarnen. quæst. 9. super dicta regula. per rationem, quod dispositio generalis generaliter intelligenda sit: & per alia motiua, quæ ibi uideri possunt. & quia super dicta regula latius tēgam, non cōfundam materiam illius cū ista. Quātū ergo ad hanc regulam attinet, motiua prædicta pro prima opi. & autoritas Roma. satis uidentur illam firmare. Qui uerò partem affirmatiuam eo prætextu, quod regula indistinctè & indefinitè loquatur, ergo omnes comprehendat, tenere uellet, Ad c. quamuis §. quanquā de præben. lib. 6. respondere possit, quod dictum c. in fi. facit pro hac parte, quod cathedrales ueniant. Ad c. quia periculosum, de senten. ex com. lib. 6. respōdere poterit, quod ibi ratio assignatur, quare tales excludantur. Et ita etiam respōderi potest quoad plura iura, quæ pro alia opin. allegari possent. Ad consi. Roma. responderet ipse D. Sarnen. ultra quod loquitur in diuerso casu à nostro. Ad tertium de prouisione speciali & generali, negari potest, quod hæc duæ dispositiones ad idem tendant: immo una cum alia nihil commune habet: Insuper possunt applicari responsiones, quas dat Ange. de Peru. qui in hoc melius cæteris loquitur consi. 213. primo est uidendū, nu. 2. uerfi. in contrarium probatur. Ad quartū responderi potest, quod factū Papæ, seu Papæ dispositio conuenit gestis tam per se tantū, quàm per se & senatū suum: & si aliter diceremus, sequeretur, quod leges Iustiniani & aliorum Imperatorū, & similiter canones per summos Pontifices promulgati, non dicerentur eorum, sed eorum & senatorum, seu consultorum. Immo uidemus librū Clemētarum in concilio Nicinē. factū, seu promulgato, seu autorizato, dici & nuncupari Clementis, nō autem ipsius & concilij: licet à concilio maius robur, firmioremq; potestatem receperit. Quod autem† Papæ factum, seu dispositio de consensu, uel cōsilio Cardinalium, seu aliorum, dicatur ipsius Papæ tantum, ab eoq; solum denominari debeat, probatur: quia† Actus denominatur ab eo, qui principalis est, & principaliter facit, non autem à cōsensum, seu cōsiliū præstante. l. si pater in fi. ff. de manumif. uindi. l. aliud est uendere. ff. de reg. iur. Bal. in. l. 2. quæst. 20. nu. 24. C. de rescin. uendi. late per præptorem meum D. Philip. Deci. qui loquitur in terminis nostris in c. i. in l. lectu. post prin. de iudi. ubi plura adducit, quæ nō refero. & prout etiam ipse ibi ponderat, quod Papa solus potest constitutionem facere: ita & ego pondero, quod ipse solus potest ad Episcopatus, & maiores dignitates promouere, etiam absq; consistorio, si uult.

SEXTO Ante si. ibi, Ad sex menses duntaxat, quæro† An impedito expedire infra tempus huiusmodi, ipso iure, uel per uiam restitutionis in integrum, seu alias succurratur? Nouissima est quæst. huiusmodi, quæ ad effectum huius regulæ à nemine hactenus tactam crediderim: & eius esse

N ij ctus

ctus magnus erit. Si enim affirmatiua uera sit, nō frustrabitur impetrans
 gratia sua : alioquin si negatiua præualeat, gratia euanesceat, & ad nihi-
 2 lū reddetur. Pro parte affirmatiua, quod† impeditus ipso iure præferue-
 tur, & sic contra eum non currat tempus, uel saltem restitui debeat, facit
 l. si. §. idem iuris. ff. ad leg. Rod. de iactu. l. 2. §. si quis municipalis & §. sequi.
 ff. si quis cautio. ubi impeditus ualeatudine, tēpestare, uel ui fluminis, excu-
 satur à pœna, & ratio in tex. assignatur propter impotētiam. facit. l. Cel-
 sus. §. primo. ff. de arbi. c. si. uersū. super quo in si. qui matri. accu. pos. c. si.
 significāte, & ibi Abb. in 2. nota. de pigno. & nu. 5. uersū. item no. quod de-
 tentio in carceribus excusat & c. Hostien. in c. nos quidem cir. medium
 in uer. sine altercatione, de testa. Fede. de Sen. consi. 129. casus talis est, te-
 stator, nu. 1. Feli. in c. gratum col. 1. in si. uersū. ubi uerō quis uenit post edi-
 ctum de offi. Deleg. & pro hac conclusione facit totus tit. ff. & C. quibus
 ex cau. maio. Cancellariæ igitur præsidētes debent pro impetrante ex-
 pedire literas, nec deniare à iuribus & rationibus, prout in simili no.
 3 Anchara. cōsi. 58. circumscripitis. Pro parte uerō negatiua facit, quod† Re-
 stitutio in integrum ei, qui tractat de damno uirando, non autem ei, qui
 contendit de lucro captando concedi debet, est tex. in. l. sciendū. ff. qui-
 bus ex cau. maio. ubi uerba sunt clara. Bart. in. l. 1. in. 1. quæst. ff. de Anna.
 excep. Deci. consi. 261. superioribus diebus col. 5. in princ. Fran. Rip. in. l.
 quod te nu. 49. ff. si cer. peta. Tiraq. in tract. ut retr. glo. 10. §. 1. pag. 238. nu.
 4 120. Quod autem in facto proposito quis agat ad lucrum, probatur, quia
 ad beneficiū: † Tractans enim de beneficio acquirēdo, de lucro captan-
 do certat c. dudum col. penul. ibi, quæ in hoc casu, ubi de lucro dicti G.
 rantum agitur, & non de præiudicio & c. de præben. lib. 6. & ibi no. Ge-
 mini. col. 2. num. 9. uersū. no. quod ubi agitur de lucro, & ibi Fran. in. 10.
 nora. dicit illum tex. ad hoc singularem. Tiraquel. ubi supra num. 122. Se-
 cundo, sex menses, de quibus in regula super expeditione cōcessorum
 à præcedessore non immediato, uidentur concedi ex mera gratia, &
 mero fauore, & quasi per uiam restitutionis : unde cum ex mero fauo-
 re, ex proximè deductis non est locus restitutioni in integrum, & cum
 quasi per uiam, seu ad similitudinē, uel ad instar restitutionis in integrū,
 5 uel per similem modum detur ista facultas expediendi, posset dici† Re-
 stitutionem in integrum non dari secunda uice. l. si. & toto titu. C. si. sep.
 in inte. resti. postule. c. si. de in inte. resti. Deci. cōsi. 436. uisa instructione
 nu. 6. & seq. Terrio ponderando dictam clausulam Ad sex menses dun-
 taxat, Papa uidetur omnino excludere expeditionem post huiusmodi
 6 tempus præfixum. † Dicitio enim Duntaxat est limitatiua, restrictiua, ac
 exclusiua, & iuncta orationi affirmatiuæ affirmat illud, quod ponit : &
 omne aliud excludit, & negat, c. statutū. §. in nullo, ibi & perfonis dun-

taxat

taxat designatis, de rescr. lib. 6. Bart. in. l. 1. post prin. uersū. pro cuius de-
 claratione. ff. si quis ius dicen. non obtem. cle. 1. uersū. nos igitur, & ibi no.
 Cardi. de sum. trin. & si. catho. cle. 1. & ibi Card. in 3. no. de seq. posses. Et
 dicitio Duntaxat, & similes taxatiuæ appositæ dispositioni de aliquid fa-
 ciendo, solemnitate & formam important: & ipsarum transgressio ui-
 tiat actum, Paris. consi. 19. ad resolutionem primam nu. 19. uol. 2. Quid te-
 nendum prima opin. uidetur æquior, aliquas tamē recipit limitationes,
 quas refero pro regula de Annali, ut ordinem D. Sarnen. quo magis
 possum, sequar. ibi enim quæst. 14. plura discutit super impedimentis im-
 petrantū, quæ nolui transplantare, sed ibi reassumā. Quantum uerō ad
 nostram regulam attinet, credo secundam opin. negatiuam apud R. D.
 Abbreuiatores de parto maiori præualere, apud quos in expediendo nō
 esset locus discussioni, an talis fuerit impeditus, uel non, & an impedi-
 mentum excusaret: immo nec conficerent minutam, nec scriptor apo-
 stolicus talem bullam scriberet, nec officiales bullæ taliter scriptæ, seu
 alias contra, seu ultra consuetum stilum, manus apponerent. Et ego qui
 ad præsens sum Defensor D. Militum S. Petri si uenirent tales bullæ, uel
 alias contra stilū solitū expediendæ, etiā quod essent iam scriptæ, & cū
 aliquibus manibus officialium, prohiberem D. Militibus, ne manum ap-
 ponerent, sine qua expediri non possent: & alias dum essem etiam de-
 fensor, reieci literas non formiter confectas. In casu igitur proposito, &
 in alio, uidelicet si quis uellet expedire literas super supplicatione signa-
 ta tempore Leonis, uel Adriani, sub prætextu legitimi impedimenti,
 adeundus esset summus Pōtifex, qui ueritate cōperta, & ex causa man-
 daret transire, & expediri literas super concessionibus huiusmodi: ha-
 bensque mandatum huiusmodi in cancellaria & ubique audiretur: si-
 ne eo autem operam & impensam perderet. Posset etiam huic impedi-
 mento prouideri alia uia, uidelicet quod commissa causa (quatenus liti
 locus esset) mandaretur D. Auditori Rotæ, seu alij, coram quo causa pen-
 deret, quod confitito sibi de legitimo impedimento literas expediri
 mandaret, mandatumque desuper opportunū decerneret. Nec uideatur
 7 nouū, quod† Auditor Rotæ præcipiat cancellariæ, & circa expeditiones
 faciendas uel denegandas, se intromittat. uidemus enim quod beneficia
 super quibus pronunciat, etiam sine speciali cōmissione, seu rescripto,
 conferre potest, cle. Auditor de rescr. & glo. si. post medium assignat ra-
 tionem, quod tanquam executor Papæ id faciat, nec potestas ista com-
 petit Auditori extra Ro. Cu. prout glo. & Doct. communiter ibi tenent,
 Immo nec alteri Auditori Ro. Cu. quàm ipsi Auditori Rotæ, prout con-
 cludit præceptor meus D. Philip. Decl. in c. super eo. col. si. uersū. non ob-
 quod eadem sit ratio de offic. Delega. assignat rationem, quæ est, quod
 Auditor

Auditor Rotæ confert, seu communicat secreta causarum cum coauditoribus: quasi uelit inferre, quod deliberatius & consultius Auditor Rotæ, quam alius Auditor prouidebit. Ego alteram etiam rationem adduco, quæ est, quod Auditor Rotæ omnes alios iudices Urbis & orbis antecellat, præsumaturque talis esse scientiæ, prudentiæ, autoritatis, integritatis, immo & maiestatis, ut merito omne arduum negocium, omnis cura ecclesiastica, omnis denique humana & diuina actio Auditori Rotæ concedi, & demandari solear.

Regula Nona.

Reseruat omnes Ecclesias, quas prædecessores tempore obitus reseruauerant, & beneficia nunc uacantia, tanquam affecta.

TEM Declarauit omnium, & singularum ecclesiarum Cathedralium, & monasteriorum prouisiones, quas præfati prædecessores sui ordinationi, & dispositioni eorum, Necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica, quæ dicti prædecessores, etiam præfata dispositioni, cum interpositione decreti reseruauerant. Quæ quidem ecclesiæ, & monasteria, necnon sic reseruata beneficia, tempore obitus eorundem prædecessorum uacabant, aut ecclesiæ, uel monasteria huiusmodi, si commendata, uel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc uacassent, remansisse, & remanere, per huiusmodi reseruationem & decretum affecta, nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, ea uice se intromittere, uel disponere potuisse, siue posse quomodo: Decernens irritum, & inane, si secus de illis attentatum forsan erat tunc, uel in posterum contigerit attentari.

REGLA ista non potest commodè diuidi, quia sub eadem structura uerborum: tamen intellectualiter diuiditur in duas partes principales. In prima declarat ecclesias, ac monasteria, & beneficia per prædecessores reseruata remanere affecta. In secunda, quæ est ibi, Quæ quidem &c. declarat de quibus ecclesijs, monasterijs, & beneficijs intelligendum sit. Et aduertendum est, quod ista Regula est ampliatiua ad illam
Inno.

Inno. & Sixti, quæ solum comprehendebant ecclesias Monasteria & beneficia per prædecessorẽ immediatũ reseruata: hæc autem Regula comprehendit per duos immediatos Pontifices uidelicet per Clem. vii. & Paulũ tertium, & sicut in præcedenti Regula fuit liberalior antiquis Pontificibus, ut ibi ostenditur in hac uult esse illis prudentior, & sibi, & sede apostolicæ magis cauere. In prima parte ibi, Præfati prædecessores sui, declarat, id est Clem. vii. & Paulum tertium, de quibus locutus fuit in proxima præcedenti Regula. & ex hoc clarius colligitur resolutio pro illa opi. quam supra in proœm. præmissi, quod omnis Regula sit unus paragrafus. aliter enim si esset una lex de per se, malè cadere posset ista interpretatio super uer. Præfati, declarando ut feci: quia ista Regula nihil haberet commune cum præcedenti, & staret de per se, & esset diuinatoria interpretatio, & nõ concludens. In secunda parte in si. ibi, Decernens scilicet Iulius tertius, nec debet referri ad prædecessorem: tum quia esset inutilis hæc additio, quia supra locutus fuit de decreto per prædecessores appposito: tum quia aliter interpretando, ultra alia resultraret falsa latinitas, uidelicet prædecessores decernens, contra c. ad audientiam & ibi. Feli. post alios de rescrip. Bar. in l. Plautius & l. cum in testamento in si. ff. de aur. & arg. lega.

- PRIMA quæstio, quæ species declarationis sit ista, de qua in Regula.
 SECUNDA quæstio, Dicitio tunc, de qua in Regula, quomodo intelligatur.
 TERTIA quæstio, Decretum irritans An possit dici inualidum, quoad præterita.
 QUARTA quæstio, An in hac declaratione seu Regula ueniant solum beneficia per prædecessores cum decreto reseruata, an etiã sine decreto.
 QUINTA quæstio, An ista Regula fuerit necessaria, uel potius sit superflua, quia idem esset prius dispositum.
 SEXTA quæstio, An Regula ista sit iuri & rationi consona, uel dissona: & semota Regula, quid respondendum sit de iure.
 PRIMO quæro, Cum Papa procedat hic per uiam declarationis, quæ species declarationis sit? & præsupponendum est, quod siuera & propria declaratio est illa, per quam aperiuntur & dilucidantur dubia & obscura, nihil addedo. l. hæres palam. §. siquid, & ibi Paul. de Cast. ante nu. 5. ff. de Testa. ubi concludit secus esse, si non emanet super tali obscuritate. Nam tunc declaratio habeat uim nouæ dispositionis, faciunt tradi. per Deci. in l. edita nume. 49. C. de eden. & consi. 114. nume. 5. consi. 220. ad si. 229. nu. 4. Feli. in c. cum olim col. 2. de re iud. & in c. qualiter & quando el primo de accusa. nu. 23. usque ad 29. Paris. conti. 50. in si. lib. 4. D. Sar. nen. latissimè in. q. 13. de non tollen. ius quæsi. & in 9. quæst. nume. 3. de impe. bene. uacan. per obi. fami. Cardi. Ex præmissis sequitur, quod non
 uidetur

uidetur esse propria declaratio, sed quasi noua dispositio, inferens multotiens præiudicium tertio. ex quibus supra deductis, & ex consi. Sozi: 260. In causa Nānaten. Cantoriæ &c. nu. 10. & seq. posset dubitari de ualiditate huius regulæ: tamen quia Papa non procedit per uiam declarationis mētis prædecessoris, seu prædecessorū, & gestorū ab alijs, iuxta terminos consi. Sozi. sed per uiam legis, quatenus non operetur ut declaratio uera, operabitur ut ficta, uel ut noua dispositio: Cūm t̄ Papa in beneficialibus & spiritualibus sit Dominus absolutus, & sit supra ius c. proposuit. §. licet de concess. præben. Deci. consi. 137. nu. 2. consi. 141. col. 2. ibi, in beneficialibus enim &c. & consi. 624. ante numerum 5. ibi, de potestate non uideretur dubitandum &c.

SECUNDO quæro ibi, Decernēs irritum &c. si secus de illis attentatum forsitan erat tunc t̄ Quomodo intelligatur hic ista dictio Tunc? & dico 2 quod de iure ista t̄ dictio respicit extremitatem temporis expressi, seu designati. l. si his legatum in fi. ibi hic articulus tunc extremi quinquēnij tempus significat: & ibi declarat Bart. Spec. in tit. de instru. edit. §. uidentum restat, ante nu. 4. uersū. quod si uelis. glo. in c. si eo tempore, de rescript. lib. 6. in uer. tunc, & Gemini. super ea, nu. 7. Deci. consi. 63. nu. 2. & seq. consi. 89. nu. 3. col. 3. consi. 90. num. 2. consi. 523. nu. 5. & Paris. consi. 143. lib. 4. in princ. ubi disputat de quo tēpore loquatur regula de publican. resignatione: & concludit de die datæ. & licet ipse loquatur de dictione **Ex** tunc, tamē idem si per dictionē Tūc, quia iura, quæ allegat loquuntur de dictione tunc. Igitur applicando ad casum nostrum hæc dictio respiciet extremitatem duorum temporum: unius temporis obitus Clementis VII. alterius temporis obitus Pauli tertij, unde quia postea regula subdit, Vel in posterum contigerit attentari, uidetur posse dubitari de medijs inter extrema. nam aut decretum, quod respicit tempus præteritum, se extendit etiam ad futura: & tunc superflua uidetur ista posterior clausula, uidelicet Vel in posterum contigerit attentari. Aut respicit solum illud tempus præteritum, & sic istud tempus obitus, & postea disponit in futurum post tempus regulæ, & sic illa media tempora remanent in suspēso, uel in aere: quorum neutrum est dicendum, quia t̄ nihil debet esse superfluum in dispositione, seu cōstitutione Pontificis: immo nec minimum uerbum debet esse sine uirtute. §. quibus in princ. ibi, superuacuis &c. in prima const. C. Bal. super rub. de Contrahen. empr. Cur. Iun. consi. 85. nu. 4. Deci. consi. 47. nu. 2. consi. 69. nume. 4. consi. 74. col. 2. consi. 288. col. 4. 292. col. 1. 414. nu. 2. & per totum 473. nu. 4. 500. nu. 14. 667. nu. 7. Paris. consi. 3. lib. 4. num. 86. Respondeo, quod tempus incipit ab illo obitu, ramen nō cessat decretum, quin operetur in futurum successiuus temporibus. Nō obstant supra proximè adducta, quia t̄ uidentur restringi in

gi in his, quæ sunt in principio, & in substantia dispositionis. Deci. consi. 542. reuenta, nu. 9. uersū. non ob. & etiam sufficit, quod uerba aliquid operentur secundum naturam rei deductæ, prout Bal. subdit, ubi supra: facit Deci. cōsi. 193. col. ult. consi. 278. nu. 5. & Paris. consi. 5. nu. 44. & consi. 165. nume. 19. & 20. uol. 4. Insuper potest dici, quod illa uerba sint addita ad maiorem declarationem.

TERTIO quæro ibi, in fi. Decernens irritum quicquid tunc, & sic decretum respicit omne præteritum tempus, ut dixi, t̄ An istud decretum possit dici inualidum quoad præterita? & uideretur dicendū quod sic, quia 2 t̄ lex siue constitutio non ligat nisi de futuro, siue distinguamus à quo tempore incipiat habere uigorem & tunc an à die promulgatæ constitutionis, an à die notitiæ, an à die publicationis, an à duobus mensibus. Siue quæramus, an post uigorē, an liget facta præcedentia: c. fi. de constitutione. Bart. in l. omnes populi in 5. quæst. prin. cuius opin. communiter teneretur Paris. consi. 49. nu. 3. lib. 4. faciunt cumu. per Feli. in c. cognoscentes de constit. in prin. & nu 7. qui ponit regulam, & plures limitationes. Prædicta satis urgere uidentur, & multo magis distinctio, quam ponit postea Bar. ubi supra num. 39. in 2. quæst. ubi uidetur esse casus noster, & primo loquitur quando expressè cauerur, ut trahatur ad præterita, & prout loquitur etiam in Imperatore, prout postea subdit uersū. si enim Imperator sanctissimus. Tamen quicquid allegari possit, contrariū teneo, quod 3 immo t̄ Papa possit extendere etiam ad præterita, prout hic facit, per tex. in dicto c. fi. de constitu. ibi, nisi nominatim in eis de præterito caueatur. Tum quia id, quod potest Imperator in aliquibus casibus indistinctè, & in aliquibus per legē generalem, seu per uiam declarationis, quo casu ad præterita trahitur, & ista est communis opin. per Feli. in dicto c. fi. 2. fallen. nu. 4. de constitutio. Cur. Iun. consi. 56. num. 10. A fortiori 4 potuerit t̄ Papa, qui disponere potest in toto orbe c. cuncta per mundū primo & secundo 9. quæst. 3. & cui nemo dicere potest, Cur ita facis? est enim Rector uniuersalis ecclesiæ, & Episcopus uniuersalis, Archidia. & Io. And. in c. 1. de constitu. lib. 6. super glo. 2. Gemina. consi. 93. uidetur primo, col. fi. nu. 22. Et in terminis nostris, quod Papa apponat decretū irritans respiciens factum tempore prædecessoris, est tex. in c. ecclesia el. 2. ut li. penden. uersū. nos quicquid ab alijs &c.

QUARTO quæro ibi, Cum interpositione decreti referuauit, t̄ An in hac declaratione, seu regula ueniant solū beneficia per prædecessores cum decreto referuata: an etiam sine decreto? Et uidetur dicendum, quod tantum ea, quæ cum decreto, propter illam qualitatem adiectam, & per uerba sequentia, quæ præcedentia declarant, ut supra dixi, uidelicet per huiusmodi resignationem & decretum affecta. Nam t̄ ubi cadit copula

inter duo, requirit concursum amborum. l. si hæredi plures conditiones ff. de condi. institu. Bar. in. l. i. ff. de iusti. & iur. nu. 2. & ibi Ias. nu. 2. Felin. in c. 2. nu. 32. uerfi. copula, de rescr. Deci. consi. 417. nu. 1. & 433. nu. 6. Contrariam opin. ueriores purto, quod immo regula ista comprehendat beneficia referuata absq; appositione decreti: uel quia illud à cõmuniter
 3 accidentibus subintelligi debeat, uel quia † Referuatio de per se operetur absq; decreto c. ecclesia el 2. ut h. p. den. ubi Papa irritat procellum factum post auocationem negocij ad Curiam Romanam, non propter decretum appositum, sed quia Papa prædecessor negocij huiusmodi cognitionem sibi referuauerat. facit dictum Inno. in c. cum in Ferrariensi de rescr. col. 3. uerfi. aliqui tamen, ubi ex eo quia autoritate Papæ fiebat permutatio præbendarum, per consequens uidebatur inhibitum illis, ad
 4 quos spectabat collatio &c. Et sufficit quod † lex seu constitutio aliquid disponat, licet nõ procedat ultra ad decreta, & annullationes actuum: actus tamen cõtra dispositionem facti erunt nulli, & sic id erit cum decreto & sine, l. nõ dubium C. de legi. & ibi Bar. in 2. nota. Deci. consi. 502. ex duobus nu. 1. Ex proximè dictis patet solutio ad deducta in contrario de natura copulæ, quod requirat concursum omnium: quia † quando plura copulantur in una dispositione circa unum effectũ, in quo non sunt omnia necessaria (ut enim probaui sola referuatio sine decreto sufficit) tunc non requiritur necessariò concursus omnium copularum, **tex.** est in c. cum iam dudum de præben. ubi plura copulatiue fuerunt appositæ, & tamen Papa decreuit sufficere probationem alicuius ex copulatis præmissis, Bal. in. l. Titia diuortium. ff. solu. matri. post prin. ibi, secus si quodlibet per se infert in uictoriam &c. Ias. in dicta. l. i. ff. de iusti. & iur. in 7. & 8. limita. Rot. Belleme. 735. si impetrans glo. 1. in c. 2. de rescrip. cir. medium uerfi. sed si alterum per se sufficiat &c. & ibi Felin. nume. 34. in 3. fallen.

1 **QVINTO** quero, † An ista regula fuerit necessaria, uel potius superflua, quia idem esset prius dispositum? & uideretur, quod hæc regula sit superflua, ex quo idem statutum fuerat per Paulum secundum in extraua. Ad Romani Pontificis, posita inter cõmunes, sub titulo de præben. ubi quæcunq; beneficia à prædecessoribus referuata, declarantur, & decernuntur esse affecta: ita quod de illis nemo præter Romanum Pontificem disponere possit. Et si dicatur in contrarium, quod illa extrauagans nõ sit perpetua, nec disponat de referuandis in futurũ: ad primũ responderetur,
 2 quod natura legis & constitutionis est, ut sit perpetua, & † extrauagans inserta inter alias, & nota, habetur pro decretali c. pastoralis, & ibi Felin. post alios de si. instr. Bal. in. l. 2. post prin. ibi, erat dubiũ an cõstitutio esset constitutio uel ne, quia erat extrauagans. quasi inferre uoluerit, quod si

extrauagans fuisset nota: sententia nõ tenuisset. & postea sequitur, sed si feratur cõtra reformationes, extrauagantes &c. C. quan. prouo. non est neces. Roma. consi. 260. in proposito casu, nu. 2. uerfi. Aut certũ est & indubitatum &c. Pauli. super præludijs extrauagan. Et quod sit perpetua, & disponat etiã de referuandis in futurũ post ipsam extrauagantem per successores pontifices, sunt uerba clara post medium ibi, huius perpetuæ & irrefragabilis constitutionis &c. & ante si. ibi, & per Romanos Pontifices successores nostros in posterum referuan. Et postea uerfi. quod tam in pendētib; etiam per appellationem, quàm in futurum super eisdem beneficijs &c. In contrariũ, quod nõ fuerit superflua, etiam quod idem met contineret, quod dicta extrauagans, seu iura præcedentia, facit dictum c. pastoralis, ubi si extrauagans est iuri cõmuni consona, iudicatur secundum illam: & sic patet, quod non est inconueniens aliquid ex pluribus legibus, seu constitutionibus decidi, immo habemus eandem legẽ in diuersis titulis, prout est. l. diem functo. ff. loca. quæ est eadẽ. ff. de offi. assesso. ubi additur ille uerfi. diuersum in eo &c. Insuper respõdeo, quod regula nostra ampliatur, & addit, uidelicet ecclesias cathedrales & monasteria, immo plura alia, cùm proœmium dictæ extraua. loqueretur tantum de beneficijs uacantibus ex persona suorum, & Cardinalium familiarium iuxta regulam 3. ubi etiam loquutus sum de ista extrauagan. &
 3 **TEX** proœmio sumitur ratio finalis dispositionis. l. si. ubi Bar. ff. de hære. institu. Bar. in. l. i. ff. de origi. iur. Bal. in. 5. quibus in. 1. constit. C. & in 2. const. in prin. Deci. in. l. 1. in 2. lectu. col. 1. ff. si cer. pera. Siue igitur solum extrauagans intellexerit de beneficijs modo præmissis referuatis, præfertim propter uerbũ in dispositiua, ibi ut præmittitur referuata: siue dubium oriri potuisset, an omnia in hac regula contenta ibi comprehenderentur: necessaria fuit hæc regula per supra deducta: & ad tollendum dubium, an referuatio expiret moriente, seu aliter deficiente eo, qui referuauit, prout in proxima sequen. quæst. subijciam.

2 **SIXTO** quero, † An Regula ista sit iuri & rationi consona, uel dissona: & femora regula quid respondendum sit de iure? Regulam istam esse contra iura probatur. cùm enim **tex.** iste loquatur de ecclesijs & beneficijs, quas & quæ prædecessores eorũ dispositioni & ordinationi referuauerant, sequitur quod disponendo, quod referuatio personalis non
 2 expiret cum ipsa persona, repugnet conclusioni iuris, quæ est, quod † Referuatio personalis ipsi Papæ facta cum ipsa persona, & ipso Papa expiraret c. si gratiose de rescript. lib. 6. & ibi in terminis nostris no. Archidia. col. 1. nu. 2. uerfi. & ex hoc patet, quod si Papa referuat suæ collationi aliqua beneficia, quæ uacant, morte ipsius talis referuatio terminatur, allegat c. præsentis de offic. Lega. eo. lib. & ibi hoc no. glo. Gemina. & Fran.

post prin. Et idem Gemini. consi. 93. incipiente Clemens &c. & ultra alia pōderat uerba proœmij, seu tituli regularum, de quibus ipse loquitur, quæ etiã sunt in nostris, uidelicet Fecit reseruaciones, cōstitutiones, & regulas suo tempore duraturas, Ergo sumus in claris, quod noluit reseruaciones, seu illarum effectum post obitum reseruantis, & constituentis operari, & in consideratione haberi. Idem uidetur concludere Ror. Bisigne. 9. de præben. supposita quadam, post medium, uersu. rament Domini contrarium tenuerunt, quod immo non remaneret reseruatum &c. Et quia (ut dixi) reseruatio fit ipsi Papæ, & sic ad ipsius Papæ beneplacitum, negari non potest + beneplacitum morte expirare. l. 4. ff. loca. c. uni. s. si. ibi sublato Episcopo de medio, ne se. uacan. lib. 6. Ange. consi. 217. In causa accusationis col. penul. nu. 9. uersu. ad quartum quoque, Deci. consi. 404. uiso eleganti col. 3. uersu. non obstat ergo, quod contractus.

4 Insuper uidemus etiã, quod reseruaciones Legati sedis Apostolicæ expirant morte ipsius Legati, seu finita legatione c. præsentis de offi. Lega. lib. 6. Specu. sub eo. tit. 6. nunc tractemus nunc. sed ecce Legatus. Aene. Falco. in tracta. reserua. in prin. 5. quæst. prin. fol. mihi 69. Eadem igitur ratione idem uidetur dicendum in reseruacione Papæ. Confirmatur hæc opin. quia aliter tenendo sequeretur inconueniens diuturnitatis, seu dilationis prouisionum ecclesiarum, seu beneficiorum. mortuo enim Papa etiam si sedes per menses & annos (ut pluries accidit) uacaret, differretur + prouisio debita, præsertim cathedralium, quæ ad plus menses tres differri non debet. Immo Papa & iura abhorrent, quod uiduata existant c. ne pro defectu, & c. seq. in prin. de elect. Io. And. in c. inter dilectos col. si. uersu. nec enim est uerisimile de excess. prælato. Immo terminus ille trium mensium à iure datus, potest per canonicos coarctari, & restringi. Abb. in c. inter uniuersas, in 2. nota. de elect. Deci. consi. 214. In causa cathedralis in prin. & per totum. Et puto rationem esse, quod illis liceat terminum huiusmodi, licet à iure præfixum, restringere, propter fauorem cathedralium, ne suo pastore diu sint orbaræ. Insuper ut in præfa. huius regulæ præmissi, cum antiquæ regulæ solum loquerentur de reseruacionibus factis per immediatum prædecessorem, hæc autem comprehendat etiam aliam, insolita & à iure aliena uidetur: & sicut reuocatio gratiarum interpretari debet iuxta cursum solitum aliorum Romanorum Pontificum, Oldra. consi. 266. quod autem reuocationem sub titulo de concess. præben. num. 6. ita secundum eundem cursum solitum aliorum Pontificum regulari debet gratiarum ualiditas. Contrariorum enim iuxta philosophi sententiam, eadem est disciplina. Argumenta prædicta satis urgere uidentur: contraria tamen opin. uerior est. Et quod sit iuri cōformis, probatur. cōcordat enim cum

extraua.

extraua. Pau. 2. Ad Romani, posita inter cōmunes sub titulo de præben. uel est illi similis: & cum illa extrauagans sit perpetua, ex illius uerbis claris, etiam absq; regula hac (prout in proxima præceden. quæst. dixi) idem concludendū esset, quod reseruacionis effectus cū Papa reseruante non expiret. dico effectus, quia reseruatio in quantum concernit uoluntatem & beneplacitū ipsius Papæ, post Papam non durat, & sic procedunt contraria. Quantum uerò attinet ad affectionem ipsorum beneficiorum reseruatorum, illa remanet & operatur. & ultra dictam extrauagan. quæ clarè loquitur, probatur per iura & auctoritates conclusio ista, & etiam per rationem, quæ est, quod + per manus Papæ appositio nem, affectio talis, seu uinculum tale causatur, ut alius à Papa omnino excludatur, nec se intromittere possit: indignumq; sit ex quo Papa ad se prouisionem reuocauit, uel alij delegauit, ad inferiorem reuerti sine licentia Papæ, & omnia hæc probantur iun. proximè allegandis, uidelicet per c. multum stupeo 3. quæst. 6. c. cum uenissent cum glo. in si. uersu. uel potest exponi de iudi. c. bonè el. 2. uersu. nec obstat, de postu. præla. c. ut nostrum, & ibi Deci. in. 1. nota. de appella. c. quod translationem, de offic. Lega. ubi Legatus prohibetur exercere ea, quæ Papa sibi reseruauit: fortius igitur inferior Legato. Faciunt tradi. per Io. And. post Inno. in c. inter dilectos col. 3. in si. uersu. Item indignum est, quod ex quo Papa ad se reuocauit prouisionem, uel alij delegauit, ad inferiorē reuertatur &c. de excess. prælato. Ror. 181. beneficia collectorū in No. Et in terminis nostris pro hac secunda opin. facit consi. Anchara. 53. circumscriptis regulis Cancellariæ col. 2. nu. 3. uersu. in contrariū ex dictis, ubi plura, quæ uideri possunt. & ea approbat Roma. consi. 335. circa primum consultationis nu. 6. & seq. uersu. ceterū & posito, defendens tradi. per Anchara. à moribus Compos. idem tenet Belenci. in tract. de charic. subli. quæst. penul. & D. Sarnen. in 6. quæst. regulæ de publican. num. 6. ubi dicit Gemini. in præalle. consi. 93. tenere hanc opin. Sed in hoc malè percepit mentem & uerba Gemina. qui contrarium conclusit, ut supra dixi. est uerum, quod num. 16. dicit totum illud consi. habere pro ualde dubio propter contrarium, quod præmissi. Melius intellexit dictum consi. Aene. de Falco. in tracta. reserua. in 17. esse. 4. quæst. post princ. fol. mihi 40. ubi concludens pro hac opin. dicit reprobatum esse huiusmodi consi. Gemina. & reprobata Deci. Tho. Fasto. de qua supra, & etiam opin. Mil. Idem firmat idem Aene. in 2. quæst. 5. quæst. prin. nu. 6. uersu. septimo quæro, an reseruatio expiret morte reseruantis, & loquitur de hac regula 9. fol. mihi 55. à ter. Et an Reseruatio, & manus appositio inter se differant, uideatur Aene. in dicto tracta. in 3. prælu. fol. 3. Ex prædictis remanet firma conclusio, regulam istam habere conformitatem iuris, & in se rationem, &

semota

semota regula idem uideretur dicendum. Sed quia dubium oriri poterat, emanauit regula declaratoria omnem tollens difficultatem. Regula igitur ista est rationabilis, & fauorabilis. Nec facit contra illud de reservatione Legati, quia illa est odiosa, prout per glo. in uer. finitur in dicto c. praesenti de offic. Lega. lib. 6, & ibi per Docto. † Reseruario autem Papae moru proprio facta & indistincta, non autem in fauorem certae personae, fauorabilis est, ut pluries dixi. & concludit Fede. de Sen. in tracta. permu. bene. in prima quaest. col. 1. & Deci. cons. 168. Reuerende pater col. 2. uers. modo in casu, prout etiam uidemus, quod † Reseruatione Episcopi ex facultate sibi concessa, morte ipsius Episcopi non expirat, Rot. 285. si Episcopus in No. Aene. de Falco. in tracta. refer. in quinta quaest. princ. col. 3. uers. sed huic dicto ob. ubi multum insudat pro euertanda dicta Deci. tandem residet, quod ratio fuit fauor reservationis Episcopi, contraria uero procedant propter odium reservationis Legati. Nec illud de cursu solito Pontificum ob. quia in dubio illud procedit: alioquin nunquam lex uel constitutio deuiaret ab antiquis, quod nullo modo dicendum est. Insuper negari potest, quod sit dissimilis, licet augeat. Immo etiam in augmento est similis illi Pauli tertij, immo magis remissa ista, quam illa. Haec enim duos Pontifices respicit, illa tres.

Regula Decima.

Reualidat literas gratiam, uel iustitiam continentes, ac restituit in pristinum statum ad exequendum, ac si inchoatio infra annum facta fuisset.

TEM Prædictus D. N. omnes & singulas ab ipsis prædecessoribus suis, infra annum à die obitus eorum, concessas, gratiæ, uel iustitiæ literas temporibus debitibus earum executoribus non præsentatas, omnino reualidauit, & in statutum pristinum, in quo uidelicet ante fuerant, uel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc, plenarie restituit. Ac decreuit per executores prædictos, uel ab eis subdelegandos, perinde ad ipsarum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi, temporibus prædictis inchoata fuisset.

HANC Regulam diuido in duas partes, in prima ponit reualidationem literarum gratiæ & iustitiæ à prædecessoribus concessas. In secunda, quæ est ibi, Ac decreuit, mandat executoribus illarum, quod illas exequantur. Ad hoc ut regulæ isti sit locus, quatuor copulatiuè requiruntur. Primum, quod à dictis prædecessoribus sint concessæ literæ: & de quibus prædecessoribus intelligat, dic quod de ipsis, uidelicet Cle. vii. & Paulo tertio, ut dixi in præceden. regula: quia & illa & ista ueniunt cōtinuatiuè ad illam octauā, Rationi cōgruit. Secundum requisitum est, quod literæ contineant gratiam, seu iustitiam. Tertium, quod infra annum ante diem obitus sint concessæ. Quartum, quod temporibus debitibus non sint præsentatæ executoribus. Et aduertendum est, quod ista regula reualidat concessiones duorum Pontificum: illæ uero Sixti & Innocentij solum reualidant literas ab immediato prædecessore concessas, & illæ sunt sub nu. 12. non autem sub 10. ut hæc.

PRIMA quaest. Reualidatio quid sit, & quos effectus operetur?

SECUNDA quaest. Ad quid reualidatio ista?

TERTIA quaest. An Regula procedat in casu mixto, uidelicet in rescriptis partim sapientibus gratiam, partim iustitiam?

QUARTA quaest. Qua ratione uerissimiliter motus sit Papa super limitatione Anni, de quo in Regula?

QVINTA

QVINTA Quæst. Cum Papa revalidauerit literas ultimi anni Clem. vii. & ultimi anni Pauli tertij, quare etiam non revalidauerit concessa per omnes annos Pauli?

- 1 PRIMO Quæro, quia Papa procedit hic per viam revalidationis, † quid sit revalidatio, & quos effectus operetur? Et dico, quod Revalidatio est noua ualidatio, seu resuscitatio gratiæ extinctæ, prout in simi. dicit Gemina. de gratia, † perinde ualere quæ suscitatur spiritum primi rescripti extincti, consi. 128. super primo nu. 7. uersi. sed rescriptum. Roma. consi. 367. quoad primum nu. 5. facit Cassado. Deci. 33. super regulis num. 6. ibi, quia uiuificat, quod nullum erat, & insufflat spiritum, & animam. & istud
- 2 operatur illa † Dicitio Re iuncta uerbo Validatio, quasi noua ualidatio, notumq; ualorem, ac notum robur adiciens, prout in simili dicimus de uerbo rescio, id est de nouo facio: & de uerbo repero, reddo, & similibus: de quibus per Bar. super rub. ff. solut. mati. nu. 11. & 12. & in l. 1. §. si quis ædificium, ubi etiam Alex. ff. de no. ope. nunti. Feli. in c. consuluat de iudi. † Effectus igitur istius revalidationis, ut ex præmissis colligitur, erit, quod prior gratia extincta, quasi miraculosè resuscitabit: & idem operabitur, quod prima gratia, antequam extingueretur, operari poterat: & easdem qualitates habebit, quas prima gratia, l. si ut proponis la 2. & ibi Bal. post medium C. de nup. facit Roma. consi. 432. quoad primum, ante si. ibi ex regula, quæ uult, quod reintegratio per omnia eius sit naturæ, & qualitatis, cuius erat res illa, quæ reintegratur. Addo etiam,
- 3 quod † Revalidatio, seu renouatio, multum differt à noua concessione, etiam quoad expressiones faciendas, & clausulas apponendas. optimè per Bal. in c. cum accessissent. de cõstitutio. & per Feli. consi. 31. oportet me omnino nu. 13. & seq. uideatur etiã pro præmissis soleme cõsi. Sozi. 260. In causa Nannuten. Cantoriæ col. 4. in fi. & col. seq. ubi quãdo præsumatur reintegratio, an noua concessio: & quid si extinctio sit successiue, an uerò eodem momento in totum: & rem in totum extinctam non reuiuisci eandem, nisi materialiter & formaliter reuiuiscat.
- 4 SECUNDO Quæro, Papa revalidat literas cõcessas per Clem. & Paulum per annum ante obitum utriusq; temporibus debitæ non præsentatas,
- 1 † ad quid revalidatio ista? Et pro intelligentia huius quæstionis, & effectus regulæ uidendum est, quid iura super præmissis disponant. & uideatur dicendum, quod rescripta sint perpetua. & si loquimur de rescriptis iustitiæ, uidelicet ad lites, est tex. in l. falso, & ibi Bal. & alij. C. de diuer. rescri. facit arguendo à speciali. c. de causis de offic. Delega. ubi in casu illo speciali iurisdictione expirat, uidelicet si nõ expediatur causa infra terminum præfixum: ergo si terminus non fuisset præfixus nõ expirasset.
- 2 Abb. in c. plerunq; in tertio not. de rescri. quo uerò † ad rescripta cõcernentia

- mentia gratiam idem uideretur dicendum c. si cui nulla, de præben. lib. 6. primo responso. c. si super gratia de offic. Delega. eo. lib. Rot. 285. si Episcopus in no. Bald. in l. humanum. C. de legi. circa fin. facit Bal. in dicta. l. falso. ante fin. ubi concludit, quod priuilegia sunt perpetua: & faciunt tradita supra in octaua Reg. & per Hiero. Gigan. modernissimū in suo pulchro tractatu pensio. quæst. 91. uer. cõtrariam tamen partem & primo. In contrarium, quod immo † literæ ad lites expirent per obitum Papæ concedentis, concurrentibus requisitis, de quibus supra est tex. in c. fin. §. officium, de offic. Delega. lib. 6. l. mandatum. C. manda. c. relatum. c. gratum & c. licet de offic. Delega. Barr. in l. more maiorum. ff. de iurisd. omni. iudi. nu. 3. & Ias. ibidem nu. 5. & 6. Fran. in c. si à subdelegato post Archidi. & Gemina. qui uidebantur tenere, quod per uiam exceptionis, ipse tamen concludit, quod ipso iure de offic. Delega. lib. 6. nume. 3. Istam opin. puto ueram, quoad rescripta ad lites, & tunc non obstant cõtraria: quia et si concederem, quod rescripta hmõi durent, hoc tamen intelligitur, dummodo cõcedēs, & rescribēs uiuat per supra proximè deducta, per rationes & iura, quas dant Doct. allegari. Quantum uerò ar-
- 4 tiner ad rescripta gratiosa, idem uideretur dicendum per præfatum c. si cui nulla 2. respon. de præben. lib. 6. Rot. 349. si Papa mander in no. Belleme. 543. conclusio, quod mandatum factum ubi, quod gratia per Legatum facta, per ipsius obitum ipso iure expirat. Staphi. in tracta. utriusq; signa. fol. 108. uer. dicendū est modò de quinta parte principali & c. Ego tamen distinguerem sic, aut gratia non est in se perfecta, immo sonat in futurum, prout in terminis. c. si cui nulla in uer. secus ubi mādatur pro uideri certę personę de incerto beneficio uacaturo, prout illum textum ita ibi intelligunt omnes, de præben. lib. 6. aut requirit indagine iudiciariam, uel in ea est datus executor cum causæ cognitione: qui habet citare partem, & procedere cum causæ cognitione iuxta. c. 2. de rescri. & c. exhibita de iudi. quo casu nõ potest dici merus executor. & in istis terminis credo opin. prædictā esse ueram. Prædictis tamen cessantibus, teneo rescriptum gratiosum per mortem summi Pontificis non expirare, etiam re integra. est tex. clarus in præalleg. c. si super gratia de offic. Delega. lib. 6. & ibi Fran. declarat in prin. facit in terminis pro ista opin. & pro distinctione, quam præmissi, Rot. in no. supra allegat. 349. si Papa. & 285. si Episcopus Lap. alleg. 17. an dicitio executoris. Mil. in reperto. in uer. gratia facta, licet non executa. Gig. in dicto tracta. pensio. quæst. 91. qui respõdet ad plura cõtraria. & D. Sarnen. super manda. de prouiden. ante num. 133. uer. nam licet mandatum Legati de prouiden. & c. ubi declarat satis opportunè præfatam Decisio. Belleme. 543. Ex præmissis igitur patet, quod ista regula erat necessaria, tam pro rescriptis concessis

super iustitia, quàm super gratia: quæ in illis casibus, in quibus propter negligentiam impetrantis expirarunt, hic resuscitantur.

- TERTIO** Quæro, cum hic disponatur circa rescripta gratiæ & iustitiæ,
- 1 † quid dicendum in casu mixto, uidelicet in rescriptis sapientibus partim gratiam, partim iustitiam: & potest poni exemplū de rescripto pro paupere beneficiando, quod † dicitur in forma communi, in forma speciali, quæ incipit Dignum arbitramur. Mil. reperto. fol. 78. col. 2. uersū. gratia quando in forma Cūm secundum Apostolum, in forma pauperum. & tales literæ appellantur de iustitia, quia secundum Apostolum, qui altari seruit, & de altari uiuere debet: & ordinarius tenetur dare beneficium pauperi clerico nullum aliud beneficium habenti, & pro præmissis omnibus facit tex. in c. postulasti in prin. de rescri. & ibi not. Abb.
 - 3 in 3. nor. & ibi declarat, † quare appelletur modis supra positis. facit tex. in c. cūm secundum Apostolū, de præben. & c. accepimus de æra. & quali. præfici. Rot. in antiq. 462. nor. quod gratiæ in forma pauperum & speciali. & in no. 106. gratiæ in forma. & Cassado. Deci. 8. de concess. præben. & etiam istæ literæ pro paupere, dicuntur literæ gratiosæ & gratiam continen. facit Rot. 443. fuit dubitatum utrum executor in no. col. 1. in fin. ibi per formam dictæ gratiæ. & Mil. ubi supra fol. 78. col. 2.
 - 4 ubi in pluribus locis † gratiam seu gratias appellat huiusmodi cōcessiones pro pauperibus clericis. Itē potest dici gratia, cūm magis uni, quàm alteri concedat beneficium: seu magis uni, quàm alteri cōcedi mandatur, iuxta glo. fin. in c. relatum de præben. circa medium uersū. liberalius est, ut provideat &c. & glo. in c. fin. in uer. libera de offic. Vicarij lib. 6. & glo. in c. quamuis, in uer. in pensione, de præben. eo. lib. Redeundo igitur ad quæstionem propositam, dico, quod uidetur respondendum esse affirmatiuè, uidelicet † casum mixtum sub simplicibus contineri. l. si ita scriptum. ff. de libe. & posthu. ubi prouiso facta in casibus separatis porrigitur ad eosdem casus simul iunctos. l. Titiæ textores. ff. de lega. 1. l. legatis. §. si unus. ff. de lega. 3. Bar. in l. 2. in prin. ff. de uerb. obligatio. In contrarium, quod immo non ueniat casus mixtus, facit. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. c. cūm in illis. §. fin. de præben. lib. 6. tamen ad ista duo iura potest responderi, quod est expressum unum tantum simplex: in casu autem regulæ exprimentur duo simplicia. & ista distinctione utitur Ias. in dicta. l. 2. ff. de uerbo. obli. post prin. uersū. item procedit. Sed fortius arguendo pro ista parte facit, quod dispositio istius regulæ exorbitat à iure cōmuni: & sic sumus in † materia odiosa: quo casu sub simplicibus non uenit mixtum. l. mariti. §. hoc quinquēnium. l. cūm passa. §. præscriptione. ff. de adulte. in illo enim. §. Hoc quinquēnium, statuitur quinquēnium dari si obiciatur stuprum, uel adulterium, uel lenocinium, & alia crimina

ex. l.

- ex. l. Iulia descendentiæ: in dicto autē. §. Præscriptione, deciditur, quod si obiciatur adulterium simul cum crimine alio ex dicta. l. Iulia descendente, non est locus illi quinquennio: & sic mixtum non comprehenditur sub illis simplicibus. & ista uidetur communis opinio, Ias. in dicta. l. 2. de uerb. obli. nu. 2. ibi, & communiter Moderniores determinant, quod nō. Alex. in l. si extraneus nume. 5. ff. de condi. ob. cau. & in l. certi cōditio. §. quoniam num. 8. ff. si cer. peta. facit Deci. consi. 213. uisus his & c. num. 4. & consi. 333. licet num. 1. Quid tenendum? In casu nostro posset dubitari, an ista regula possit uerificari in casu supra posito de rescripto pro paupere beneficiando: tamen ista non esset bona solutio, quia posset responderi, Da mihi casum mixtū, qui possit comprehendi in regula si iste forsan nō comprehendatur? posset etiam recurri ad illam distinctionem, an magis sapiat iustitiam, an magis gratiam: & in casu supraposito uideretur, quod magis sapiat iustitiam. & ultra iura præmissa nor. Feli. in c. postulasti, de rescri. col. 3. uersū. dum declarat ibi, sic etiam contra ipsos in forma pauperum & c. unde † deberet haberi in consideratione illud, quod est potentius. l. quæritur. ff. de statu homi. c. quod in dubijs cum glo. in uer. consecratio de consecra. eccle. & in terminis nostris nor. Bar. in dicta. l. 2. ff. de uerbo. oblig. num. 2. ibi, allegatur, quod debet considerari potentius & c. Deci. consi. 11. Et pro tenui uersū. præterea dictū Bal. & c. Sozi. consi. 288. circa primā & c. nu. 12. lib. 2. Tamē quādo locus nō esset isti ultimæ distinctioni, potius adhererem primæ opi. quod immo in casu regulæ ueniant
- 8 rescripta mixta, negando, quod simus in casu odioso: Immo sumus in fauorabili, attento, quod pro ualiditate actuum, seu actorum & concessionum ad. l. quotiens. ff. de uerbo. obli. & l. quoties. ff. de reb. dubi. c. Abate sancti Siluani, de uer. signi. uer. hic autem sensus. Feli. in c. pastoralis in uersū. idētatem de rescri. Insuper † cōcessiones, & prinilegia principis dicuntur fauorabilia, & latissimam interpretationem recipiunt. l. si. ff. de consi. prin. Bar. in l. si. ff. de serui. lega. nu. 4. Et in terminis fortioribus idem Bar. in dicta. l. 2. de uerbo. obli. nu. 2. ubi, quod ex potestate legitimi ad spuriōs, item incestuosos, possunt legitimari habētes istas duas qualitates: & dicta legitimatio dicitur fauorabilis, & est communis opinio. Cur. Iunior consi. 75. nu. 8. & Deci. consi. 76. licet in casu. col. 2. uersū. sed tamen prædictis, & in si. dicti consi. ibi sed in contrarium est communis. & tātō magis debet fieri latior interpretatio in casu nostro, propter uerba generalia posita in prin. regulæ, uidelicet Omnes & singulas, prout in simil. cōcludit Deci. cōsi. 51. & pro tenui nu. 2. ibi ex uerbis prægnantibus, quæ proponuntur in prin. & postea nu. 3. cōcludit, quod concessio salui conductus à principe emanata pro se & socijs, includit etiam Iudeos, qui ab omni lege sunt exosi, & contra quos seueritas, & rigor seru-

P ij uandus

uādus est. c. 2. in fi. cū glo. in uer. iuris feueritate de Jude. Iaf. in. l. si infulā nume. 5. ff. de uerb. oblig. ubi latè. Et corroboratur illa prima opinio ex idētitate rationis, quæ uidetur esse in rescriptis mixtis, prout in simplicibus: & multum consideratur pro comprehensione mixtorum sub simplici, quod t̄ sit eadem ratio. Alex. in dicta. l. si extraneus. ff. de condi. ob.

cau. in fi. ibi, quia nō uidetur esse ratio in casu mixto, quæ erat in simplici. Deci. in dicto consi. 333. ante nu. 2. ibi, quia maior ratio excludēdi & c. & in dicto consi. 213. præsertim ante nu. 8. ibi, sed in casu isto ratio diuersifris manifesta uidetur & c. & per prædicta respōsum est ad contraria.

QVARTO QUÆRO iuxta tertium requisitum, uidelicet quod infra annum

- 1 ante obitum prædecessorum sint cōcessæ, t̄ qua ratione uerisimiliter motus sit summus Pōrifex super ista limitatione ad annū? Et potest respō-
- 2 deri, quod in principe uoluntas est pro ratione rāto magis circa limitationem tēporis, iuxta. l. 1. §. si initium cum glo. in uer. ratum. ff. de postula. & glo. not. in c. pia. §. si quis igitur de exceptio. lib. 6. in uer. octo dierum post medium ibi, dic quod in dilationibus, quæ dantur à iure, uoluntas est pro ratione: sic. n. poterat quindecim, uel decem, uel minus dare & c. & licet sufficeret sic dicere uidelicet, sit pro ratione uoluntas: ramen
- 3 t̄ quando aliqua ratio excogitari potest, illa in medium afferenda est. l. dorem cum glo. ff. solut. matri. c. cor Episcopi ibi, & quod ratione caret, extirpare necesse est. c. si quando. §. 1. de rescrip. ibi, rationabilem causam præendas. & ibi not. glo. quod de omnibus reddēda est ratio, si potest: c. Nabucdonosor 23. quæst. 4. cum glo. in uer. rationem, & ibi Archidia. num. 4. super dicta glo. qui dicit ad minus reddendam esse in genere rationem. Et similem quæstionem posuit infra D. Sarnen. in casibus tamē diuersis, uidelicet super 25. de Infir. resigna. ubi quærit, quare magis Papa assignauerit uiginti dies, & nō plures, uel pauciores. & super prima quæst. de Triennali, quare magis triennium, quàm aliud tempus præfixum fuerit: & ubiq; cōcludit tempus non esse arbitrarium, sed certa & uerisimili ratione à multis Pontificibus constitutum. Videamus igitur in re nostra, an aliqua rationes saltem apparentes adduci possint: & tres
- 4 rationes sufficiant. Vna, quod t̄ annus dicitur tempus congruum ad omnia peragenda. Altera, quod annus dicitur terminus lōgus. Tertia quod iura ciuilia & canonica in infinitis rebus solita sunt præfigere terminū unius anni: quorū exemplo meritò potuit, & debuit talis terminus annualis præfigi. Et quoad primam rationem dico cōsiderari posse unū circa
- 5 rationem naturalem, à qua licet arguere c. si. in princ. de consue. ibi,
- 6 naturali iuri cuius transgressio & c. quæ est, quod t̄ annus est ita tempus congruū, ut illius spatio, & per illius cursum natura humana nobis omnia suggerat pro uictu, & uitæ sustentatione, ac pro omnibus humanis cōmodi-

- cōmoditatibus, ut patet ad sensum: unde non immeritò iura statuerunt, quod infortunium & sterilitas unius anni cū ubertate alterius compensetur. l. si uno. ff. loca. l. licet cerris. C. eo. c. propter sterilitatē extra eo. Insuper cum t̄ sol sit humano generi, ac cunctis animantibus, & toto orbi cæteris planetis, ac alijs syderibus præclarior, lucidior, & præstantior: & cuius est mutare tempora, prout in dies uidemus: & est sententia principis Astronomorum Claudij Ptolomei in primo libro Quadripartiti in fin. cap. 3. & cap. 4. ante fi. ibi, & manifestam temporū anni mutationem. meritò igitur annus regulari debebat à cursu solis cōpleto, non loquor de motu uolēto (quem raptum uocant) qui perficitur in centum annis: sed de motu suo proprio, quo mouetur omni die, ac nocte 60. minutis ferè, & in uno anno perficit cursum suum per duodecim signa, uidelicet diebus 365. & quarta unius diei ferè, de quo t̄ anno loquitur rex. in l. ita uulneratus uersū. nam prior, ibi trecentis sexaginta & quinque diebus. ff. ad. l. aquil. & Bart. in. l. cum hæres. §. Stichus in princ. i. ff. de statu libe. Et propter præmissa t̄ annus, quo nunc utimur, appellatur solaris: qui etiā appellatur Iulianus à Iulio Cæsare, qui ad tot dies reduxit, seu reduci curauit. licet pleriq; (teste Diogene Laertio in uita Taletis Milesij col. 3.) reductionem anni ad tot dies ipsi Taleti ascribant. Quatē autem utilitatis fuerit anni reductio, nemo est, qui nesciat: & nunc eò deuenit, ut noua reductione indigeat. sub incerto. n. uagātur Medici in pharmacis ministrādis, nec noscūt initia & exitus Veris, Autūni, & aliarū duarū partium anni. Agricultura ars non spernenda, ac pleraq; alia, quæ omitto, propter ignorantiam temporum in incerto uagantur: ut non immeritò reductio anni indaganda, & rationibus perquirēda ueniret. Sed ne extra professionem uagari uidear, remitto me in his, quæ tāquam canis in Egipto bibēs tetigi, ad doctos in arte: præsertim ad celeberrimos Lucam Gauricum Episcopum, & Doctorem Aghileram Hispanū, præceptores meos in Mathematicis omnium peritissimos. Breui tamen futurum spero, ut sicut Iulius ille Imperator annum reduxit, sic & Iulius iste tertius, Imperatorum & orbis caput, orbe pacato annum, & omnia alia reducat fauente Domino. Altera ratio, seu authoritas legalis, quod t̄ annus dicatur tempus congruum, est tex. in. l. fortissimi. ibi, aut certo competente tempore, id est priusquam annus labatur & c. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. & in. l. prima. §. largius. ff. de successo. edi. ibi, planè eis præstitui annum ita moderatè, ut neq; ipsi & c. Patet igitur, quod iura habent annum pro competentē, & moderato termino, ac medio inter duo extrema. & in tantum annus dicitur terminus, siue tempus competens, ut t̄ si dispositio loquatur simpliciter per uerbū tempus, seu terminus, debemus interpretari de anno c. omni tempore cum glo. i. de consecrat. distin.

distin. 4. Bart. in l. si legatum in 4. not. ff. de annui. lega. ubi promissio de soluendo in tribus terminis, intelligatur de tribus annis: & sic quilibet terminus intelligitur de uno anno. Bal. in l. usura C. de usur. Ad secundum, 12 quod annus dicatur terminus lōgus, seu multū tēpus, not. Abb. in c. plerunq; de rescri. in. 1. not. & hoc etiam ostendit adagium illud Terentianum, quo utimur dum uolumus ostendere tarditatem, & temporis longirudinem, uidelicet Mulieres dum comuntur, & moliuntur, annus est. Tertia ratio, quam prāmissi, quod iura diuina, canonica, & ciuilia soleant in infinitis dispositionibus uti isto termino unius anni, patebit ex infradicendis, ubi plura de termino anni cumulabo.

ANNALES CASVS.

ANNI CVLYM Agnum pro peccatis commissis Moses cum alijs animalibus, de quibus Leuiti. 9. post prin. sacrificari iussit. 11. Agna unius anni cū duobus agnis per mundatū, seu mundandū à lepra sacrificabatur. Leuiti. 14. col. 1. post medium, uersū. & die octaua. 111. Oues septem unius anni pro primitijs, seu decimis Dei, cum alijs, de quibus Leuiti. 23. ante medium, offerri mandabantur: 1111. Annus dabatur apud Hebreos immunitatum & exemptionum à bello, & omnibus muneribus, & quibusuis publicis functionibus ei, qui uxorem duxisset. Deute. 24. post prin. 1. Festos dies quolibet anno celebrare debemus. Leuiti. 23. ante si. prout etiam hodie festiuitates Dei, & Sanctorum, una die cuiuslibet anni compleri celebramus, & repetimus. -VI. Post dies purificationis annus agniculus sacrificabatur. Leuiti. 12. cir. medium. VII. Iubileus durat per integrum annum, de quo Leuiti. 25. col. penul. & fin. in fine: & qualiter initium habuerit, & de eius effectū, latè per Feli. in tractatu indulgentiæ plenariæ. VIII. Anno quolibet tenemur confiteri peccata nostra, & sacram accipere eucharistiam, c. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remissio. & id crediderim inntiere, seu disponere uoluisse Leuiti. 15. in si. & dicit Feli. in c. 1. de constitutio. num. 35. referens Io. And. quod mens dicti c. omnis utriusque sexus, astringit Papam quo ad Deum. IX. Sacerdos proprius mercatorum, scolarium, stipendiariorum, & similibus confessionis audiendæ, uel sacramentorum administrandorum ille dicitur, in cuius parrochia tales per annum habitauerunt, secundum opin. Inno. in præalleg. c. omnis utriusque sexus nu. 6. uer. negotiariorum autem, & alij uiatores. per Abb. ibidem nu. 23. glo. autem in cle. 1. de priuile. in uer. parrochialibus, simpliciter loquitur nō præfigendo annum. pro anni autem præfixione faciunt proximè adducenda. X. Pro decimis etiam soluendis annalis incolatus, seu habitatio annalis, uel annalis sacramentorum administratio, seu susceptio cōsideratur. c. questi sunt in si. 16. quæst. 1. Inno. in c. nouum genus ante num. 3. ibi,

immo

immo Dominus soluet inde decimus ecclesiæ, ubi ipse Dominus circum anni audiuit diuina &c. de deci. Amplio etiam prædicta habere locū in canonica parrochiali, super quo latè per Petrum de Vbal. in tract. cano. Episc. & parro. cap. 7. num. 2. uersū. ex his ergo patet, quis dicatur parrochianus &c. XI. Anniuersariū pro anima ab anno dictū, quod in ea ecclesia fieri debet, ubi testator sepultus est. Cuna. cōsi. 12. & quare fiant anniuersaria. c. cū creatura, de celebra missa. & ibi glo. & Zabba. XII. Episcopus annuis uicibus uisitat suas dioceses. c. decernimus 10. quæst. 1. c. cōquerente post medium de offi. ordi. & ibi glo. in uer. annuam, & in uer. uisitandas, soluit contraria, quando pluries uisitet.

XIII. ordinarij omnes uisitare debent ecclesias sibi subiectas omni anno. Cassado. dec. 2. de cau. posses. & proprie. XIII. Annus datur puellæ ad recedendum à religione, & etiam patri ad eam rependū c. puellæ 20. quæst. XV. Idem tempus datur etiam patri ad reuocandū impuberē à monasterio, & puberi per uim ingresso, siue eius parentibus c. 2. de regula c. si inæqualiter cum glo. in uer. nō mox 20. quæst. 2. XVII. Item & puberi factō, si impubes monasterium intrauit c. 1. de regula. lib. 6. XVIII. Tempus idem datur puberi ad probūdum religionem, intra quod si habitum deferat nouitiorum iuxta cle. eos qui. de regula. eoq; elapso professus intelligitur. & ibi declarat Bonif. de Vita. nu. 27. & pro præmissis, & quando annus egresso, & item intranti dari debeat. Alexā. cōsi. 54. nu. 2. & 19. uolu. 4. XVIII. Liberti ecclesiarum infra annum professionem facere debent, & cōfiteri se esse liberos illarum, & ab illarum obsequijs nō recessuros c. longinquitate 12. quæst. 2. & dictum c. extēditur, quod cum Episcopus fuerit defunctus, & ei alius substitutus, seu successus, liberti ecclesiæ, & ab eis progeniti substituto Pontifici infra annum à tempore suæ ordinationis cartulas suas in conspectu ecclesiæ publicare, & renouare debent. XIX. Intercessor, uisitor, seu cōmendatarius infra annū prouidere debet, quod prælatus eligatur c. cōstitutum 7. quæst. 1. Roma. cōsi. 50. nu. 2. XX. Annus datur obri nenti curatum ad faciendum se promoueri ad sacros ordines. c. licet canon. 5. & infra annum. & c. commissā de electio. lib. 6. Bartolo. Cassado. cōsi. 29. stante promissione & nu. 3. à quo tempore incipiat. quæ iura limitantur non procedere in capellanijs requirentibus sacerdotium. Rqr. 519. not. quod tenens capellaniam, in antiq. XXI. Abbatisa infra annum debet facere se benedicere, computādum à tempore suæ cōfirmationis: alioquin à suo iure cadit. cle. attenderes. §. statumus de statu mona. XXI. Demoniaci, id est qui à demonibus arrepti eliduntur, uel secundū alios epileptici. 1. morbu caducū patietes, per annū suspēduntur ab officij sui ordine & loco. c. cōmuniter in fine 33. distin. & sic defectus isti per

isti per lapsum anni extinguuntur, seu extincti præsumuntur. *Cardi. in c. cum inter canonicos col. 2. uer. dicunt. Tancre. & Goffre. de electio. Alexan. in. l. furiosum col. 3. in prin. C. qui testa. face. poss. xxxiii. Excommunicatus, qui per hoc tempus inforduerit, damnatur pro hæretico, cum cõtumacia, de hæreti. lib. 6. & priuatur beneficijs. c. rursus 11. quest. 3. & c. quicumque. Roma. singul. 303. de hoc heri. & c. xxxiiii. Excommunicatus propter fauores, receptionem, uel defensionem hæreticis præstitos, seu præstitam, si infra annum absolutionem petere neglexerit, nõ audietur postea: & instabilis, & infamis perpetuò efficitur. *Aut. credentes. C. de hæreti. xv. Clericus per huiusmodi tempus ioculatoriam artem exercens ipso iure priuilegium clericale perdit. c. uni. de uita & hone. cleri. lib. 6. pro cuius textus ampliacione & declaratione ultra Doct. ibi uideatur Lamberti. in tracta. iurispatro. in 26. arti. 9. quæst. primæ par. 2. lib. nu. 3. & seq. fol. mihi 150. xxxvi. Per annum suspenditur ordinarius, seu super, à cõfirmatione & consecratione cõfirmans, uel cõsecrans, sine inquisitione an fuerit recessum ab appellatione & c. c. prouida de electio. lib. 6. xxxvii. Anno laboras in cõcilio pro uniuersalis ecclesiæ negotijs præfertur alijs, etiam quo ad prærogatiuas & antelaciones in gratijs & cõcessionibus. Roma. consi. 333. quoad primum in prin. quod dictum sequitur Feli. in c. ad hæc de rescri. col. 2. uer. adde etiam istis, quod uerbum & c. & istud ego allegabam pro. R. D. Angelo Massarello familiari sanctissimi D. N. & secretario concilij Tridentini, qui uerè in concilio laborauit, ac sudauit, & alit per omne tempus, ut nec uerbum notatu dignum annotare omiserit, adeoq; strenuè se gesserit, ut officium huiusmodi secretariatus concilij cõsensu omnium, quasi præscripsisse cõseatur: & propterea ultra alia eius merita cum alijs in assentione beneficiorum præferendum dicebam. xxxviii. Licet quolibet temporis momento homines mutantur, considerabilis tamen mutatio annalis est iuxta tex. in. l. proponebatur, in fi. ff. de indi. & propterea uidemus uitam humanam per cursum unius cuiuslibet anni, & de anno in annum computari, seu supputari. xxxix. Annus datur ad exequendum iudicium, seu uoluntatem testatoris à die iussus Iudicis, seu Episcopi. Auren. hoc amplius. C. de fideicom. c. non quidem, de testa. Bertran. consi. 83. super isto. uol. 2. in prin. & nu. 5. xl. Annus datur ad restituendam dorem in rebus mobilibus datam soluto matrimonio miserationis causa l. 1. §. exactio. C. de rei uxõ. actio. Pau. de Castro in. l. si donatarius. ff. de condi. ob cau. in fi. ibi quia iste annus. *Cuma. in. l. soluto nu. 8. ff. solu. matri. & quando ex immobilibus empra sunt mobilia, Roma. singul. 225. xli. Annus datur filio, qui dixerat nolle adire hæreditatem matris ad illã adendum. l. filij uer. filius; qui se nolle. ff. ad***

le. ff. ad Tertul. limitatur, nisi alius aduerit, postquam ille dixerat nolle adire. alius esset contra. l. 2. C. de iur. & fact. igno. xxxxi. Annus datur ad excipiendum de dote nõ numerata, quando intra biennium matrimonium soluitur. l. si. cum Auren. quod locum C. de dot. cau. non nume. xxxxi. Annus datur patri & liberis ad petendum bonorum possessionem. l. 1. ff. de success. edi. §. largius. Insti. de bono. poss. §. liberis, xxxxi. Annus datur eisdem liberis ad petendum bonorum possessionem, etiam si ueniant tanquam agnati, uel tanquam cognati. l. si cohæredi. §. filius. ff. quis ordo in bono. possessio. serue. xxxv. Annus datur ad conficiendum inuentarium hæredibus absentibus à locis, ubi sunt res hæreditariæ. l. §. si autem à locis. C. de iure. deli. xxxvi. Infra annum à die scientiæ quicumque hæres sciens hæreditatem sibi de latam illa nõ adita, neque repudiata, ius delibrandi & adendum transmittit ad quoscumque hæredes, si decedat infra annum à die scientiæ suæ, ut intra illum annum possit quicumque hæres adire. l. cū antiquioribus. C. de iure deli. quo casu debent concurrere quatuor requisiti supra breuiter comprehensa, & de quibus latius ibi per Alex. num. 5. uer. item nõ. quod requiruntur plura: & per Ias. latus in 3. not. xxxvii. Annus datur matri secundas cõtractanti nuptias ad petendum tutorem filijs: quod si nõ fecerit, ab eorum successione postea repellitur. l. siue ingenua. §. si mater nõ poterit. ff. ad Tertulia. l. omnem matri. C. eo. Feli. in. c. ecclesia. S. Mariæ de cõstitutio. nume. 56. ibi dum puniunt matrem. Insti. de separatis. Tertulia. §. si. & ibi Ange. num. 3. disputat an debeat intelligi indistinctè, an quoad alium in locum remoti. Et quid si moriatur filius intra annum nõ perito tutore, Bertran. consi. 381. cū ut mihi & c. uol. 2. nu. 4. xxxviii. Immo nõ solum matri (ut dixi) uerum omnibus succedere uolentibus pupillo datur etiam annus ad petendum tutorem. l. sciant omnes. C. de legi. hære. quod procedit, etiam si succedere habentes sint clerici. Feli. in. c. in ecclesia S. Mariæ de constitu. nume. 67. xxxix. Datur etiã annus luctus, intra quem mulier secundo nubere non possit, alioquin sit infamis, & incidat in pœnas in fauorem filiorum à legibus statutas. l. 1. cum alijs sequen. C. de secun. nup. licet de iure canonico secus dicendum uideatur. c. penul. & si. extra eo. & pulchrè per Fede. de Seni. quest. 36. casus talis est. unum tamè notandum nõ omitto, quod cõmunis opi. est non esse sublatas pœnas in beneficium filiorum. Cur. Iunior consi. 94. uideatur præceptor meus Phi. Deci; consi. 283. & diligenter col. 1. xli. Imperia apud antiquos Romanos annua erant. Sallust. in coniu. Catili. in narratione col. 1. ibi Immutato more annua imperia, binosq; imperatores & c. xli. Immo magistratus omnes, & officia omnia regulariter anno terminantur. de tribunatu plebis loquitur Cice. in

Cice. in oratione contra Crispū Sallustium col. 3. uersū. Ego fugax Crispe Salusti furori trib. plebis celsi, utilius duxi quamuis fortunam unus experiri, quā uniuerso populo Romano ciuili essem dissensionis causa: qui posteaquam ille suum annū in repub. perbaccatus est &c. & quod officia regulariter annalia sint, probat tex. in l. fin. C. de offic. Præto. ubi, quod Prætores singulis annis ordinari, seu creari debent. l. neminem, & ibi not. Bar. C. de suscep. & præpo. lib. 10. Boe. Deci. 149. nu. 4. Marri. Laudē. in tracta. officialium quæst. 92. & 114. XLII. Testamentum militis in castris factum per annum ualeat post missionem honestam, uel causariam. l. quod constitutū & l. quod dicitur in prin. cum glo. in uer. missus. ff. de restam. mili. Insti. eo. §. & quod diu castris. XLIII. Reuerso datur annus, intra quem potest petere tempus absentia de medio submoueri ad rem uendicandum. l. quod tempore militiæ. C. de resti. mili. & eo qui resp. & ibi Saly. nume. 1. & 2. examinat, quæ uerior sit opinio Mar. an Bulga. XLIIII. Annus datur ad præsentadum rescriptū ad hoc, ut secundum de primo mentionem nō faciens, dicatur subreptitium. c. plerunq; de rescri. XLV. Annum utilem habet ad conueniendum aduersarium, uel saltem denunciandum, qui examinauit testes ad perpetuam rei memoriam, uel alias lite nō cōtestata: alias lapsō dicto tempore præsumitur examen factum in fraudem, & nō releuat. c. quoniam frequenter. §. sed si actor ut lite. nō cōtesta. & ibi glo. & Bal. Alciat. in tract. præsumptio. par. 2. nu. 15. uersū. ad supradicta etiā facit, quod not. Bal. &c. XLVI. Annus datur ad prosequendum appellationem. Auten. ei qui C. de tempo. appella. c. cum sit Roma. de appella. XLVII. Annus datur inter Romanos ad agendum de nullitate à die sententiæ latae numerandus lib. 1. statu. c. 157. sub rub. statuta cōcernētia capitaneum. XLVIII. Annus datur iudici delegato ad exequendam suam sententiā. c. querēti ante fi. de offic. Delega. Rot. 613. dic quod, in anti. Cassado. 3. de dolo & contu. in fi. ubi etiam reddit rationem quare Auditores Rotæ non exequantur, quod sit propter præsentiam principis. XLIX. Annus datur inter primum & secundum decretum. l. si quis emptionem. §. & si quis C. de præscri. trigi. anno. c. cum uenissent ibi, quod si usque ad annum & diem. de eo, qui mitti in possess. causa rei ser. Specu. in titulo de primo decreto. §. iam de effectu in ultima quæst. num. 33. & an missus ex primo possit infra annum cogere reum ad recuperandum possessionem, & ad ulteriorem iuris prosecutionem, Roma. singu. 406. & an possit prorogari idem Roma. singu. 409. L. iudex ecclesiasticus, qui per gratiam, uel fordes, contra iusticiam pronunciat, ab officio per annum suspendi debet. c. 1. §. si quis autem, de re iudi. lib. 6. LI. Legatum per maritū uxori ne nubat, uel e contrario, infra annum peti nō potest. §. quæ uerò nunc sequitur,

sequitur, uer. unde sancimus, si quis prohibuerit uxorem &c. in Auten. de nupti. col. 4. In cōtrariū tamē est tex. in l. sed si hoc. §. ultimo & l. hoc modo. ff. de condi. & demo. ubi conditio inducens uiduitatem omni loco & omni tempore spernitur: tamen ius Auten. est posterius, ergo uideatur priores leges cessare. aliqui in hoc distinguūt, an sit relictu legatū, ut supra, & cōditio rei ciatur: aut quod cum filijs mater moretur, uel mortem trahat. uide Deci. cōsi. 485. casus de quo &c. 526. & 601. per totum, & 643. nu. 7. LII. Annus datur ad occupandum bona cōtumacis in causa criminali, qui si uocatus intra annū nō ueniat, ei incumbit onus se purgandi, & innocētiā probandi: faciunt pro præmissis. l. anni. l. annus, & l. si. ff. de requi rei. & l. si. cum glo. in uer. annotati. C. eo. LIII. Præscriptio cōtra monasterium non uendicās bona monialis corruptæ, uel secundum alios raptoris monialium, sollicitantis, seu corruptentis, & criminis participum, annalis est. §. si quis rapuerit, in Auten. de sanctis Episco. col. 9. LIIII. Præscriptio contra ecclesiam non uendicantem bona hæretici clerici in defectum agnatorum & cognatorum anno durat. Auten. ut cum de appella. cogno. §. si quis de prædictis, uersū. si uerò liberi & propinqui agnari colla. 9. & in Auten. idem est de Nestorianis C. de hæreti. & Mani. & glo. in uer. intra annale, in dicto. §. si quis de prædictis. & ibi Bar. in 2. not. assignat rationem, quare restringitur ad annū ista præscriptio: & ratio est, quia ecclesia tractat de iure acquirendo, alias secus esset. LV. Feudum guardia, seu quod datur ratione guardia, & castaldia, annale est. cap. 1. de feu. guard. ubi tamen uideatur Ifern. LVI. Feudatarius si infra annum & diem post mortem patris, uel illius cui succedit, uel post mortem Domini non petit inuestituram, feudum amittit. c. 1. §. præterea si quis infeudatus de prohi. feu. alie. per Fede. & ibi Ifern. declarat nu. 27. in uis. feu. c. 1. quæ sue. prima cau. bene. amiten. Er an ipso iure cadat, an sit opus sententia, optimè per Cardi. Zabba. consi. 74. redemptoris nu. 1. uersū. ad primum. LVII. Annalis possessio uasalli sciente domino facit, quod stetur eius iuramento super inuestitura per se, uel patrem obtenta. c. 1. §. si autem aliquis in possessione, si de inuesti. inter domi. & uasal. lis oria. & ibi Ifern. & idem Ifern. super hac rub. cir. medium ibi, intellige si per annum possedit. LVIII. Annale silentium præiudicat Domino scienti quoad redemptionem feudi, quo tamen potētiore est proximus agnatus, si feudum sit paternum. c. 1. §. porro quali. olim pote. feu. alie. LIX. Annale silentium excludit filium, seu proximum agnatum à reuocatione feudi. c. 1. §. Tirus si de feu. de fun. mili. sit contro. inter domi. & agna. & ibi declarat glo. in uer. per annum. Roma. cōsi. 70. uis. themate & quæstione col. 2. uersū. tertio istam sententiā, ibi si agnati eiusdem progeniei infra annū &c. Deci. cōsi. 328.

In casu proposito nu. 2. cum se. LX. Annus datur agnatis emphiteo-
 ra, seu alijs facultatem habentibus petendi renouationem emphiteusis
 per generationē finitā. Roma. in præalleg. cōsi. 80. uisus themate. Alex. in
 addi. ad Bar. in l. sicut C. de præscrip. trigin. anno. in uer. quæro certe sic
 cir. medium uerfi. & idem in emphiteusi, uel re ecclesiastica &c. Deci.
 consi. 338. in casu proposito post princ. nume. 2. Iasin. l. petens C. de pact.
 nume. 10. LXI. Vicini priuilegium per Bullam Sixti, quæ est perpe-
 tua, seu per Decretum camerale, quod in domo uendenda, seu uendita
 alijs præferatur cum clausula, quod uenditio alteri facta nullius sit ro-
 boris: licet aliquem terminum non præfigat ad retrahendum rem alie-
 narā, seu declarandum, quod ipse uicinus eam uelit, anno durat à die
 scientiæ alienationis factæ. Alex. in addi. ad Bar. in præalle. l. sicut C. de
 præscrip. trigin. uel quadra. anno. in uer. quæro certe cir. medium uerfi.
 & idem per hoc uidetur dicendum in uicino &c. Roma. in l. Prætor. §. si.
 num. 2. ff. de no. ope. nunti. inducēs ad statutum reuocans alienationem
 rei factam in nō uiciniorē. LXII. Annalis dilatio, seu annale rescri-
 ptum per principem cōceditur de interim nō soluendo, & sufficit iura-
 mentum super urgenti necessitate sine fraude alia probatione.
 Et in quo differat à quinquennali dilatione, Nic. Boe. latē Deci. 296. prin-
 ceptus potest cōcedere &c. LXIII. Naufragium passum infra annum
 probari debet coram iudice illius loci, & denunciari. l. 2. C. de Naufrag.
 lib. xi. Nec requiritur citatio partis ad uidēdum iurare testes. Bar. in di-
 cta. l. 2. & Iacobi. de S. Geor. in l. cum his. §. transactiones in prima & se-
 cunda lectu. ff. de transactio. LXIII. Anno expirat compromissum
 in tertium collatum. Bar. in l. si quis arbitrato nu. 8. uerfi. si uerō arbitra-
 mentum conferretur in tertium &c. ff. de uerb. obli. Sed uidēda sunt, quæ
 tradit ibi Alex. nu. 16. & 17. LXV. Annalis est petitio emendationis
 extimi suorū bonorū, uel cēsus, seu cathastri. l. qui grauatos c. de censu. &
 cēsi. lib. xi. Bart. in l. forma §. si. ff. de censu. LXVI. Annus excusationis
 à tutelis datur post reuersionem cuiusq; qui absens fuit causa militiæ,
 uel reipublicæ. l. non solum in princ. & §. 1. & ibi Bald. ff. de excu. tuto.
 LXVII. Annus datur Cōsortibus, seu in communione rem habēti-
 bus, uel proximioribus, qui ex statuto uel consuetudine, iuxta tex. in c.
 cōstitutus de resti. in inte. Deci. cōsi. 282. uiso pūcto col. penul. in fi. & col.
 fi. LXVIII. Annale est edictum seu interdictum, Vnde ui. l. 1. §. an-
 nus. ff. de ui. & ui arma. l. 2. C. un. ui. LXIX. Annalis est edicti pœna,
 si quis ius dicenti nō obtem. l. uni. in fi. sub hoc titulo. ff. LX. Dupli
 iudicium datur intra annum utilem in eum, qui liber esse iussus fuerit,
 si dolo eius post mortē Domini, & ante aditam hæreditatem furtū uel
 dānum in bonis hæreditarijs factum fuerit. l. 1. in prin. ff. si quis in testa.
 lib. esse

lib. esse. in ff. sue. LX XI Rescissoria utilis restitutione habita, seu ad re-
 stitucionem in integrum petēdum annalis est. l. si. C. ex qui. cau. maio. Et
 ideo sic locutus sum alternatiuē, ut complecterer utraq; lecturam, ut
 per Bar. & Bald. ibi. LX XII. Actio de calumnia ad duplum annalis
 est. l. 1. in prin. & l. annus. ff. de calūnia. LX XIII. In actione Aquilia
 cōsideratur, quanti in anno homo plurimi fuerit. l. 2. in prin. & l. lita uul-
 neratus uerfi. nam qui prior uulnerauit. ff. ad leg. Aquil. Ange. Insti. eo.
 nu. 7. super glo. in uer. in eo anno. LX XIV. Actio in factum contra
 officialem, uel eius hæredes, ad duplum anno durat. l. datur, & ibi Bart.
 nume. 3. ff. ad leg. Iu. reperun. LX XV. Actio contra publicanum, uel
 eius familiam, ad duplum datur ad annum. l. 1. in princip. ff. de publica.
 LX XVI. Actio in factum ex edicto de alie. iudi. mutan. cau. fa. anna-
 lis est. l. uel annus sub hoc tit. ff. & l. post uendicionem in fi. & ibi glo.
 fi. declarat. ff. de aqua plu. arcen. LX XVII. Actio ex edicto, Quæ in
 fraudem creditorū facta sunt, annalis est. l. 1. in prin. ff. quæ in frau. credi.
 & l. ait Prætor in prin. & §. annus & §. hæc actio post annū. LX XVIII.
 Actio Quāto minoris prætoris competens ei, qui uitiosum animal igno-
 rans emit, finitur anno. l. sciendum tamen. §. si. ff. de edili. edil. cum pro-
 ponas in fi. C. de edili. actio. LX XIX. Actio Deiecti, uel effusi, ubi li-
 ber homo perimitur, anno terminatur. l. si uerō plures. §. quæ autem. ff.
 de his, qui deie. uel effu. LX XX. Actio Iniuriarum annalis est. l. si nō
 cōiuit. C. de iniur. LX XXI. Actio ad interesse cōtra eum, qui ede-
 re tenebatur, anno durat. l. ult. ff. de eden. LX XXII. Edictum, Ne
 quis eum, qui in ius uocatus est, ui eximat, annale est. l. penul. in fi. ff. eo.
 LX XXIII. Actio Quod merus causa in quadruplum annalis est. l. si
 cum exceptione in prin. & §. post annum & Bar. in §. si quis in fi. ff. quod
 mer. cau. LX XXIV. Actio Vi bonorum raptorum cōtra hæredem
 donatoris ad quadruplum infra annum competit. l. 2. C. ui bono. rapto.
 LX XXV. Actio de peculio contra alienantem seruum cum peculio
 annalis est. l. & ancillarum. §. & si seruus. ff. de pecu. LX XXVI. Actio
 mutui, quæ datur ei, qui studiorum aut legationis causa mutuauerit filio
 familias pro necessarijs impensis non obstante senatusconsulto Macedo-
 niano, annalis est. l. Macedoniani. C. ad senatuscō. Maced. LX XXVII.
 Actio Domino cōpetens ad uendicandum seruum eo ignorante ad or-
 dinem ecclesiasticum promotum, annalis est. §. si seruus sciēte domino,
 in Autē. de sanctis. Episc. colla. 9. c. si seruus sciēte 54. dist. LX XXVIII.
 Actio reuocatoria, quæ datur cōtra debitorem liberatum in fraudem,
 annalis est. l. si. C. de reuoca. his, quæ per frau. alien. sunt. LX XXIX.
 Actiones deniq; prætoris pro maiori parte annales sunt. §. eas uerō. In-
 sti. de perpe. & tempo. actio, & ibi assignatur ratio, quæ est, quia Prætor
 anno

anno durabat. x. c. Interdicta etiam, ut plurimum, annalia sunt. l. i. in fi. ff. de interdi. præsertim ea, quæ ueniunt ex maleficio, aut nõ contineat rei persecutione. glo. fi. in dicta. l. i. in uer. interdictorũ uerfi. sin autem sunt ex maleficio. Sufficiat prædicta cumulasse super annali termino pro hac regula, & pro illa de Annali quæ est infra, quæ spero iunioribus nõ iniucunda fore, facile enim quid iura circa spatium unius anni statuerint, inuenient quibus alios casus (quos ne ultra quam deceat longior sim, neue annum in cumulando annalia cõsumam) alij uerò in legendo, omitto, addere poterunt. Sat mihi sit rationibus aliquibus probasse summum Pontificem optima consideratione motum, ad tale tempus, ralemq; terminum in hac regula præfigendum, tanto magis exemplo, & auctoritate tor iurium.

- 1 QVINTO QUARO, ¶ cum Papa reualidauerit literas ultimi anni Cle. vii. & ultimi anni Pauli tertij immediati Pontificis, quare etiam non reualidat concessionem omnium annorum Pauli? nam si regula ista emanauit ad subueniendum negligentibus in præsentando, uel exequi faciẽdo suas literas tempore aliorum summorum Põtificum obrẽras, maior negligentia erit illa de ultimo anno Cle. quàm de primis annis Pauli: minor autem negligentia, uel minus peccatum facilius ueniam seu remissionem inuenire debet. Et certè durus uideretur hic sermo, quod etiam magis confirmo. nam difficilior lex & princeps parit bis in eodemmet casu negligenti, uel bis peccanti, quàm semel. & pro primo dicto, quod
- 2 negligentiæ seu peccata grauiora censeantur, quanto diutius durarunt, naturalis ratio hoc clarè ostendit, & est tex. in c. fin. in prin. de consue. c. nõ debet in fi. ibi, cum diurnitas temporum nõ minuit peccatum, sed
- 3 auget, tantoq; & c. Pro secundo uerò dicto, quod reiterando negligentiam seu peccatum difficilior subueniatur, difficiliorq; indulgeatur, est tex. clarus in l. nemo deinceps circa fi. C. de Episcop. audi. ibi, ut remissionem ueniam crimina nisi semel cõmissa, & subsequen. uerbis. & etiam ibi nor. Bar. in fi. facit. c. hoc uestre cum glo. i. xi. distin. Feli. in c. postulasti, col. 4. uerfi. & per istum tex. de rescri. Paris. consi. i. num. 70. uol. i. De duplici autem negligentiã constat. nam fe. re. Paulus tertius, per regulam suam huic nostræ similem reualidauit literas per prædecessores cõcessas prout in hac regula, & sic illas ultimi anni Cle. vii. & sic quoad Cle. vii. de ultimo anno concurrunt duæ reualidationes, una per fe. re. Paulum tertium, altera per sanctissimũ D. N. Iulium tertium: ergo minus uidebatur indulgendum fuisse antiquiori negligenti, uel dupliciter negligenti. Posset tamen dici, quod cum simus in cõcernentibus ius positium, libera fuerit potestas magis in uno casu, quàm in alio, uel in uno tempore, quàm in alio prouidendi & disponendi. Vnde ¶ sufficiat dicere, sic est scriptum

scriptum glo. in uer. ratus in l. i. s. pueritiã. ff. de postulan. glo. in c. ius generale in fi. i. distin. latè Feli. in c. si quando de rescri. col. 8. in uerfi. ubi uerò agitur de iustitia positua. & cum Papa procedat reualidando per uiam gratiosam, nemo cõqueri poterit, quod alteri seu in altero casuum uberior gratia cõcessa sit. & ad id posset adduci illud Euangelij, Amice non facio tibi iniuriam: & sicut nouissimi primi, & primi nouissimi.

Regula Vndecima.

¶ Reuocat omnes expectatiuas, & reseruaciones etiam mētales, & coadiutorias, & facultates nominãdi.



TEM Reuocauit quascunque expectatiuas, & collationes, mutationes, ac reualidationes, & extensiones, eas quomodolibet concernentes, etiam si qui per eas in canonicos sub expectatione præbendarũ, uel portionum creati, aut recepti fuissent. ¶ Necnon alias quàm super quibus per Cancellariã Apostolicã literã in forma solita expediri consueuerunt, reseruaciones etiam mētales, perinde ac si non emanassent de quibusuis etiam Patriarchalibus, Metropolitanis, & aliis Cathedralibus ecclesiis, ac Monasteriis & beneficiis uacaturis cum prouisionibus, & commendis, aliisq; dispositionibus, seu de prouidendo & commendando, aliasq; disponendo mandatis & extensionibus inde secutis. Nec absque cõsensu coadiutorias, seu coadiutorum deputationes, etiam cum successione, per dictum Paulum & alios Roma. Pont. suos prædecessores in fauorẽ quorumcunque, & quibuscunque etiam. S. R. E. Cardinalibus, & sub quibusuis uerborum formis, etiam motu proprio, & de Apostolicã potestatis plenitudine, seu consistorialiter concessas, & factas. ¶ Ac facultates nominandi, & reseruandi, conferendi, commendandi, & alias disponendi, quæ ab eisdem prædecessoribus emanarũt, illarumq; uigore factas nominationes, & reseruaciones quo ad ea, in quibus nondum uerè non autem per decretum in illis appositum sunt sortitæ effectum.

ta effectum. ¶ Nec alicui quascunq̄ declarationes aut præseruatiuas, uel ex tunc prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiuas & reualiditiuas clausulas, uel adiectiones, etiã si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum fortitas esse, & ius in in re quãsitum fore aduersus reuocationem huiusmodi, in aliquo suffragari. ¶ Ac tenores & formas omniũ præmissorum pro expressis habere uoluit.



REGULA Ista in pluribus differt à regalis antiquis, prout uidere est in illa Sixti, & Innocentij. concordat autem in omnibus cū illa Pauli tertij. & potest diuidi in sex partes principales. In prima reuocat expectatiuas cum inde secutis declarãdo seu ampliando, prout in ea. & illud uerbũ Eas, debet interpretari, scilicet expectatiuas.

In secunda quæ est ibi, Nec non alias, extrãdit reuocationes ad alias reservationes, etiam emtales, limitando ibi, Quàm super quibus. In tertia ibi, Nec non absque cõsensu, reuocat coadiutorias cum limitatione ibi, Absque consensu. In quarta ibi, Ac facultates, reuocat facultates nominandi, & alias, prout ibi, limitãdo ibi, Quo ad ea in quibus &c. In quinta ibi, Nec alicui, remouet obstacula, uel ampliat prædicta, etiam si declarationem præseruatiuam &c. In sexta & ultima ibi, Tenores &c. uult tenores pro expressis haberi.

PRIMA quæst. Quare facta fuit regula ista reuocatoria?

SECUNDA quæst. Quæ expectatiuæ, seu reservationes reuocatæ sint per hanc regulam.

TERTIA quæst. Quid uelint illa uerba, Reuocauit reservationes etiam mentales, sed non illas, super quibus in Cancellaria consueuerunt expeiri literæ in forma?

QUARTA quæst. Mentales reservationes, quæ sint, & quid operentur?

QVINTA quæst. Quoruplex sit coadiutoria, & ad quid inuenta?

SEXTA quæst. ad quid limitatio absque consensu, & ampliatio etiam cum futura successione?

SEPTIMA quæst. iuxta 4. partẽ reuocatoriam facultatum nominãdi &c. quid uelut illa restrictio, quoad ea in quibus nondum uerè &c.

OCTAUA quæst. iuxta 5. partem, quid uelint illa uerba, quod præseruatiuæ, restitutiuæ, & reualidatiuæ, clausulæ &c. non refragentur contra hanc reuocationem?

NONA quæst. quid operentur illa uerba, Ac tenores & formas? &c.

DECIMA quæst. an regula ista sit iuri & rationi consona, & sic exten-denda & amplianda, uel dissona & odiosa?

V N D E C I M A

V N D E C I M A quæst. an alternatiuæ ordinarijs, seu alijs concessæ sint reuocatæ per istam regulam?

D V O D E C I M A quæst. an regula ista habeat locum in expectatiua super dignitate, & præbenda, si iam sortita est effectum in dignitate, sed non in præbenda?

D E C I M A T E R T I A quæst. an per istam regulam sint reuocatæ facultates nominandi uel conferendi Regibus concessæ?

1 **P R I M O** † quæro, quare facta fuerit regula ista reuocatoria expectatiuarum creationis in canonicum & reservationum? & breuiter, quia dubitari poterat, tan per obitum prædecessoris euauerint expectatiuæ, & reservationes, & alia, de quibus in hac regula per. c. si cui nulla, in fi. & c. penul. de præben. lib. 6. c. si super gratia, de offi. Delega. & c. si de concess. præben. eo lib. Rot. 285. si Episcopus in no. meritò emanauit regula ista ad tollendum omne dubium.

2 **S E C U N D O** quæro, quæ expectatiuæ, seu reservationes sint reuocatæ, & an omnes indistinctè? pro ista opinione, quod omnes, facit quod † indefinita æquipollet uniuersali. l. si plures gradus, & ibi Barr. ff. de lega. 3. l. si pluribus in prin. & ibi Bar. ff. de lega. 2. Bar. in l. omnes populi in tertia quæst. 6. quæst. princ. nu. 57. Anchara. post Dy. super rub. de reg. iur. lib. 6. in 3. quæst. princ. nu. 3. & seq. quod maximè procedit, quando indefinita profertur à lege. Anchara. ubi supra uersi. nam prolata à lege sine dubio æquipollet. Et nos in hoc casu sumus. uerbũ enim Reservationes, à regula, & sic à lege prolatur est. quo uerò ad expectatiuas, non uideatur dubium, quia regula loquitur per uerba uniuersalia uidelicet, Quascunque expectatiuas &c. In cõtrarium, quod nõ comprehendat omnes expectatiuas, & reservationes, facit Glossator hic in secunda col. in uer. hic dicitur, quod reuocat Papa &c. ubi etiam arguit à cõtrario sensu. Faciunt tradita per Staphi. super signatura fol. 108. qui similiter arguit à cõtrario sensu. Aene. de Falc. in tracta. refer. in 20. quæst. 5. quæst. prin. fol. 58. in prin. & fol. 69. à ter. & qui uellet adhærere huic opinioni, ad cõtraria posset respõdere, quod † indefinita æquipollet uniuersali ex benignitate, & interpretatione, non ex propria significatione. Barr. in dicta. l. si pluribus. ff. de lega. 2. num. 4. ubi dat exemplum, quod aliud est dicere, Omnis homo currit, & simpliciter, Homo currit. Idem Barr. in dicta. l. omnes populi, nu. 57. Deci. in l. 1. nu. 16. ff. de reg. iur. Insuper † prædicta regula limitatur habere locum solum, quando est eadem ratio. Bar. in dicta. l. si pluribus nu. 6. uer. sed certè ista ibi, & tunc aut est eadẽ ratio &c. & in dicta. l. omnes populi ante nu. 58. ibi, cõgrua expositio est, ut æquipollet uniuersali, in quibus est eadem ratio. Deci. consi. 33. uisõ puncto nume. 4. & consi. 173. nu. 3. unde cum uideatur diuersa ratio in casibus, de quibus

R loquuntur

loquuntur prædicti, & si regula ista dici potest odiosa (quod infra quæst. 7
 5 10. tractabo)† uideretur cessare dictum argumētum de indefinitis ad uni-
 uersale. c. quamuis el primo. §. 1. & ibi ad hoc not. Gemini. lib. 6. Bar. in. l.
 2. nu. 3. & Iaso. nu. 18. ff. de libe. & posthu. & Bar. & alij in præallegata. l. si
 pluribus. ff. de lega. 2. Qui uero uellet impugnare istam secundam opin.
 posset respōdere, quod Glossator, & alij supra allegati, loquuntur in alio
 casu, uidelicet super regula aliter disponēte, & quæ habebat clausulam
 uidelicet, Quæ in aliqua sui parte sunt sortitæ effectum: quæ clausula nō
 est in nostra regula: ergo nō uideretur cadere talis disputatio. Quid igitur
 tenendum est? cōcluserem, quod reuocentur omnes expectatiuæ, & re-
 seruationes, etiam post acceptationem beneficiorum uacantium nō sub
 secuta prouisione ante reuocationem per dictum. c. fin. in fi. de concessi.
 præben. lib. 6. per rationem de qua ibi, quod nō fuerit ius in re acquisitū.
 idem tenet Rot. 695. Dic quod reuocatoria, in anti. & ratio rationis est,
 6 quia† per prouisionem seu collationem de beneficio uacante acquiritur
 ius in re. Fran. in dicto. c. fi. §. sanè in ultimo not. de cōcessi. præben. lib. 6.
 Cardina. consi. 135, factum sic se habet, col. fi. ante nu. 24. Paris. consi. 142.
 lib. 4. nu. 8. Insuper quantum ad expectatiuas, ut dixi, Papa utitur uerbo
 uniuersali, quod etiam uideretur respicere omnia inferiora, ut dicamus,
 Reuocauit quascunque expectatiuas, quascunque reseruationes, etiam
 mentales &c. & sic uideretur tolli omnis, difficultas quantum uerò attinet
 ad reseruationes, quia in tex. adest limitatio, de qua in proxima sequen-
 ti quæst. interpretatio facienda erit cum illa limitatione.

TERTIO Quæro in secunda parte ibi, Necnon alias quàm super quibus
 1 per cæcellariā &c. † quid uelint ista uerba: & quæ limitatio sit ista uideli-
 cet; Reuocauit reseruationes etiam mētales, sed nō illas super quibus in
 Cæcellariā cōsueuerūt expediri literę in forma, Quæ reseruationes exci-
 piantur, super quibus sit talis consuetudo expediendi, & quæ sit ista for-
 ma, & in hoc passu quilibet etiam peritissimus uideri meo dubitaret:
 Glossator tamen in fi. regulæ aliqua dicit, tamen inuolūtè: & dat exem-
 plum de prouisione per uacationē propter contractum matrimonij, &
 per munus consecrationis, ponēdo formam, Prouidemus de tali eccle-
 sia per munus cōsecrationis sperantes uacare talia beneficia, quæ dona-
 tioni, seu dispositioni nostræ reseruauimus &c. & idem Glossator huius-
 modi dictum suum corroboret autoritate & relatione illius, qui regu-
 lam suo tempore condidit. & cum ipso Glossatore transit Aene. de Falc.
 in tracta. referu. in 20. quæst. 5. quæst. prin. ante nu. 20. fol. mihi 58. in prin.
 dicens istud esse mirabile. Ego autem dico, quod quando Papa prouid-
 det de beneficijs uacantibus in curia seu apud sedem Apostolicam, pu-
 ta per resignationem in curia factam, per obitum alicuius in ea residen-
 tis &

ris & alijs modis, de quibus in. c. 2. & in. c. præsentī de præben. lib. 6. ubi
 deciditur, quod alius præter Romanum Pontificem in illorū dispositio-
 2 ne se intromittere nō potest. † forma Cancellarię cōsueua est, Dudum si-
 quidem omnia beneficia ecclesiastica cū cura, & sine cura, apud sedem
 Apostolicam legitimè uacantia, & in antea uacatura, collationi & di-
 spositioni nostræ reseruauimus, decernentes ex tunc irritum &c. Vide-
 tur igitur uelle dicere Papa, Reuocamus omnes reseruationes, sed non
 istas, super quibus Cancellaria solita est cōcedere bullas. & si loquimur
 de bullis expediēdis in forma Rationi congruit super cōcessis per Pau-
 lum tertium, posito principio, Rationi congruit &c. Bullæ super istis re-
 seruationibus loquentur in tertia persona uidelicet, Collationi & dispo-
 sitioni suæ reseruauit. & nisi in regula huiusmodi adesset ista clausula li-
 mitatiua, potuisset dubitari, an nō obstante regula Rationi congruit, de
 qua supra, potuissent nunc apponi istæ clausulæ in dictis concessionibus
 Pauli tertij, super quibus nunc bullæ seu literę expediuntur. Cogitabam
 etiam, an ista uerba limitatiua possent colligi de clausulis in supplicatio-
 3 ne poni solitis, quæ postea in literis apponuntur uidelicet, Et cum clau-
 sula generalē reseruationē &c. & alia uidelicet, † Generaliter uel specia-
 liter reseruatis. de quibus clausulis per Gemini. consi. 12. ubi etiam decla-
 rat, quot sint reseruationes, post medium uerfi. secundum quia tacuit re-
 seruationes, usque in fin. consi. & D. Sarnen. in tracta. mandatorum de
 prouidendo nume. 114.

QUARTO Quæro pro nouis, quia reuocantur etiam reseruationes men-
 1 tales, † quæ sint istæ reseruationes mētales, & quid operentur? Et breui-
 ter de utroq; ne dicta aliorum transplantare uidear, uideatur Cassado.
 dec. ult. de concess. præben. & latissimè per eundem in tract. reserua. dec.
 2 4. mentalis reseruatō &c. cum tribus dec. sequen. ubi concludit istas † re-
 seruationes mentales inuentas esse, ut fauore speciali Papa aliquos pro-
 sequi possit, declarando mentis suæ fuisse de tali beneficio tali prouide-
 re. & mandat fieri prouisionem de die reseruationis, seu potius uacatio-
 nis, uel antea uel post, ut liber. Et in dictis decisionibus ponuntur etiam
 clausulæ necessariæ ad tollendum huiusmodi mentales reseruatō-
 3 nes. Et mirabile est, quod ille † animus in mente retentus operetur, con-
 tra tex. in l. si reperendi cum glo. in prin. C. de condi. ob. cau. c. 1. ibi. licet
 uoluntatem præstandi habuerit, & ibi glo. in uer. uoluntatem uerfi. item
 est argumentū &c. dat cōcordan. Bal. in l. 1. col. 9. nu. 32. uerfi. circa secun-
 C. qui admitt. ubi norabiliter dicit, quod consideranda est iuris autori-
 tas & uoluntas non clausa in mente, quæ nihil ualeat in actis hominum;
 sed aperta uerbo, uel implicita factis: & postea subdit, quod animi cogi-
 tatio est sicuti posthumus in utero, qui si nō nascitur, nihil est. Idem Bal.

R. ij in consi.

- in consi. scismatis posito sub tit. C. si qui ali. testa. prohi. nu. 21. uersi. **Item** mens in corde retenta nihil operatur in actibus humanis. Iaso. in l. si ira legatum §. illi si uolet num. 1. ff. de lega. 1. At mirabilius est, quod animus, qui forsan de præterito talis non fuerat, superueniens postea retrorahatur: tamen & quia ita seruatur, & quia Papa potest, & quia + principis mens & intentio censetur se cum iure uel æquitate, uel aliqua rationali causa cõfrontare, iuxta dictum Bald. in l. ex facto. ff. de uulg. & pupil. uersi. in tex. ibi uoluntatem. Et Rui. consi. 60. ante num. 5. uol. 5. Deci. consi. 64. & diligenter col. penul. nu. 7. Paris. consi. 11. lib. 1. nu. 127. Credendum est, quod Papa etiam in istis mentalibus reseruacionibus optimè & rationaliter procedat.
- 1 **QVINTO** quæro iuxta 3. partem reuocatoriam coadiutoriarum, + quod duplex & quid sit coadiutoria? Ad primum respõdeo, quod duplex, uidelicet, una in temporalibus, altera in spiritualibus. De prima loquitur tex. in c. 2. de supplen. negli. præla. lib. 6. ubi propter negligẽtiã, & etiã remissionem illius, qui præest, datur coadiutor in regno, faciunt tradi. per Io. Firma. in tracta. de Episco. in 3. quæst. 1. lib. ubi etiam refert Venetijs nouum Ducem creatum, existente adhuc Francisco Fuscaro Duce iam senio confecto & inuili: Altera uerò, quæ datur in spiritualibus, de qua loquitur Regula, est duplex: una simplex, seu temporalis, uel ad tẽpus. altera cum futura successione. De prima loquitur tex. in c. de rectoribus in c. ex parte, & c. si. de cleri. ægro. & infinita alia iura, quorum aliqua infra adducam. + de alia cum futura successione, non inueni tex. sed credo magis adinuẽtam esse ad fauorem & cõmoditatem particularem, quàm ex conformitate iuris: quia mortuo uel alias deficiente in Episcopatu, seu superioribus uel inferioribus beneficijs, eo, qui præerat, uel cessante causa propter quam coadiutor est datus, cessat ratio, quæ interuenit, seu considerari potuit in deputatione coadiutoris, cum ulterius non sit cui, uel propter quam causam coadiuuat. Et quod ista deputatio coadiutoris cum futura successione, sit solum à stilo adinuẽta, non autem à iure, firmat Cassado. Deci. 2. de resti. spolia. nu. 2. Qui uerò + tenere uellet coadiutoriam cum futura successione habere cum iure canonico conformitatem, adducere posset tex. in c. petisti 7. quæst. 1. quod ita summatur uidelicet, quod senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat. sed c. nihil antecedens in fi. & c. quia frater, aliud uidentur disponere, uidelicet quod non successor, sed coadiutor detur. facit Firma. in dicto tracta. Episco. quæst. 3. lib. 1. ubi ad id inducit dictum c. Petisti, uidelicet quod possit dari Episcopo seni coadiutor, qui ei succedat. ut cunque sit, Papa id potest, idq; facere consueuit. Pro alijs uerò, quid sit
- 6 **co** adiuutoria, & + quod detur suspecto de dilapidatione, leproso, epilentico, furioso

- co, furioso, nel dementi, seni, uel propter infirmitatem, seu alias impedimento suum exercere officium, prout in iuribus supra allega. & in c. uni. de cleri. ægr. lib. 6. uidetur etiã omnino pro præmissis, & pro omnibus, quæ in materia coadiutoria & coadiutorum desiderari quasi possint Io. An. in c. si. de cleri. ægro. qui melius cæteris loquitur, ponens undecim quæst. principales, à quo postea omnes loquẽtes in hac materia habuerunt, & plerique tacito authore surripuerunt, & transplantarunt eius dicta. uideatur etiam Io. Syl. in tracta. de beneficio in 2. par. quæst. 4. Duo tamen notabilia & noua in hac materia subiiciam. Vnũ est, quod Domini mei de Rota tenuerunt die 14. Nouembris. 1548. in una Leodien. canonicarus,
- 7 in qua ego etiã scripsi, quod + coadiutoriam impetranti narranti ætatem & alia impedimenta illius, cui fuit datus coadiutor, non sufficiat probare impedimentũ ætatis tantum. Alterũ sit, quod iidem Domini de Rota resoluerunt die 17. Octobris dicti anni in alia causa Legionen. separationis,
- 8 quod + coadiutor ratione ætatis non possit unire, nec dismembrare, nec cõferre beneficia. Non curo hic referre motiua & argumenta, ne longior sim extra materiam Regulæ, sed sat superq; sufficiat tantorũ patrum authoritas, & maiestas, quibus merito oēs alij iudices Urbis & orbis, quantumq; potentes & supremi, assentiunt, & se eorũ iudicio subiiciunt.
- 1 **Sexto** quæro iuxta eandem tertiã partem, + ad quid limitatio & ampliatio hic contenta, & quid inferant, quidue operentur? ut Moderni melius intelligant, reuocando (prout præmissi) coadiutorias, limitat non habere locum nisi in coadiutorijs absque cõsensu: postea ampliãt reuocato themate ad coadiutorias etiam cum futura successione. ac si diceret, Reuocamus coadiutorias etiam cõ successione, & in fauorem quorumcunque &c. sed non illas, quæ cum expresso consensu prælatorum, seu beneficiatorum, qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia obtinebant. Vnde necessariò cõcludendum est, quod coadiutoria ultra præmissam distinctionem dupliciter per summum Pontificem constituitur, aut cum consensu, aut absque cõsensu: cum & Papa in spiritualibus sit Dominus absolutus, ad sui libitum absque alicuius cõsensu potest dare coadiutoriam. & quod + coadiutor detur de cõsensu illius cui deputatur, & etiam sine consensu, facit tex. supra allegatus in c. rectoribus cum 3. seq. de cleri. ægro. & c. uni. eo. lib. 6. & merito sit ista restrictio in reuocatoria coadiutoriarum, quæ sine consensu, quia illæ cum cõsensu sunt magis fauorabiles, & quando fieri potest, uel locus est consensui, deberet ille interuenire. Paris. consi. 49. ad primum nu. 36. & 38. lib. 4. & istæ coadiutoria cum consensu, ex stilo curiæ solitæ sunt præseruari. Cassado. decis. uni. de pact. nume. 4. ibi tantum enim præseruantur coadiutoria de cõsensu, & suspenduntur aliæ non habentes consensum. Rationaliter igitur regula ita

la ita limitauit & ampliauit, & nisi ita declarasset, in utroq; poterat ma-
 3 gnum dubium oriri. † Et forma coadiutoria cum cōsensu est talis, uide-
 licet. Cū enim rector &c. iam in 60. anno. & ultra constitutus, ac ali-
 quibus infirmitatibus aggrauatus existat, ut de cætero regimini &c. per
 se ipsum intendere posse nō speret, ac propterea, seu ex certis alijs cau-
 sis &c. cupiat deuotum &c. sibi in coadiutorem, ac onerum dictæ eccle-
 siæ subleuatorē in regimine & administratione ecclesię huiusmodi in spi-
 ritualibus & temporalibus constitui & deputari, supplicat &c. quate-
 nus dictum &c. præfato. N. quoad uixerit & dictam ecclesiam obtinuerit
 in coadiutorem perpetuum & irreuocabilem &c. cum plena & li-
 bera &c. & ecclesiam prædictam &c. quam primū illa per cessum uel
 decessum seu quancunque aliam &c. ex nunc prout ex tunc eidem ora-
 tori conferre &c.

SEPTIMO QUÆRO iuxta 4. partem reuocatoriā facultatū nominādī &c.

1 † quid uelit illa restrictio quoad ea in quibus nōdum uera &c. Et breui-
 ter, uult dicere, Reuocamus facultates &c. in illis partibus, in quibus nō
 sunt sortitæ effectum. postea declarat de quo effectu intelligendum sit,
 & dicit de uerō, quasi dicat non de ficto, qui resultat ex decreto Irritū.

2 † quod decretum à principio ligat etiam ignorantes, etiam ante adim-
 pletas cōditiones. Cassado. dec. 1. de decre. in reserua. cū duabus sequen-
 & destruit quicquid in cōtrarium reperit. c. si eo tempore ubi etiam glo.
 in uer. ignoranter, de elect. lib. 6. Rui. consi. 70. quia id. &c. uol. 5. nu. 8. uer.
 cum clam nec non irritum &c. & latius dixi super. 7. reg. Ex quibus ui-
 debatur posse dubitari, quod per appositionem huiusmodi decreti gra-
 tia censenda erat quasi effectiuata, & quod effectum sortita fuerit à prin-
 cipio interpositionis huiusmodi decreti. immo ista declarantur ex eadē
 regul. infra in 5. part. ibi, etiam si in eis decretum esset illas ex tunc effe-
 ctum sortitas esse, & ius in re quæsitum fore: & sic uerba in una parte
 cōstitutionis posita declarant aliam partem. l. qui filiiabus. ff. de lega. 1. &
 l. cum quærebatur. ff. de lega. 2. Vnde † arguendo etiam de casu ficto ad
 casum uerum, ad tradi. per Bar. & Ias. in. l. is qui pro emptore. ff. de usur-
 cap. & de fictione per Papam inducta loquitur Paris. consi. 44. nume. 8.
 5 uol. 4. ubi concludit, † quod potest fingere nō prius expressum iam fuisse
 expressum. Regula excludit istum casum fictum, qui resultare poterat
 ex decreti appositione: remanebunt igitur ualida ea, quæ uerè uigore
 huiusmodi facultatum &c. sortita sunt aliquem effectum, uidelicet in ea
 parte, in qua effectum sortita sunt.

1 OCTAuo QUÆRO, iuxta quintam partem, † quid uelint illa uerba, quod
 præseruatiuæ, restitutiue, & reualiditiuæ Clausulæ &c. non suffragentur
 cōtra hanc reuocationē? Et sciāt noui in curia, quod in cessione gratia-
 rum, de

rum, de quarum reuocatione hic agitur, & etiam in alijs plerisq; appo-
 ni solitæ sunt clausulæ prægnantes & fortissimæ pro conferuandis gra-
 2 tijs huiusmodi, & intra alias clausulas istæ, de quibus hic, † sub hac for-
 ma uidelicet, Cum derogatione quarūcunq; regularum editarū eden.
 &c. ac quarūcunq; aliorum contrariorum, quæ huiusmodi nostræ di-
 spositioni ac uoluntati quoquomodo præiudicare possent, seu poterunt,
 &c. irritum decernēda, ac cum clausulis derogatorijs derogatorijs,
 & si contingat contrarium scribi seu disponi per se uel successorē suum
 &c. non censetur per hoc derogatū, nisi per trinas literas diuersis tem-
 poribus concessas, ac cum quibuscunque alijs clausulis fortissimis &c.
 & quatenus forsan gratias huiusmodi reuocari, uel tolli, seu suspendi
 contingeret &c. ex nunc prout ex tunc &c. præseruamus, restituiamus,
 & reualidamus, etiam aduersus quascunque regulas editas eden. &c. &
 quod ipso iure reintegratæ esse intelligantur, etiam sub data prout ora-
 tori uidebatur &c. Cum igitur prædecessor summus Pontifex apposuis-
 set, uel apponere potuisset huiusmodi uel similes clausulas, necessariū
 3 fuit per huiusmodi clausularum expresionem & derogationem illas tol-
 lere † alioquin prior dispositio tenuisset. l. si quis in principio. & ibi latè
 per Bar. ff. de lega. 3. Paul. de Castro consi. 278. secundū ultimam impres-
 sionem, passus iste dubius uidetur &c. per totum consi. præsertim col. fi.
 uol. 1. Fel. latissimè in c. nonnulli col. 3. nu. 2. in uer. regula prima est, cū
 ampliatiōe & fallentijs, quas ibi ponit Cassado. deci. 38. super regulis
 cancellariæ. Paris. consi. 42. uol. 4. nume. 13. 15. & seq.

1 NONO QUÆRO, † quid operetur illa ultima uerba, Ac tenores & formas?
 Respondeo, quod ex fortissimis & forsan insolitis clausulis in præceden-
 tibus gratijs cōtētis dubitari potuisset an per reuocationē tantū fuerint
 2 illę penitus sublata, adeo quod in nihilo penitus ob stare possent: & pro-
 pterea ad omne dubium tollendum fuerunt additæ istæ clausulæ, quæ
 operantur perinde ac si omnia in indiuiduo expressa fuissent. Bald. in. l.
 omnes in prima lectu. nu. 2. uers. nor. istum tex. C. de præscri. trigin. an.
 Rot. 214. ante si. incip. si causa committatur in no. Ant. de Butrio consi. 2.
 Felin. latè in c. nonnulli de rescrip. in secunda fallen. uer. addatis primo
 Deci. consi. 165. uiso tenore col. 1. in fi. & consi. 341. nu. 1. Cassado. deci. 10.
 3 28. & 38. super regulis cancellariæ. Aduertendum tamen est, quod † sola
 ista clausula, Tenores habeantur pro expressis &c. secundum ueriores
 opinionem non uidetur sufficere ad tollēdam præcedentem clausulam
 derogatoriam derogatorijs, & de hoc uidetur esse rex. in. l. si quis in
 principio testamenti. ff. de lega. 3. ubi deciditur, quod si testator in prin-
 cipio testamenti dixerit, Cui bis legauero, uolo semel deberi: & postea
 sciēter eidem sapius legauit, posterior uoluntas præualer, quod debea-
 tur sæ-

tur sapius: ita demum, si specialiter dixerit in secunda voluntate, quod prioris voluntatis eum poenitet. & ultra Bar. & alios in dicta. l. si quis in principio. ita illum textum ponderat Cardina. consi. 136. factum sic se habet num. 14. & sequen. uersi. item princeps dando clausulam & c. faciunt tradita per Paulum de Castro. consi. 55. passus iste dubitabilis uol. 1. & secundum aliam impressio. 278. ubi, quando clausula huiusmodi non sufficiat. & per Paris. consi. 42. quantum ad alternatiuam uol. 4. nu. 18. & ante & post. Cur. Iunior consi. 26. Videtur igitur dicendum, quod alia specifica mentio requiritur ad tollendum derogatorias clausulas sequentis voluntatis. & certè passus iste est satis dubius & disputabilis: considero tamen, quod casus noster ab illo. l. si quis in principio in pluribus differt. primo, quia ibi in eadem dispositione, seu in eodem instrumeto: nos uerò sumus in diuersis actibus. Secundo, quia ibi incontinenti, uel parum post. hic uerò cum magno temporis interuallo. Tertio, ibi ab eadem persona dispositio emanauit: secus in casu isto. Quarto ibi per uiam dispositionis personæ priuatæ: † hic per uiam legis principis, quo casu sufficit clausula, Non obstante, ad tollendos actus contrarios, & etiam leges contrarias: præsertim quando dispositio non tendit ad utilitatem alicuius particularis. Bar. & alij in præallegata. l. si quis in principio. ff. de lega. 3. & idem Bar. in. l. si. in. fi. C. si contra ius. uel uti. publi. ubi quod sufficit dicere Non obstante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur: & Bar. in extra. ad reprimendam: quomo. in crimine læse maiesta. in uer. nō obstātibus. optimè per Deci. consi. 10. Viso puncto nu. 6. 7. & 8. & per Paris. in præallegato consi. 42. uol. 4. nume. 13. uideatur etiam Deci. Thogramma. 20. pendente querela nu. 3. ubi quod tales clausulæ per Papam appositæ omnem obstantiam remouent. Cōcludendum igitur est, quod clausulæ, de quibus in nostra regula, omnem contrariam dispositionem tollant.

1 DE CIMO QUæro, † an regula ista sit iuri & rationi consona, & sic extendenda & amplianda: uel dissona & odiosa, & sic restringenda? Et pro prima opin. facit. quod ista regula est in odium uacaturarum, ne tot gratiæ expectatiuæ pendeant: & hæc causa est honesta, prout dicit Abb. in c. luteris ante nu. 4. de rescri. Insuper reuocantur reservationes seu præuentiones, & sic inducitur beneficiorū libertas, & † sit reditus ad ius cōmune: quo casu fauorabilis censenda est dispositio. c. causam quæ & ibi glo. in uer. fuerat de rescri. Bal. in. l. 1. in prima lectura. ff. de consti. princi. col. 2. ante nu. 7. ubi quod princeps uult omnes actus suos regulari à Iustitia poli & fori. Alex. in. l. ex facto nu. 8. & 10. ff. de uulga. & pupil. Fulgo. consi. 155. proponitur quod in Ciuitate col. 1. uersi. his præmissis. Paris. consi. 42. quantum ad alternatiuam nu. 6. uol. 4. Pro secunda opin. facit,

quod

3 quod † successor saltem de æquitate & honestate, debet adimplere & conseruare factum & uoluntatem prædecessoris, seu sui authoris. c. quia Ioannes 12. quæst. 5. c. si. 16. quæst. 6. c. luteris cum glo. si. in prin. de rescrip. & ibi Abb. in ult. not. ubi ad propositum nostrum, quod Papa saltem ex urbanitate debet prosequi factum inchoatum à prædecessore: subdens hodie tamen, quoad materiā nostram sit totum oppositū: quia omnis Papa nouiter creatus reuocat omnes gratias factas per prædecessores & c: postea subdit, & hoc facit in odium uacaturarum, ne tot gratiæ expectatiuæ pēdeant, & hæc causa est honesta, aut ut ipse provideat, & forte ista uerior. Et ex his uerbis finalibus potest colligi alterū argumentū, quod reuocatio ista sit pro cōmoditate summi Pontificis successoris, ut provideat de illis beneficijs, quæ sub gratia prædecessoris comprehensa erant. & istud dictū Abb. sequitur Lamberti. in tracta. iurispatro. in. 9. arti. 2. quæst. 3. lib. nume. 9. fol. mihi. 389. sed dum ipse Lamberti. ibi dicit, quod Papa hoc facit, ut pecunias habeat, subdēs alia peiora, iudicio meo non bene loquitur, nec illa uerba decent Episcopum, prout erat ipse, immo nec christianum: sed non est ipse solus, qui talia in summos Pontifices, & sedem Apostolicam machinētur: immo uidi, & uideo plerōsq; qui dum se peritiores seu meliores alijs esse profitentur, talia & tanta in Romanam curiam, in Pōtices maximos, & in sanctam ipsam sedem Apostolicam proferunt, ut nihil supra. & inter alia semper habēt in ore, quod Romæ passim pecuniæ extorquētur: contra istos respōdebo, dum de Dararij cōpositionibus & dispensationibus loquar, super quibus plura reduxi, & annorauit. Ad rem nostram redeundo uideamus, quæ dictarum opinionum tenenda sit: & breuiter, quia regula continet plura, quorum aliqua fauorabilia censerī possunt, alia uerò secus: ergo distinguere sic. quantam ad expectatiuarū & reservationū, præsertim mentalium, reuocationem, putarem illam rationabilem, iuridicam, & fauorabilem per ea, quæ in hac quæst. præmissi. nec me mouet illa ratio Abb. de qua supra, quod Papa reuocet, ut ipse provideat: quia cum princeps semper cēseri debeat morus iure uel æquitate, etiam quod de hoc nullum adsit argumentum, prout dixit Bald. in. l. ex facto. ff. de uulga. & pupil. uersi. in tex. ubi uoluntatem, & ad alios per me allegatos supra hac regula quæst. 4. nu. 4. multo magis talis coniectura sumēda est in meliorem partem, quando factum aliquod potest se habere ad bonum & ad

4 malum. nō solum in principe † præsumptio huiusmodi locum habet, immo & in quocunq; alio, uulga. l. meritō. ff. pro socio. l. item apud Labeonem. §. si communem cum glo. in uer. si cum iure. ff. de iniuri. Bar. in. l. non solū. §. fed ut probari nu. 3. ff. de not. ope. nunc. Alex. cōf. 95. 189. uiso nu. 4. uol. 1. Deci. consi. 189. letatus sum nu. 5. & consi. 256. in causa inquisition

nu.3. & nu.8. & quatenus etiam posset considerari illa ratio Abb. ad hoc ut Papa possit prouidere, ista causa non esset odiosa, cum ipse sit supra omnes, & Dominus absolutus omnium beneficiorum, & nemo possit sibi dicere, Cur ira facis? præsertim in beneficialibus. Nec ob. iura Abb. quod successor debeat factum sui authoris approbare, seu ad effectum prosequi: quia illa nõ loquitur in summo Põrifice: & quatenus de eo loquerentur, ista quæ hic reuocantur, non erant taliter effectum sortita, quod reputari potuissent pro firmis & irreuocabilibus, nõ solum respectu successoris, immo etiam respectu ipsiusmet cõcedentis. Quoad reuocationem coadiutoriarũ, similiter illam iuridicam, & rationabilem puto per ea, quæ dixi supra quæst. 5. & 6. In duobus remanet difficultas, uide licet in reuocatione creationis, aut receptionis in canonicos. Altera est in reuocatione facultatum nominandi reseruandi conferendi &c. cum limitatione prout ibi. & de ista ultima tetigi aliquid supra quæst. 7. uerũ quia diuersa concernit, nõ potest in genere dari responsio indistincta & 5 precisa. Videamus nũc de reuocatione creationis in canonicũ. ¶ creatus in canonicum præsertim cum clausula, Cum plenitudine iuris canonici, quæ in bullis passim apponitur, dicitur uerus canonicus, & de iure habet omnia illa, quæ alij ueri canonici, præter redditus præbendarum. illos enim ante adeptionem præbendæ habere non debet. c. pro illorum in fi. de præb. & ibi Abb. in. 3. not. c. dilectus el primo & ibi Abb. in prin. & in ultimo not. Inno. in c. cum M. Ferrariensis nu. 4. uerfi. sed quæritur an huiusmodi recepti in canonicos. & ibidem Hostien. col. 1. uerfi. quæritur autem utrum talis canonicus de constitutio. & idem Hostien. in. c. statuimus col. 2. uerfi. tunc enim quando præbendæ distinctæ sunt, de maio. & obe. Feder. de Seni. consi. 290. quia in præfenti col. 3. uerfi. an isti recepti ultra numerũ & uerfi. alio modo dicitur recipere, quando Papa canonicum à se factum &c. Abb. in. c. relatum in 2. nota. de præben. Bal. in marg. in uer. Canonicus electus, & in uerbo canonicus statim quod est factus. & in dictis locis dicunt etiam, quod talis canonicus præbendam expectans debeat habere distributiones quotidianas, et ira communiter teneri dicit Io. Fran. Paui. in tracta. de offi. et pote. cap. sede uacante in 5. prælud. nu. 15. Sraphi. late in tracta. utriusque signa. fol. 7. et seq. uerfi. 1. quod creatus canonicus per Papã etc. cuius dicta reassumit quasi de uerbo ad uerbum D. Sarnen. in tracta. expectar. nu. 20. et sequ. nulla penitus de Sraphi. (qui pulchrè et utiliter loquitur) facta mención. durũ igitur uidetur & contra iura, quod uerus canonicus per istas reuocationes, denominationes, honore, autoritate, et cõmoditatibus, ac stipendijs sine facto suo, et absque causa priuetur: et sic reuocatio creationis in canonicum odiosa et exorbitans uidetur, prout in terminis nostris uide-
tur con-

tur cõcludere Oldra. consi. 266. quod aurè per reuocationem, sub tit. de præben. præsertim nu. 11. Licet prædicta satis urgeant, ego tamen cõtrarium teneo, quod immo reuocatio creationis in canonicum, de qua in 6 regula, sit rationalis, et fauorabilis. ¶ creatus enim in canonicum, nedum non dicitur beneficiarius iuxta Rot. 445. si Legatus in no. num. 1. immo dicitur canonicus in herbis ante adeptionem præbendæ, nec participat de distributionibus quotidianis: nec pro uero canonico habetur, prout consuetudo Urbis habet, ut dicit Imo. in cle. fin. nu. 5. uerfi. quæro, an canonicus sine præbenda, de præben. Immo cõsuetudo quasi uniuersalis istud nos docet. de qua per Sraphi. ubi supra fol. 8. uerfi. et licet ista sint uerissima de iure, nihilominus de consuetudine ferè ubique seruatur contrarium etc. et idem repetit fol. 97. à ter. uerfi. subsequenter dicitur in literis expectatiuis etc. idem dicit D. Sarnen. in dicto tracta. expectati. nu. 37. ubi dat similitudinem Episcopi sine Episcopatu, qui dicitur Episcopus nullatenens ad Bald. in. l. uni. in fi. C. de nudo iu. Quiri. et per Ias. in. l. id quod apud hostes nu. 22. et sequen. ff. de lega. 1. ubi de Comitibus sine Comitatu. idem etiam concludit in effectu D. Sarnen. in dicto tracta. expectati. num. 38. uerfi. et ista omnia procedunt, postquam fuerit acceptus etc. et postea subdit, quod propterea in regulis reuocatorijs gratiarum facilè derogatur huiusmodi creationibus, et receptionibus in canonicum. Idem teneri in 2. quæst. Proce. regularum nu. 14. ubi dicit ita iudicatum in Rota. idem etiam repetit optimè distinguens in prima quæst. regulæ De non tollen. iure. quæst. nu. 33. Ex præmissis sequitur responso ad contraria. licet enim illa de subtilitate iuris procedant, hæc 7 de consuetudine. ¶ consuetudo autem in interpretatione cuiuscunq; dispositionis sequenda est, etiam quod subtilitas iuris, uel uerba aliud inferant, præallega. l. uni. C. de nudo iu. Quiri. et ibi no. Bal. uerfi. in tex. ibi nudum nomẽ etc. Inno. in. c. olim. nu. 2. uerfi. recipiunt quandoq; interpretationem de uer. signi. Abb. in. c. certificari de sepultu. Areti. consi. xi. procedendum est col. 3. uerfi. ex his inferitur modo, et uerfi. sed tamen ex superabundanti. Latè per Feli. in. c. cum M. Ferrariensis col. 3. de constitutio. Deci. consi. 441. præfens consultatio nu. 12. et 13. Insuper hæc opinio confirmatur, quia per creationem Papæ in canonicum datur ius ad præbendam uacaturam c. his qui, ubi omnes, de præben. lib. 6. & probatur 8 ex supra deductis. De iure autem ¶ beneficia nõ dicuntur conferri, neq; promitti, antequam uacent c. 2. in prin. c. relatum et c. ex tenere de concessi. præben. Fran. in dicto. c. his qui de præben. lib. 6. num. 3. et licet. 9 ¶ summus Pontifex possit promittere uacatura seu ad illa, uel in illis ius dare. c. 2. de præben. lib. 6. Fran. in præalle. c. his qui, nu. 3. non tamè sequitur, quod expediat id passim facere. multa enim licent, quæ nõ decet,

uel nō expediunt. Quando igitur Papa cōcedit uacatura, seu ad illa ius dat, debemus tenere ultra quod liceat, quod deceat & conueniat, & quod ex causa rationabili faciat. quando uerō reuocantur tales gratiæ ad uacatura eadem uel maiori ratione factum huiusmodi laudare debemus, reuocationemq; huiusmodi sanctissimam iudicare.

- 1 V N D E C I M O Quæro, † an alternatiuæ ordinarijs seu alijs concessæ sint reuocatæ per regulã istam? Pro parte affirmatiua facit generalitas istius regulæ ibi, Ac facultates conferendi, commendandi, & alias disponendi. Sed alternatiuæ concedunt huiusmodi facultatem, ergo alternatiuæ sunt reuocatæ. † uerba enim ubi conueniunt, faciunt locum esse dispositioni, prout secus, quando non conueniunt. l. 4. §. Prætor ait, & ibi not. Bart. in ult. nor. num. 25. ff. de dāno. infe. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. l. ira autem in prin. & ibi Bar. ff. de admini. tuto. l. si uerō. §. de uiro. ff. solu. mar. l. si feruum. §. non dixit. ff. de acqui. hære. c. indēnitatibus. §. penult. de electio. lib. 6. Pro parte uerō negatiua facit, quod mens regulæ
- 2 est reuocare gratias, de quibus hic, à prædecessore factas. † alternatiua uerō seu facultas concessa ordinarijs de conferendo beneficia suæ diocesis, non est merè gratia: ratio est, quia per eam fit reditus ad ius commune, & solum remouetur & tollitur obstaculum. Anchara. consi. 131. ad exclusionem col. 1. uerfi. sed istis non obstat. Cassado. de præben. 8. nu. 6. in tertia de priuile. nu. 2. & in 5. nu. 3. facit Paris. consi. 42. col. 1. in fi. nu. 5.
- 4 uol. 4. Insuper † alternatiua non dat Episcopis facultatem conferendi & disponendi per supra deducta, & argumento c. cum aliquibus de rescri. lib. 6. ubi receptus per literas facultatis Papæ, si à non habente alias potestatem, dicitur receptus Apostolica autoritate: secus si ab habente. tunc enim dicitur ordinaria autoritate. facit. c. licet in corrigendis cum glo. penult. de offi. ordi. ubi si Papa rescribit ordinario, non alterat eius iurisdictionem. † Papa enim committens aliquid ordinario potius eius iurisdictionem incitat uel excitat, quàm nouam det. Bart. in l. & quia, quam legit cum. l. more, & ibi omnes. ff. de iurisd. omni. iudi. Dec. consi. 404. uiso eleganti col. 3. ante medium. & consi. 483. pro resolutione ante nu. 3. Felin. in c. nam concupiscentiam nu. 7. de constitutio. Quid tenendum? ego distinguerem sic. aut loquimur de alternatiuis concessis ordinarijs de beneficijs suæ diocesis, & crederem uerã partem negatiuam: aut loquimur de alternatiuis seu facultatibus concessis alijs, quàm ordinarijs, uel etiam ordinarijs extra suas dioceses: & dicerem procedere primam opinionem. nam in illo casu non est dubium, quin illa dicatur mera gratia, & merus fauor. & quod concessio illa, tanquam odiosa, & ordinarijs ac ordinariæ iurisdictioni præiudicialis, reputari debeat exorbitans & odiosa, † glo. in c. 2. de præben. lib. 6. in uer. numerandum uerfi.
- 6 non ibi. 172 item

item per hanc redditur ad ius cōmune, extendēda. igitur & c. Anchara. in præallega. consi. 131. col. 1. Cassado. 8. de præben. & pro hac distinctione facit cle. 2. de offi. ordi. in ratione sui, quam rationem assignat ibi glo. penult. in uer. uolumus, uidelicet quod ordinaria collatio sit fauorabilis & naturalis, ac amplianda. altera uerō extraordinaria collatoribus præiudicans, & restringenda. & glo. illam communiter ibi Doc. sequuntur, & illam communem dicit Deci. consi. 128. licet in casu col. 1. in fin. uerfi. tertio facit. huiusmodi distinctionem uideretur sentire fundās se super dicta glo. Soci. consi. 260. in causa Nannuten. num. 1. uol. 3. & col. 3. uerfi. primo quia concessa est facultas, concludit illum esse delegatum cui conceditur facultas conferendi in loco, ubi alias non habet. facit etiam nu. 8. ibi, igitur quod possit in aliena diocesi conferre & c. & col. 7. uerfi. secundum corelarium est, quod regula Cancellariæ: cum alijs, quæ sequuntur, ubi infert ad aliam regulam Cancellariæ prout ibi. Sequitur igitur ex præmissis, quod facultas concessa ordinarijs naturalis, iuridica, & rationabilis per generalem huiusmodi reuocationē non debeat censi sublara: secus uerō dicendum sit in reuocatione concessionum exorbitantium, & præiudicialium, quo casu reuocatio censenda erit iuridica, & fauorabilis, ac amplianda.

- 1 D Y O D E C I M O Quæro, † an regula ista habeat locum in expectatiuis super dignitate & præbēda, si iam sortita est effectum in dignitate, sed nō in præbēda? Aliqui distinguunt an præbēda sit annexa dignitati, an nō: & primo casu reuocatoria locum non habeat, alias secus. & pro ista distinctione uideretur facere rex. in c. super eo. c. quia sæpe in fi. & c. si is cui de canonicatu post prin. ibi canonicatū & præbendam dignitati, personatui, uel officio alicui non annexam adeprus, quasi inferat, quod secus sit in annexis, prout infert ibi glo. in uer. non annexam, de præben.
- 2 lib. 6. & ratio potest allegari, † arguendo à connexis, quod annexorum,
- 3 † seu cōnexorum idem est iudicium. l. eum actum ibi, planè siquid conexum fuerit & c. ff. de nego. gesti. l. quid ergo. §. penult. & ibi Bald. de contra. & uri. acti. rure. c. translato de cōstitutio. glo. in c. quia tantum & ibi Abb. no. quod dispensatio extenditur ad connexa de præben. & tamen dispensationes sunt odiosæ & restringēdæ. pro quibus faciunt tradi. per Iaso. in l. 1. col. 1. uerfi. tu caue. C. de transactio. Breuiter prædicta distinctio non fuit tenta à Rot. sed quod distinctè siue præbenda sit connexa, siue non, reuocationi nō sit locus. & pro hac opin. facit ratio rex. in præalle. c. si is cui. §. non sic autem de præben. lib. 6. ubi consecutus ius in dignitate conseruat sibi ius ad minus dignum: si igitur consecutus est dignitatem meritō uacante postea præbenda, quæ est minus digna, ius ad eam non obstante reuocatione saluum debet esse. & casum nostrum in terminis

in terminis decidit Rot. Fausto. dub. 44. incipit, & primo dubitabatur. sequitur Feli. in c. in nostram 39. Cor. in fi. ante nu. 41. uers. & Scias, quod reuocatoria gratiarum, quam facit nouus Papa &c. de rescri.

- 1 **DECIMOTERTIO** Quæro, tan per istam regulam sint reuocatae facultates nominandi uel conferendi Regibus cōcessæ? Pro parte affirmatiua facit generalitas huius regulæ apra comprehendere quoscunque, præfertim cum fiat etiam mentio in ea de Cardinalibus: unde uiderur uoluisse comprehendere quoscunque. Vnde cum Papa expressè uoluerit regulam afficere Cardinales, & sic partem corporis concedentis. c. antiqua de priuile. censendum est uoluisse etiam Reges, parificando Reges Cardinalibus, prout contra Cardinales Regibus in similibus terminis parificat Paris. consi. 141. ad solutionem, uol. 4. nu. 6. & per totum consilium. Accedit, quod laicus, quicunque sit, de iure à collatione beneficiorum illorumq; dispositione omnino prohibetur. c. si quis deinceps. 16. quæst. 7. c. cum terra &c. Messana de electio. ubi etiam quod non ualet consuetudo incōtrarium c. præterea de iure patro. Oldra. consi. 1. qui loquitur in Rege nu. 12. & ante nu. 18. Pro parte uerò negatiua facit, quod cum in regula non fiat expressa mentio de Regibus, illi in dispositione non comprehendantur. nam generalis dispositio nō comprehendit ea, quæ speciali nota digna sunt. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum ibi, ea. n. quæ notabiliter fiunt &c. ff. de iniur. c. quia periculosum in fi. de sen. exco. lib. 6. c. ne aliqui. de priuile. eo. lib. Deci. consi. 271. in casu transmissio in addi. nu. 15. Paris. consi. 112. in hac materia in fi. uolu. 4. ubi etiam
- 2 quod requiritur specialis mentio contra Regem. Insuper Reges aliqui in facultatibus conferendi & nominandi uidentur priuilegiati à iure communi c. dilectus el. 3. de præben. ubi quod decanus habebat collationem præbendarum ex donatione Regis c. Adrianus &c. seq. 63. distin. glo. uni. in c. Imperium in fi. x. distin. glo. sum. in fine 16. quæst. 7. quæ loquitur de Rege Apuliæ. Bald. in l. rescripta col. 3. uers. & ideo Rex Anglorum, & Rex Ungariæ conferunt in suis Regnis præbendas ex priuilegio Papæ, de preci. Impe. offe. Gemini. in c. 2. de præben. lib. 6. col. 3. uers. super principali dubio, ubi loquitur de Rege Franciæ & Angliæ. Abb. in c. de hoc in 2. col. de simo. Feli. in c. dilecto in princi. de testi. Syl. de beneficio par. 2. quæst. 23. Lamberti. in tracta. iuris patro. arti. 2. 10. quæst. 1. par. 1. lib. fol. 89. col. 4. & fol. 97. art. 2. nu. 2. & fol. 342. art. 2. nu. 2. Cum igitur Regum facultates huiusmodi sint à iure communi, non uidentur cum alijs, quæ non sunt tales, & à iure someratae, reuocatæ: nec princeps per generalia uerba uideretur tollere specialia iura. l. decurionibus. C. de silentia. lib. 12. Bal. in l. 1. ante nu. 2. uers. & ideo princeps per generalia uerba. ff. de constitutio. princ. Tertio, ut ex præmissis etiam probatur, & est notoriū, quod
- Reges

- Reges in talibus facultatibus iurantur consuetudine antiqua & immemorabili: non solum autem statuta & regulæ, quæ sunt strictè interpretandæ, immo & constitutio ipsa consuetudines nō tollit, nisi de illis fiat expressa mentio c. 1. de cōstitutio. lib. 6. Gemini. in præalle. c. 2. de præben. eod. lib. col. 2. uers. & cum hæc constitutio consuetudinem, uel ius ipsorum expressè nō tangat, uideretur remanere intactum &c. Quarto facit,
- 5 quod licet princeps possit reuocare suum priuilegium sine causa, Bald. in l. qui se patris col. 7. uers. sed quid si pater ibi, seu priuilegium, quia speciale ius est in principe, ut possit reuocare suum priuilegium &c. C. unde libe. per. l. qui fundos. C. de omni agro descr. lib. x. sequitur Feli. in c. quæ in ecclesiarum num. 51. uers. secundo confirmatur de constitutio.
- 6 tamen quando princeps alicui benemerito donat, seu aliquid cōcedit, nō debet facultas huiusmodi seu donatio ab ipso auferri sine causa. Bal. in l. quæ ex relationibus in 3. nota. inferēs ad donationem castri factam benemerito, & ibi sequitur Paulus Castrensis, dicēs illum esse casum ipsius Bal. cui Urbanus vi. contulerat castrum, & postea alteri contulit. C. de legi. Cur. Iunior consi. 174. in causa uertente nu. 24. Deci. consi. 186. in causa communitatis col. 3. uers. sed tamen his. & consi. 292. & pro tenui col. 3. nu. 7. Regi autem Galliæ, Hispaniarū, & aliquibus alijs priuilegium seu facultas prædicta cōcessa fuit propter benemerita, & propter seruitia præstita fedi & fidei Apostolicæ, prout probatur ex supra allegatis: ergo est irreuocabilis. Quid tenendum? ceterū articulus iste satis disputabilis uideretur: ego tamen magis adhæreo parti negatiuæ, quod reuocatio non sit inducta propter supra deducta: quæ si procedunt in collatione,
- 7 seu dispositione beneficiorū, multo magis in nominationibus Regum, quas etiam benignas & beniuolas preces uocant: de quibus per Specula. in titulo de præben. ante fi. num. 7. ubi ponit libellum in nominatione Imperatoris, & ibi Io. And. in addi. in uer. fuit. dicit quod Imperator nō dat collationem, sed potestatem faciendi recipi: & quod tales recepti dicuntur ad Primarias preces Imperatoris per Ant. Corset. in tract. de Regia potestate in xj. quæst. nu. 9. & seq. Syl. in dicto tractatu. beneficij par. 2. quæst. 23. nu. 27. Boe. deci. 2. uideretur primo num. 50. & seq. & præalleg. Conf. Paris. 141. uol. 4. nu. 18. in fi. & per totum. concludo, quod si non sit reuocata facultas conferendi, multo minus nominandi: crederem tamen, quod si essemus extra casum cōcessionum factarum seu fieri solitarum ab antiquissimo tempore, & istis Regibus primarijs: sed quod immediati Pontifices ad gratificandum alicui Regi, seu regulo tales facultates concessissent, quod facillè sustineri posset, quod per istam regulam tales concessiones odiosæ & exorbitantes sublatæ essent: cum de facili fiat reditus ad ius primæuum: & quia iuxta Euangelium danda sunt Cæsari quæ

quæ sunt Cæsaris: & Deo, quæ sunt Dei. & Laici etiam Reges & Imperatores debent esse contenti suis finibus. & utinam non immitterent falcem in messem alienam: immo eò res deuenit, ut quilibet Dux, Comes, Dominus temporalis credat sibi licere de beneficijs disponere, prout de bonis profanis: nec desunt urbes, terræ, & castra, quæ prohibent, etiam cum literis sedis Apostolicæ, possessiones beneficiorum ecclesiasticorum seu ecclesiarum capi absque eorum expresso beneplacito: quod etiam quando eis uideretur, denegant in contemptum sanctæ matris ecclesiæ.

Regula Duodecima.

Reuocat omnes uniones, quæ non sunt sortitæ effectum.

ITEM Rationabilibus suadentibus causis ipse Dominus noster omnes uniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes etiam perpetuas de quibusuis cathedralibus, necnon alijs ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs, ac locis, & beneficijs ecclesiasticis per cessum uel decessum, aut quauis aliam dimissionem seu amissionem, qualiacunque fuerint, inuicem uel alijs ecclesijs, monasterijs, mensis, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, & pijs, ac alijs locis, uniuersitatibus, etiam studiorum generalium, & collegijs, etiam in fauorem S.R.E. Cardinalium seu ecclesijs, monasterijs & beneficijs per eos obtentis quomodolibet, Apostolica uel alia quauis autoritate factas, quæ suum sortitæ non sunt effectum, ac quacunque concessionibus, & mandata, super unionibus, annexionibus, & incorporationibus, ac alijs præmissis taliter faciendis, reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusque decreuit existere firmitatis, nec alicui quascunque clausulas, uel adiectiones in quibusuis Apostolicis, etiam quæ motu proprio, aut ex certa scientia, etiam consistorialiter processerant & emanauerant literis, etiam

ris, etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut ius quæsitum fore quomodolibet contentas aduersus reuocationem, cassationem, & irritationem huiusmodi uoluit aliquatenus suffragari.



REGVLA Ista non potest commodè diuidi. Reuocat omnes uniones &c. quæ non sunt sortitæ effectum. Non. post principium ibi, Et perpetuas, quod ista uerba non erant in regulis antiquis, propter quæ tollitur illa disputatio, an per regulam reuocatoriam unionis uiderentur reuocatae uniones perpetuæ, an solum temporales: de qua per Cassado. decis. 34. nu. 7. super regulis. Vnde patet, quod hæc additio sapienter facta fuit ad tollendum infinitas lites, seu litigandi occasiones.

PRIMA quæstio, Verba regulæ ibi, Uniones, annexiones, incorporationes &c. quid significant, & an idem?

SECUNDA quæstio, An regula habeat locum in applicationibus seu annexionibus partis fructuum?

TERTIA quæstio, An regula habeat locum in unione facta pro dote alicuius ecclesiæ uel loci pij?

QUARTA quæstio, An sub ista regula comprehendantur hospitalia, elemosinaria, leprosariorum ac præceptoriorum?

QUINTA quæstio, Quando dicatur unio sortita effectum?

SEXTA quæstio, An reuocet uniones ab Episcopis, seu alijs ordinarijs, uel Legatis factas?

PRIMO quæro iuxta principium ibi, Uniones, annexiones, incorporationes &c. quid significent ista uerba, & an idem? Et Glossator hic dicit, quod inter hæc uerba est magna differentia: tamen non declarat, sed tantum facit unum uerbum de incorporatione. dico, quod diuersitas nominum inducit diuersitatem rerum, & nomina debent conuenire rebus. l. si idem. C. de codicillis. §. est & aliud ibi, & consequentia Insti. de dona. ubi glo. allegat cõcordan. & ista diuersitas in istis uerbis potest tripliciter cõsiderari. Primò suppressiones, & extinctiones, ac dismembrationes ualde differunt ab unionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus. Secundo uerbum dismembratio ualde differt ab omnibus alijs. Tertio aliqua ex istis nominibus, quæ inter se uidentur consona, habent tamen aliquam dissonantiam. Et pro præmissorum declaratione præmittendum est, quod unio pluribus modis fit, & secundum glossam magistræ in c. & temporis 16. quæst. 1. & Innoc. in c. 1. Ne sede uacan. fit tribus modis. secundum uerò Hostien. in summa eo. uer. quor. modis fiat unio, fit quinque modis, quos etiã refert & sequitur Caccialu. in tracta.

in tracta. unio in 2. arti. ubi quærit quotuplex sit unio. Ex præmissis pa-
 rebat, quod unio est quid generale continens sub se plures species, ueluti
 suppressio & extinctio tanquam requisita antecedentia. Vnde
 dicendo unionem in suo amplo & potiori significatu, intelligimus
 etiam suppressio & extinctio, tanquam antecedentia seu præ-
 ambula ad unionem perficiendam, uulga. ad rem mobilem. ff. de pro-
 curat. & l. oratio. ff. de sponsa. possumus etiam dicere quod licet non sint
 inter se ut genus & species, sed ut totum & pars, prout dicimus de do-
 mo & parietibus: uel potest dici, quod unio illas cõtineat tanquam ac-
 cessorias, & in consequen. nam si sit unio in suo potiori significatu, præ-
 supponitur, quod supprimatur & extinguatur primum beneficium, &
 illius denominatio: cum illud, quod unitur, sumat naturam illius, cui sit
 unio, prout declarat Inno. in fi. 3. modi in dicto c. i. ne se uacã. Et hoc mo-
 do species, seu membra, uel requisita unionis erunt annexio, applicatio,
 subiectio, & incorporatio. & ista inter se ualde differunt. nam annexio
 & applicatio minus operantur, quàm subiectio: nam (ut præfati decla-
 rant) potest fieri unio, applicatio, seu annexio: & tamen nõ aderit subie-
 ctio: quia quodlibet beneficium, siue quælibet dignitas, uel cathedralis
 4 ecclesia retinebit sua iura, & suas præminentias: & duo Episcopatus
 sic uniti regentur per unum Episcopum c. & temporis & c. præcipimus
 16. quæst. 1. prout accidit in Episcopatu Viterbij, & Tuscanellæ: & cum
 Episcopus rescribit super concernentibus iurisdictionem seu administra-
 tionem Episcopatus Viterbiensis (ut audio) se nominat Episcopum Viter-
 biensem & Tuscanellæ: & sic ecõtrario, si pro cõcernentibus Tuscanellæ
 Episcopatum, se inscribit Episcopum Tuscanellæ, & Viterbij. immo tales
 5 ¶ Episcopatus sic uniti aliquando subsunt diuersis Metropolitanis, ut dicit
 Inno. ubi supra in prin. 3. modi. Ista autẽ tria, uidelicet annexio, applica-
 tio, & subiectio, uel minus operabuntur, quàm incorporatio, uel idem.
 & tex. in c. sicut unire de excess. prælato. post prin. ponit pro eodẽ unio-
 nem & subiectio. similiter annexio & unio pro eodem ponuntur per
 6 Bal. & Feli. in c. translatio de constituta. ¶ tamen incorporatio omnia pe-
 nitus complectitur: quia tunc est unum tantum corpus, & unum de al-
 tero efficitur: Bar. in l. si conuenerit la 2. §. si nuda in fi. ff. de pigno. actio.
 Bal. & Feli. ubi supra. Alex. pulchrẽ cõsi. 114. in causa & lite, uol. 4. nu. 19.
 & 20. Ex præmissis sequitur, quod uerba hic posita comprehendunt om-
 nem modum, omnesq; species, seu qualitates unionis: & propterea tot
 uerba posita fuere, ne esset locus alicui disputationi, prout poterat esse
 in regulis antiquis: in quibus nõ ad sunt tot uerba. Illud autem uerbum
Dismembrationes, potest duobus modis intelligi: uno de beneficijs, quæ
alteri uniuntur, & sic prius dismembrantur: uel ut magis credo, non so-
lum reuo-

lum reuocauit uniones non fortiras effectus, sed etiam unionum disclu-
 siones, in quibus dismembrationibus, seu dissolutionibus unionum ea-
 dem iura seruantur, quæ in unionibus. super quo uideatur Caccialup. in
 dicto tracta. unio. in 9. arti. uel & tertio posset fieri interpretatio de dis-
 membrationibus fructuum, ut tangam infra in proxima quæstione.

1 SECUNDO QUÆRO, ¶ an ista regula habeat locum in applicatione, seu
 annexione partis fructuum. ponamus enim quod pars fructuum unius
 ecclesiæ diuitis sit applicata seu annexa alteri ecclesiæ pauperi, uel di-
 2 gnitati, uel collegio: Pro parte negatiua uideatur facere regula, quod ca-
 sus omiffus remanet in dispositione iuris cõis. l. si extraneus. ff. de condi.
 ob. cau. l. si cum dote in prin. ff. solu. matr. l. commodissimẽ. ff. de liber.
 & posthu. at in regula ista nihil de annexione uel applicatione fructuum;
 ergo nihil per eam censetur desuper dispositum. Accedit, quod diuer-
 3 sa est ratio & consideratio beneficiorum, & fructuum: & ultra alia, illa
 consistunt in mera spiritualitate, hi uerõ in mera temporalitate. Feli. in
 c. ad audientiam el 2. conclu. 4. num. 5. de rescri. Giga. in pulchro tracta.
 pensio. quæst. 23. & quæst. 52. num. 2. Pro parte uerõ affirmatiua uideatur
 4 facere, quod quando ¶ causa proxima habet cõnexitatem cum remota,
 ut quia una ad aliam sit ordinata, sub specificatione illius, altera cõpre-
 henditur. l. si finita. §. deinde. ff. de damno. infec. & ibi glo. 2. exponit de
 opere. i. damno quod ex opere fit & ibi not. Bart. facit Deci. consi. 629.
 copiose & c. nu. 7. præsertim ibi, sed debet cõsiderari, quod quãdo causa
 proxima & c. cum igitur beneficium sit causa immediata fructuum de-
 bent fructus appellatione beneficij comprehendi, & per ipsos fructus
 beneficia cõseruatur. Insuper in casu nostro propter dictionem Omnes,
 quæ præmittitur, dicendo Omnes uniones & c. de quibusuis beneficijs.
 5 propter istas dictiones uniuersales ¶ nõ solum fructus, sed etiam pensio-
 nes ex iuris interpretatione comprehendi deberẽt. glo. in cle. quoniam
 §. dignitatem in uer. quodcunq; beneficium de uirã. & hone. cleri. Feli.
 in c. postulasti num. 8. in 4. declara. de rescrip. Giga. in dicta quæst. 28. de
 pensio. & quia principalis effectus Unionis est ratione fructuum ¶ uerba
 6 regulæ cõ effectu interpretada & accipienda sunt. l. nomẽ. §. si. ff. de uer.
 signi. l. 1. §. accusacionẽ uersu. quid enim. ff. ad Turpilii. l. si per aliũ. §. docere
 in fi. ff. ne quis eum, qui in ius uo. facit etiam, quod illud uerbũ, Dismem-
bratio, de quo dixi supra in fi. præcedentis quæstionis, nõ uideatur com-
modius posse capi, quàm pro dismembratione fructuum: quia corpus
beneficij, uel ipsa ecclesia, seu muri beneficij nõ dismembrantur, sed be-
ne ipsi fructus. cum igitur de alia re commodior & rector interpretatio
 super illo uerbo, quàm de fructibus, fieri nõ possit: de illis debemus in-
 terpretari, argumẽto. l. 2. ff. de liber. & posthu. Prima opi. uideatur in sub-
 T ij cilitate

tilitate iuris uerior, cum aliud sit fructus, aliud usufructus: & multo magis aliud sit fructus, aliud beneficium, tanto magis, quod cum regula loquatur de beneficijs, adijcit dictionē ecclesiasticis ad cumul. per Giga, quæst. 86. de pensio. num. 5. uer. prædictis tamen non obstantibus. & col. sequen. sed secundum mentem regulæ secunda opin. uidetur procedere, cum præsertim nõ consideretur beneficium sine fructibus: nõ tamen negauerim quæstionem istam pro utraque parte satis disputabilem esse. & dum hæc quæ scripsi D. Iustinus Mandosius frater meus patruelis uir quidē summæ sciētiæ obiter legit, intrepidè asserit regulā, nec ex mēte, nec ex uerbis, locū habere in annexione seu applicatione fructuū præsertim attēta uit præpositiōis De, quæ cām proximā & immediatā denotat seu significat. l. 1. §. nunc uideamus in si. ibi, nõ de bonis aui, sed propter bona. ff. de cōiungen. cū ema. libe. Bar. in. l. 1. §. si plures in 1. quæst. nu. 4. ff. de exercito. Bal. in. l. de pecoribus nu. 3. uer. itē De dictio. C. ad leg. Aui. Deci. super rub. ff. si certum petatur in 2. lectu. in prin. & cōsi. 624. copiosè & eleganter num. 3. Responderi tamen posset, quod dictio De, secundum subiectam materiam aliter accipitur, etiam in significatione causæ remotæ, prout accipitur in. l. si finita. §. deinde, per quem rex. nor. ibi Bar. nu. 1. quod denotat rationem remotam, cum ibi nõ de opere, sed de dāno futuro ex opere satisfderur. ff. de dam. infec. sic in casu nostro, posset contingere, quod non de ecclesia, sed de fructibus propter ecclesiam, uel ex ecclesia, seu beneficio, uel fundo beneficij prouenientibus, fiat annexio. & dictum Bar. de quo supra approbat, & declarat Deci. in præalla. consi. 624. num. 7. Idem Deci. super rub. ff. si cer. peta. in 2. lectu. nu. 2. & in ult. lect. nu. 5. accipitur etiam in alijs significationibus, de quibus per Bal. in. l. ex hoc iure col. 5. uer. si. itē dictio De. ff. de Iust. & iur.

1 **TERTIO** quæro, tan regula habeat locum in unione facta pro dote alicuius ecclesiæ uel alicuius loci pijs, puta pro erectione alicuius collegij scholarium? Et primò uidetur omnino concludendum pro parte negativa. Nam iura loquētia quantumcunq; generaliter, nõ extenduntur ad casum dotis Saly. in. l. si. §. ita tamen ante nu. 4. uer. si. ex quo nor. bonum argumentum & c. C. de rei. uxo. act. Iaf. in. l. 1. nu. 9. ff. solu. matri. ubi plura super hoc puncto cumulat, faciunt tradita per Rui. consi. 54. considerato themate lib. 5. nu. 12. ubi, quod dispositio quantumcunq; generalis non uidetur tollere priuilegium speciali iure cōcessum. In contrarium, quod immo regula habeat locū, faciunt clausulæ generales, tum in prin. Quæ uniones & c. tum postea, Quibus omnibus beneficijs & pijs ac alijs locis & c. præprehēdere omnem casum. immo ex illis uerbis, Pijs, ac alijs locis, uniuersitatibus etiam studiorum generaliu, & collegijs, uidetur in specie decidi casus propositus. & iura pro prima opin. allegata debent

- 3 debent intelligi in casibus, in quibus dos reperitur esse de iure priuilegiata: & sic intelligi debet dictū Saly. de quo supra. Deci. consi. 5. in causa D. Mariæ per totum consi. 301. in causa quæ Ferrariæ per totum. & ibi reprobatur Iaf. supra allega. consi. 496. in causa & c. nu. 2. & consi. 536. nu. 9. Quod tenendum? casus iste fuit disputatus in una Conchen. præstimonij coram. bo. me. D. Io. Paulo Ptholomeo, & pro maiori parte fuit tentum pro prima opin. uidelicet regulam non habere locum. fuit tamen consideratum, quod dos illa esset necessaria.
- 1 **QUARTO** quæro, tan sub hac regula comprehendantur hospitalia, elemosinaria, leprofaria, ac præceptoraria? Et ista quæst. potest intelligi tribus modis. uno, si hospitalia elemosinaria & c. uniantur beneficijs, de quibus in regula. Secundo, si hospitalibus elemosinaria & c. uniantur beneficia. Tertio, si uniarur hospitalia hospitali, uel una elemosinaria alteri elemosinarij. Et pro parte negativa uidetur facere, quod dispositio quantumcunq; generalis nõ uidetur hospitalia, & alia præmissa comprehendere, nisi de illis facta specifica mentione. & de xenodochijs, leprofarijs, elemosinarijs, ac hospitalibus est tex. in cle. 2. de præbē. Rot. 583. quidam in ciuitate in antiq. facit. declaratio Boni. viii. in extraua. declarationes sub tit. de deci. posit. inter communes uer. de redditibus & prouētibz leprofariarū & c. ubi hospitalia & similia declarat ex præ a decimis & c. quod uidetur esse contra omnes iuris regulas. faciunt not. per Feli. in c. in nostra in 22. cor. in si. de rescr. glo. 1. in cle. si beneficiorū in prima quæst. de deci. Decius consi. 165. uiso tenore col. 2. uer. si. sed supradictis nõ obstant. ubi latè. Posset fieri distinctio de tribus casibus supra positis: tamen
- 3 quicquid dictum sit, propter generalitatem in regula expressam & de locis pijs & c. & alijs clausulis, prout in ea, credo omnes casus prædictos sub regula comprehendendi. facit glo. in cle. dispendiosa de iudi. in uer. beneficijs, & ibi Cardi. in 2. & 3. quæst. faciunt tradi. per Syl. in tract. beneficij, in 3. quæst. 1. par. nume. 9. & in terminis nostræ regulæ firmat Paris. consi. 36. quod prætēsa unio. lib. 4. nu. 1. 14. & sequen. uideatur tradi. per D. Sarnen. in simili quæstione super regula de triēnali. q. 7. & per Rebuf. de pacif. poss. nu. 82. Et tenendo istam opinionem ad cōtraria potest responderi, quod procedunt in rescriptis, quæ sunt ambitiosa, & in materijs ualde odiosis, uel quia non habent clausulas, de quibus hic.
- QUINTO** quæro ibi, post mediū, Quæ suum sortitæ nõ sunt effectum, quando dicatur unio sortita effectum? Et Glossator hic uidetur tenere primo, quando habita fuerit possessio uigore unionis: postea dicit, quando per eum non stat, in fauorem cuius facta est unio: demum dat rationes, quod per collationem acquiritur ius in re, quasi uelit dicere, quod eo ipso quod gratia unionis est in se perfecta, cesset regula. Aduertendum

- 2 2 dum est, quod aliud est unio, seu gratia unionis : & aliud effectus unionis. Verum est in primo casu, quod eo ipso, quod + gratia est signata super concessione unionis, & multo magis si est expedita Bulla, & praesentata executoribus, dicitur perfecta. c. si super gratia de offi. Delega. lib. 6. Rot. in no. 285. si Episcopus & faciunt tradita supra super decima regula. Quantum uero attinet ad effectum unionis, qui potest diu etiam post gratiam factam suspendi: ponamus enim casum, quod fiat unio de beneficio uacaturo: certum est, quod ante uacationem non sortitur effectum unio. est enim suspensus illius effectus, donec beneficium uacet.
- 3 3 ponamus etiam, quod + Papa reseruet unum beneficium, & successiue Episcopus illud idem uniat, unio ualebit, & eius effectus suspendetur, donec extinguatur, seu suspendatur reseruatio. & in istis terminis loquitur Rot. 19. no. quod reseruatio 159. no. quod beneficium 252. no. quod beneficium ad quod & 657. dic quod unio in anti. Calde. sub titulo de reb. eccle. no. alie. consi. 2. Zabba. in cle. si. quaest. 9. de reb. eccle. non alie. Caccialup. in tract. unio. art. 4. quaest. 6. & art. 9. nu. 5. Dicerem igitur tunc unionem sortiri effectum, cum post factam gratiam sint remota obstacula suspensiu, & uere & realiter possit iam dici beneficium unitum, ex quo executores dati fecerint suos processus: & possessio fuerit capta, ad hoc ut dici possit, quod proprietas non sit inuitilis, sed ususfructus cum proprietate sit consolidatus. dicta deci. 159. in anti. ante fi. & 19. in princ. ubi unio ante effectum concernit proprietatem: & collatio, quae fit propter reseruationem, concernit fructus, & effectus unionis per reseruationem suspenditur. Aduenientibus igitur fructibus ex cessatione reseruationis potest
- 4 4 dici, quod unio est sortita suum effectum, & non ante: tunc requiratur perfectio & consumatio, non autem sufficiat inchoatio, uel conatus, iuxta text. in l. 1. §. haec autem uerba. ff. quod quis. iur. ubi declaratur, quando quid dicatur habere suum effectum & ibi late per Deci. facit rex. in l. si non mortis in fi. ff. de inoffic. testa. & Deci. consi. 385. iuridicam esse in fi. Rui. consi. 103. uiso priuilegio lib. 4. nu. 9. Pro hac etiam quaest. quando dicitur unio sortita effectum uel non, uideatur Guido. Papa consi. 134. col. 6. uerfi. ad tertium quaesitum: & Deci. Boe. 346. & primo dico, nume. 2. uerfi. & ita in terminis &c.
- 5 5 SEXTO quæro, circa medium ibi, Apostolica uel alia quauis autoritate factas. + An regula ista reuocet uniones annexiones &c. ab Episcopis seu alijs ordinarijs, uel Legatis factas: & quomodo dicta uerba accipienda sint? Et quod regula solum reuocet uniones à summo Pontifice, uel eius seu sedis Apostolicæ autoritate factas, uidetur omnino dicendum, quod
- 2 2 tribus fundamentis probo. Primo ponderando dictionem Alia, quæ de sui natura significat & infert similitudinem, & idem in qualitate: licet diuersum

- diuersum in substantia. l. si fugitiui cum glo. fi. C. de serui. fugi. c. cum non ab homine ibi, seu alio crimine de iudi. c. sedes & ibi omnes. de rescrip. Cardi. in Cle. 2. in. 1. not. de celebra. missa & in cle. si una in fi. 2. not. de rebus eccle. non alie. Abb. in c. sacris in 3. not. de sepultu. Alex. consi. 34. uiso themate nu. 2. uol. 1. & consi. 204. consideratis uerbis nu. 4. uol. 2. Ia. in l. si unus in princ. nu. 10. ff. de pact. Rot. Bisigne. 12. de præben. col. si. uerfi. item etiam hoc patet in antiquo. quæ est eadem in anti. 838. cum autem qualitas ordinariæ autoritatis non sit eadem cum Apostolica, immo diuersissima, ut patet ad sensum, & apparebit ex infradicendis: sequitur, quod interpretatio facienda sit propter dictum relatiuum Alia, ut hanc qualitatem diuersam excludamus. Similis igitur, uel eadem qualitas concurret, si interpretemur regulam intelligendum esse de unionibus factis per Papam. & sic per sedem Apostolicam immediate, uel etiam mediate per aliquos, quibus expresse commissum sit, quod unionem aliquam faciant Apostolica autoritate. prout in simili dicimus de receptione in canonicos autoritate Apostolica c. his qui de præben. lib. 6. & de promissione facienda autoritate Apostolica c. is cui eo. tit. & lib. Secundo, pro hac opin. facit diuersitas rationis reuocationis unionis sedis Apostolicæ à reuocatione unionis ordinariorum. + unio enim ab ordinario facta sine causa non tenet. Oldra. consi. 261. in unione requiritur, sub titulo de probatio. Rot. 510. no. quod unio, in antiq. & 59. unio facta uerfi. secus uero ubi nulla causa subsit in no. Mil. in reperto. in uer. unio facta ex falsa causa, post prin. ubi dicit, quod quando fit unio non allegata aliqua causa, tunc est ipso iure nulla: sed intellige, quando fit unio ab inferiore à Papa. Caccialup. in tracta. unio. arti. 5. num. 2. Papa autem ad libitum potest unire, uel dismembrare, cum sit dominus absolutus beneficiorum, & in eo sufficiat uoluntas per ratione. non mirum igitur si unio Papæ, ut plurimum sine causa facta, facilius tollatur: at illa ordinarij subsistere debet subsistente causa: nec in ea fieri debet distinctio, an sit sortita effectum, uel non: sed an duret causa, an uero deuenit ad non causam: & tunc dissoluatur. Caccialupu. in dicto tracta. arti. 6. nu. 14. & arti. 9. præsertim nu. 2. Immo durante uel subsistente causa de nouo fieri deberet unio, nisi facta esset, frustra igitur tolleretur iam facta. Immo tunc cogitur Episcopus causa subsistente, si reuocet. Archidi. in c. & temporis nu. 3. 16. quaest. 1. Caccialup. in præalle. tracta. in 5. arti. in fi. Insuper regula nostra continet etiam reuocationem unionis temporalis. + unio autem temporalis, quæ etiam personalis dicitur, quæ cum persona expirat, ab ordinario seu alijs, quàm à Papa fieri non potest: & est odiosa, & dicitur palliata reseruatio, fauorabilis personis, in quarum fauorem fit: sed non ecclesijs. Gemini. consi. 38. pro clariori nu. 2. uerfi. sed unio ad uitam.

Cassado. super regulis Deci. 33. nu. 5. & per eundem Deci. 2. nu. 9. sub titulo de unio. & contra istas uniones temporales exclamat Cof. Guiglier. in glo. pragma. sub titulo de rescri. §. ipsos omnes fol. mihi. 116. secundum paruum impressionem col. 4. super uer. exceptis: sed in quantum ipse ibi dicit, quod Papa non possit indistincte facere personales uniones, uideri meo aberrat toto caelo. cum ipse sit dominus absolutus, & nemo possit ipsi dicere in beneficialibus, Cur ita facis? Ad rem igitur nostram, cum istae temporales uniones innumeræ concedantur, & sint odiosæ: non mirum si reuocatio illarum facilius concedatur, quam illarum, quæ summa ratione & re discussa ab ordinarijs, Legatis, & alijs prælatis conceduntur. Tertio, tuerba ubi non conueniunt, dispositioni locus esse non debet. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. si uero. §. de uiro. ff. solu. mat. l. dies cautionis. §. toties & ibi not. Bar. ff. de dano. infec. c. indēnitatibus. §. penul. de electio lib. 6. Maria. Sozi. consi. 186. inspectis nu. 3. uol. 2. At ex regula nostra ex pluribus apparet uerba non posse adaptari ordinarijs, et legatis, prout apparet in prin. ibi. Etiam perpetuas, & sic præsupponit etiam temporales, quæ, ut proximè dixi, solum cadent in Papa, & etiam ibi, De quibusuis cathedralibus. t. unire enim Episcopatus, & maiores dignitates solus ipse summus Pontifex potest. c. & temporis qualitas, & c. sequē. 16. quæst. 1. c. sicut unire de excess. prælato. Caccialu. in dicto tracta. arti. 4. in prin. apparet etiam ante fi. 161. In quibusuis apostolicis literis & ibi, Etiam consistorialiter processerant. cum enim loquatur de consistorialibus, excludit legatos & ordinarios. Insuper illa uerba, quod alicui non suffragentur clausulæ uel adiectiones etiam circa ius quæsitum & c. demonstratur solū Papam cōcernere, cum alij illas non dent. Pro contraria opin. adducam quatuor fundamenta, & primum sit, quod t. dictio. Qui uis etiam iuncta cum dictione Alia, dicendo Alia quauis, generalitatem & universalitatem importat, & est apta omnia comprehendere etiam maiora & diuersa expressis. est tex. in cle. 1. de re iudi. in prin. ibi uel alia, quauis causa cum glo. in uer. quauis, quæ generaliter exponit, quod illa uerba includant causas etiam spirituales, criminales & c. cle. 1. cum glo. in uer. quouis modo, de rebus eccle. non alie. Alex. consi. 30. pōderatis narratis uol. 5. nume. 14. uerfi. sed in dicta concessione immunitatis. Feli. in tracta. lite. Aposto. contra patro. in 4. amplia. uerfi. sed profecto. Rot. 612. si Papa in antiq. ubi de clausula Quouis alio modo, & 27. fuit dubitatum in ult. addi. & 28. in no. & quod hæc dictio sit uniuersalis omnia comprehendens, ponit Alexan. consi. 155. uis & accuratē. uol. 2. col. 2. uerfi. sed D. Matteus ibi, quouis alienationis modo. iun. uerfi. ecce quod testator in 1. c. præceden. permissio fecit mentionem de omni alienatione. & sic uult idem importare dictionem Quauis, quod importat dictio Omnis.

idem

9 Idem etiam dicunt de dictione Quilibet. uolunt enim, quod idem operetur, quod dictio Omnis, excepto quod quilibet attribuat in solidum: omnis uero simul, & collectiue. Bar. in. l. hoc articulo nu. 3. uerfi. oppo. & uideretur. ff. de hæredi. insti. l. si pluribus, & ibi glo. Bar. & Imo. ff. de lega. 2. Corne. consi. 123. licet breue nume. 4. & consi. 321. de pluribus nu. 5. uolu. 3. Deci. consi. 527. In ciuitate Rauennæ ante fi. Secundo pro hac opin. facit quod aliter interpretando illa uerba, Vel alia quauis, nihil operaretur.

10 Sat enim fuisset dicere, Apostolica autoritate factas, t. superfluum uerbum. l. si stipulatus ibi, sed tamen propter illa uerba uacuum quæ possessionem tradi, potest dici parus quoq; & c. ff. de usur. & sic ne illa uerba frustra sint apposta, sit diuersissima interpretatio ab illa, quæ alias sine illis uerbis fieret. Bal. super rub. C. de cōtra. empti. quæst. 9. Alex. consi. xj. nu. xj. uol. 2. qui loquitur in clausula simili uidelicet, Alia quacunque ratione, uel causa. Deci. consi. 69. uis duobus nu. 4. consi. 74. & diligenter, ante nume. 2. & consi. 292. & pro tenui ante nu. 3. latè Cur. Iun. consi. 85. habira diligenti nu. 4. Tertio facit, quod si per hanc regulam reuocantur uniones non sortitæ effectum per Pontificem prædecessorem, & per sedem ipsam Apostolicam, etiam consistorialiter, ex certa sciētia, & motu proprio cōcessæ: à fortiori uidentur reuocatæ uniones per Legatos seu ordinarios, & sic per inferiores, quæ debiliores reparari debent, cum sint concessæ à minore auctoritate, seu potestate habentibus. Si igitur per generalitatem & uerba prægnantia, de quibus in regula, inducitur reuocatio concessionum, & prædilectorum, & magis honoratorum: à fortiori inducta censeatur concessionum inferiorum & subditorum, t. arguendo à fortiori. Autem. multo magis C. de sacro. eccle. c. cum in cunctis de electio. Deci. consi. 361. omissa lōga col. 4. post prin. Paris. consi. 34. ad resolutionem nu. 36. & consi. 61. licet alias nu. 45. uolu. 2. Quarto pro hac parte adduci potest, quod t. uniones sunt odiosæ, & à iure exorbitantes, stricti iuris, ambitiosæ, restringendæ, & facile impediendæ: cum de iure quilibet ecclesia debeat habere suum Rectorem, qui resideat in eadem, prout omnia hæc firmat Calderi. consi. 13. an unio facta per Papam, ante medium, sub titulo de reb. eccle. non alie. per c. sanctorum 70. distin. cum Calderi. cōcludit Deci. consi. 233. uiso tenore nu. 4. col. 3. post prin. & consi. 275. uiso tenore nu. 6. quod consi. est quasi idem cum proximè alle. Reuocatio igitur unionum fauorabilis censenda est, & amplianda: tanto magis, quando non est sortita effectum. merito igitur quacunque uniones regula nostra comprehendat, cum præsertim limitatio hic expressa uidelicet, Quæ suum sortitæ non sint effectum, non solum respiciat uniones Papales, sed & Legatorum, ac ordinariorum, & quorumcunque

V

cunque

cunque aliorum. Ex supra hinc inde deductis apparet quæst. istam esse satis disputabilem. qui uerò uellet tenere hanc secundam opin. ad contraria respondere posset, ut infra. Ad primum fundamentum de dictione Alius, satis apparet responsum supra in primo argumēto huius opin. quod iuncta cum dictione uniuersali extēdatur etiam ad diuersa, prout etiam no. Imol. in cle. 1. de re iudi. col. 2. uers. & nota bene ex glo. ultra quod dicitur Alius nō semper infert similitudinem, est tex. pulcher in c. officij ante si. ibi, si per alios intelligas alienos, ubi Abb. in 2. nota. dicens quod quandoque denotat diuersitatem in substantia & qualitate. facit glo. in prælle. c. sedes in uer. maiores ante si. cum qua transit Abb. ibi in si. & per Imol. in cle. 1. de refer. col. 2. nu. 7. Ad secundū de diuersitate rationis: quatenus diuersitas concurreret, illa esset contingens, & non necessaria. licet. n. Papa possit unire sine causa, nō presumitur id facere uel

13 quod dicitur Alius nō semper infert similitudinem, est tex. pulcher in c. officij ante si. ibi, si per alios intelligas alienos, ubi Abb. in 2. nota. dicens quod quandoque denotat diuersitatem in substantia & qualitate. facit glo. in prælle. c. sedes in uer. maiores ante si. cum qua transit Abb. ibi in si. & per Imol. in cle. 1. de refer. col. 2. nu. 7. Ad secundū de diuersitate rationis: quatenus diuersitas concurreret, illa esset contingens, & non necessaria. licet. n. Papa possit unire sine causa, nō presumitur id facere uel

14 le. princeps. n. semper præsumitur iure, & ratione uti uelle, & ex causis iustis moueri. Bald. in tit. apud quem uel quos contro. inue. termi. debe. c. 1. col. 2. Rui. consi. 60. ante nu. 5. uol. 5. Deci. consi. 4. præsupponitur tempore quo nu. 7. Paris. consi. xj. lib. 1. nu. 127. Et quādoquidem in aliquibus esset differentia, per hoc non sequitur exclusio alterius casus sub generalitate comprehens. Ad ultimum fundamētum contrarium, quod uerba non conueniant legatis & ordinarijs: responderi posset, quod t̄singula singulis referenda sint iuxta intentionem loquentis, etiam si non sic exprimeretur. glo. nota. in l. qui in futurum. ff. de pact. in uer. poterimus. glo. 3. in l. si. c. de fideicō. glo. in l. generaliter in uer. definitiua. C. de reb. credi. Maria. Sozi. consi. 125. uis puncto & testamēto nu. 14. & seq. uol. 1. Ita igitur & nos referendo singula singulis euitabimus contrarium fundamentum. Verba enim illa De quibusuis cathedralibus, & illa Confistorialiter processerant, & alia supra in contrarium ponderata, referantur solum ad illa uerba, Apostolica autoritate factas: alia uerò in regula contenta, quæ aplicari possunt etiam autoritati Legatorum & ordinariorum, illos illorumq; autoritatem concernant. Ad unum tamen aduertēdum est, quod satis dubitabilem reddere posset istam secundam opin. nam si sustentari posset illa opin. quod regulæ aliorum Pontificum reuocarent solum uniones temporales, super quo, quoad effectum regularum, Cassado. dubitat Deci. 34. super regulis in si. quam quæst. non posui, quia propter uerbum, Etiam perpetuas (ut supra in præsa. præmissi) est sublata huiusmodi difficultas. Tamen si uera esset dicta conclusio, sequeretur, quod secundum cōmunem cursum, & interpretationem tempore tot summorum Pontificum, usu & interpretatione receptum fuisset, quod temporales tantummodo uniones reuocatæ fuissent: quo casu omnino excluderentur uniones Episcoporum & Legatorum, qui non possunt

possunt unire ad uitam, ut probaui supra hac quæst. nu. 5. licet igitur per hanc regulam adderetur, quod reuocantur etiā uniones perpetuæ: cum tamen secundum cursum aliorum summorum Pontificū, ordinariorum & Legatorum uniones præseruatæ fuissent, & in regulis effectualiter, & per interpretationem non comprehensæ (si tamen hoc uerū sit, quod nunc non discuto) sequeretur, quod interpretatio fieri deberet in non expressis & non mutatis secundum cursum aliorum summorum Pontificum ad tradi. per Oldra. consi. 266. sub titulo de concess. præben. numero 6. uers. præterea reuocatio &c.

Regula Decimatertia.

¶ Reuocat facultates concessas quibuscunque.

T E M Reuocauit quascunque facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac alijs Prælati, & personis, necnon Apostolicæ sedis nunciis, ac fructuū & prouentuū Camerae Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio cōtracto, uel contrahendo in gradu prohibito, ac super natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis insimul retinendis, necnon de notariis publicis creandis, ac de disponendo quomolibet de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, & alias à præmissis officia ipsorum nunciorum, & collectorum, directè non concernentes. Necnon facultates & indulta quibusuis Cardinalibus, aut alijs personis, de quibusuis beneficiis ecclesiasticis certarum Ciuitatum, & diocesium, in quibus ipsi non erant, nec unquam fuerant ueri ordinarii collatores, sed de ipsorum ordinariorum consensu, aut etiam sine eorum consensu, seu sede Episcopali, uel etiam Archiepiscopali uacante disponendi, aut Vicarios perpetuos, seu temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus, aut personis huiusmodi beneficia conferrent, uel commendarent, deputandi, aut ipsi

V ij Vicarii

Vicarii per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos deputati fuissent, etiam perinde ac si ueri, & nõ ficti inibi ordinarii collatores essent: ac etiam cum decreto, quod dispositiones de eisdem beneficiis, absque eorundem Cardinalium, uel personarum consensu, etiam per Sedem Apostolicam pro tempore factæ, nullius essent roboris, quomodo libet concessa, etiam si in literis desuper confectis, sint clausulæ restitutoria, reintegratoria, & derogatoriæ derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi uoluit, quoad omnia in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiam si nunciis eiusdem dictæ sedis Legatis de latere competens sit concessa potestas, Decernens irritum &c.



ANT QVIS differt ibi, Ac de disponēdo quomodo libet, usq; ibi, Beneficijs ecclesiasticis. Et postea ibi, Nec non facultates & indulta cum sequen. usque ibi, Pro expressis haberi uoluit. Et ista sunt addita de nouo, tum ad ampliandum reuocationem, tum ad dubia, quæ oriri poterant tollendum. Diuiditur in duas partes principa-

les. In prima reuocantur facultates concessæ Patriarchis, & alijs hic nominatis, circa sex ibi specificata, & unum in genere, ibi, Et alias à præmissis &c. In secunda quæ est ibi, Nec non facultates, reuocat facultates concessas Cardinalibus, & alia indulta, prout in ea. Et dum uideo, quod Glossator hic post prin. uehemēter laborat usque ad sudorem inclusuē, ut ostendat & aperiat, regulam loqui de reuocationibus facultatum concessarum à prædecessore, & non ab ipsomet summo Pontifice regulæ huius conditore, nõ possum intra hos meos duros labores, me à risu continere, cernens ipsum Glossatorē non cōsiderasse regulam istam à quolibet summo Pontifice factam seu publicatam fuisse in crastino assumptionis ad Pontificatum, prout in principio regularum. quomodo igitur imaginatur, quod antequam Pontifex regularum cōditor assumptus esset facultates huiusmodi concesserit? Et si quis responderet parum ante, uel immediatē emanauerunt facultates: respondeo hoc non solum non conuenire summo Pontifici, immo nec priuato: præsertim in continenti, & absq; aliqua causa. † Voluntas. n. semper præsumitur durare. l. 3. & l. eum qui uoluntatem. ff. de probatio. talis igitur subita mutatio cadere non potest. Et cum per plures regulas immediatē sequentes, sit dispositum circa concessiones per alium seu alios Pontifices, non poterat in hac cadere talis dubitatio.

PRIMA

P R I M A Quæst. An intelligantur reuocatæ omnes facultates etiam in regula non specificatæ?

S E C U N D A Quæst. Quid importent uerba illa addita uidelicet, Disponendo quomolibet de quibusuis beneficijs?

T E R T I A Quæst. ibi, Et alias à præmissis officia ipsorum nunciorum &c. quid uelint illa uerba?

Q U A R T A Quæstio ibi, Nec non facultates & indulta &c. quæ reuocatio sit ista?

Q U I N T A Quæst. iuxta si. regulæ ibi. Et si nuncijs dictæ sedis legatis de latere &c. Ad quid ista uerba? & ibi, De legato de latere, de Nuncio Apostolico, & de Nuncio cum facultate Legati de latere?

S E X T A Quæst. An facultates Militum S. Petri, & aliorum officialium, super creatione Doctorum & notariorum, Dispensatione natalium, seu legitimatione, & aliæ ipsorum facultates sint reuocatæ per hanc regulam?

P R I M O Quæro, Cum rub. dicat, Reuocatio facultatum concessarum quibuscunque, & in nigro in prin. Item reuocauit quascunq; facultates cō-

1 cessas quibusuis Patriarchis &c. tan intelligatur reuocatæ omnes facultates, etiam in regula hac non expressæ & specificatæ? Et uideretur dicen-

2 dum quod sic. nam primo quoad rubricam licitū est ab ea arguere glo. in. l. uni. C. ne lice. in una eademq; cau. in uer. retractare. ante mediū ibi,

3 & quod sit taliter intelligendum probat rubrica: quasi uerba constitutionis referentur à rubrica. immo † Rubrica potest allegari pro decisione, Bar. super rub. ff. quod quis. iur. facit glo. in proœ. 6. §. nos ad apicem in uer. titulis. & Roma. consi. 32. uisa municipali nu. 6. cum autem rubrica (ut præmissis) dicat Reuocatio facultatū, ergo debet intelligi de omni-

4 bus, cum † indefinita æquipolleat uniuersali. l. si pluribus in princ. & ibi Bar. ff. de lega. 2. & l. si plures gradus. ff. de lega. 3. est igitur ac si dixisset, Reuocatio omnium facultatum. Insuper cū in nigro præmittatur, Item reuocauit quascunq; facultates concessas &c. apparet de uniuersali re-

5 uocatione: præsertim propter dictionem Quascunq; ista igitur generalitas debet operari, quod intelligi debeat de omnibus facultatibus indifferēter. l. si cui seruos omnes. ff. de lega. 1. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. l. in fraudem. §. si. ff. de testa. milita. Contrarium teneo, quod immo regula loquatur tantum in casibus specificatis: & sic potest fieri in-

6 terpretatio, Reuocat omnes facultates concessas Patriarchis &c. de dispensatione super matrimonio, super defectu natalium, super defectu ætatis, & alijs ibi expressis. & ista interpretatio est uera, ut patet ad oculū & iuri consona, quia indefinita & generalia restringuntur in suo significato ratione adiuncti. l. si. §. cui dulcia & ira summat Barr. illum tex. ff. de uin. & de lega. l. pediculis. §. item cum quæritur, & ibi glo. in uer. non

uideri.

videri. nam uidetur restringere per hoc, quod dixit meum & c. ff. de aur. & argē. lega. & propterea generalitas illa, Reuocauit omnes facultates, restringitur ad ibi expressa uidelicet, super dispensatione matrimonij, defectibus natalium, & ætatis, ac super alijs specificatis. Nec ob generalitas rubricæ, seu uerba indefinita in ea posita: quia non inconuenit, quod aliquando sit generalior rubrica, quàm nigrum, & cōtrā. Auren. de ince. nup. in princ. & ibi glo. in uer. illicitas. facit Rub. C. de religio. & sump. fune. & ibi Glo. & Doct. Alex. super rub. ff. de offi. eius, post princ.

Insuper † rubrica debet declarari ex textu, & contrā: & quando repugnarēt inter se, standū esset nigro. But. in proœ. Decreta. Alex. post Saly. in. l. i. nu. 9. ff. si cer. peta. Immo si rectè consideretur, rubrica non discrepabit à nigro: quia in ea dicitur, Reuocatio facultatum, debet suppleri per nigrum uidelicet super dispensationibus, super matrimonio & c.


SECUNDO QUÆRO iuxta primā additionem ad regulas antiquas uidelicet, De disponēdo quomodolibet de quibusuis beneficijs ecclesiasticis, † quid importent uerba ista, & ad quem effectum addita fuerint? Ad primum dico, quod † uerbum Dispositio simpliciter prolatum comprehendit omnem modum prouisionis, alias secus. c. cum in illis. §. illis uerò, de præben. lib. 6. cle. si. cum glo. 2. in uer. prouisioni de electio. Syl. de beneficio par. 3. quæst. 1. nu. 16. & 27. Paris. cōsi. 144. nu. 14. uol. 4. Ad secundum dico, quod effectus fuit magnus, quia in regulis antiquis non ueniebat reuocatio facultatum disponendi de beneficijs, quia talis facultas ab alijs facultatibus hic nominatis, est ualde diuersa: nec una sub specificatione alterius uenit. & quod dispositio uel † facultas prouidendi de beneficijs nō ueniat sub quacunque generali facultate, est rex, in c. si. de offi. Vica. lib. 6. Abb. in c. ex frequentibus de institutio. nu. 7. ibi, quia non est uerisimile, quod in generali cōcessione. Syl. de beneficio 2. par. quæst. 14. nu. 1. & 2. Deci. consi. 123. In casu proposito nu. 3. ibi, secus est in libera collatione, quam non habet & c.

TERTIO QUÆRO ibi, Et alias à præmissis officia ipsorum nunciorum & collectorum directe nō concernentes, † quid uelint ista uerba? Et Glossator in si. huius regulæ tangit hunc passum, sed non declarat, uerum solum concludit non esse reuocatos officiales sedis Apostolicæ, prouidentur Comites Palatini, à Pontifice prædecessore creati. Cerrè uerba ista uidentur satis ambigua. uideri autem meo ponunt ampliacionem ad supra deducta, & ampliacionis huiusmodi limitationem hoc modo uidelicet, Ac reuocauit alias facultates à præmissis, id est ultra præmissas, & ista est ampliatio: quasi dicat, non solum reuocauit facultates supra specificatas prædictis concessas, immo etiam alias. postea ponit limitationem uidelicet, nō concernentes officia. & istud † uerbum Directè, debet interpretari,

rari, id est propriè, & immediatè, ac principaliter, & ipso iure, & de sui natura, ad theo. Bar. in. l. centurio. nu. 8. & 43. & Ias. num. 4. ff. de uulga. & facit distinctio seu declaratio beati Thomæ in secūda secundæ quæst. xj. arti. xj. ubi quod aliqua ad fidem dupliciter pertinent: uno modo directè & principaliter, sicut articuli fidei: alio modo indirectè & secundario, sicut ea, ex quibus sequitur corruptio alicuius articuli.

QUARTO QUÆRO iuxta secundam partem ibi, Necnon facultates, & indulta & c. † quæ reuocatio sit ista? Dico, quod præsupponitur, quod Cardinales seu alij habent facultates & indulta de conferendis beneficijs in aliena diœcesi, seu in alieno Episcopatu, aut ad constituendū Vicarios, qui illa eisdem Cardinalibus, uel alijs conferant seu commendent: uel quod ipsi uicarij fuerint deputati, non à Cardinalibus & alijs præmissis, sed à summis Pontificibus prædecessoribus, supple tu, ad dictorum Cardinalium seu aliorum fauorem, uidelicet ad conferendum seu commendandum eisdem. postea subdit, Etiam perinde ac si ueri & c. quasi uelit dicere, etiam quod in talibus facultatibus seu indultis adsit clausula, quod dicti Cardinales, seu alij, uel dicti Vicarij à prædecessoribus constituti, sint perinde ac si essent ueri ordinarij collatores, & etiam quod contineant decretum irritans, & alia de quibus ibi. Reuocat igitur omnia prædicta, & summa ratione: quia eo ipso quod † quis est Episcopus, est etiam ordinarius collator c. omnes Basilicæ & c. nullus 16. quæst. 7. Zabba. in cle. 1. quæst. 14. in fi. ut li. penden. meritò regula reducit ordinarios collatores ad suum primæuum statum remouendo impedimenta & obstacula. Cassado. Deci. 8. de præben. nume. 6. & in 3. de priuileg. nume. 2. & deci. 5. nume. 3.

QUINTO iuxta si. regulæ, quærot ad quid illa uerba, Etiam si nuntijs dictæ Sedis Legatis de latere competens sit concessa potestas? Et pro iunioribus præmitto quoad rem nostram, quod habemus hæc nomina uidelicet, Legatū de latere, Nuncium Apostolicum, & Nuncium cum potestate Legati de latere, omitto alias species Legatorum, & Nunciorum: quia non faciunt ad casum nostrū. † Legatus de latere, est Legatus Cardinalis, qui dicitur de latere Papæ: & iste habet facultatē ipso iure conferendi beneficia, & habet alias facultates alijs non competentes. c. 1. §. si. de offi. Lega. lib. 6. c. si Abbatem in princ. & §. huiusmodi, ubi quod potest confirmare electiones Episcoporum & c. de electio. eod. lib. Deci. consi. 149. In causa iuris patronatus col. 4. Rot. 4. 58. not. secundum in anti. 58. Legatus de latere in no. Belleme. 403. Legatus de latere & c. Syl. de beneficio par. 2. quæstio. 3. nume. 34. Boer. Deci. 345. nume. 4. † Nuncius uerò Papæ seu Apostolicus, qui aliter dicitur Legatus, sine isto adiuncto De latere, non habet istam facultatem conferendi beneficia, est rex. clausus in



rus in dicto c.1. de offi. Lega. lib. 6. cle. 2. cum glo. in uer. uolumus de offi. ordina. Nec potest confirmare electiones Episcoporum exemptorū dicto c. si Abbatem in fi. de electio. lib. 6. Et potestas ipsius sit extraordinariè interpretanda tantum, id est ad extraordinarium modum inducta: declarat Abb. in repe. c. si quis contra in 2. nota. nu. 4. de fo. compe. Cas. 4 fado. 1. de decre. num. 3. † Nunciij uerò cum facultate Legati de latere, ex quo sunt illis adequati, habent collationem beneficiorum, & omnia alia priuilegia, quæ habent ipsi Legati de latere: prout in terminis nostris concludit Deci. consi. 128. licet in casu nu. 1. Paris. consi. 17. de bono uol. 4. num. 3. & seq. Gig. in tracta. pension. quæst. 6. nume. 29. & seq. qui omnes exemplificant in Nuncio Veneto, qui habet potestatem cum facultate Legati de latere. Nec mirum, quod talis Ciuitas habeat Nuncium ad instar Legati de latere, quæ etiam habet proprium Patriarcham, & meritò, cum sit Vrbs præclarissima, & decus ac splendor totius Italiae, uirtutibus, diuitijs, ac religione ornata: & cuius Magistratus non aliter admiratus sum, quam admiror, dum lego illos nostrorum antiquorum Romanorum. Sequitur igitur, quod iste uersus est appositus ad tollendam difficultatem. cum enim in principio regulæ præmissum sit de nuncijs, poterat oriri dubium, quid in nuncijs cum potestate Legati de latere, Hic uersus. uenit ampliatiuè & declaratiuè concludens, quod idem sit etiam in istis nuncijs habentibus istam potestatem.

- 1 SEXTO quæro. † An facultates militum S. Petri, & aliorum officialium Ro. Cu. de numero participantium super creatione Doctorum & Notariorum, ac dispensatione super natalibus, seu legitimandi, & aliæ illis respectiue competentes sint reuocatæ per hanc regulam? Pro parte affirmatiua facit tex. regulæ nostræ, qui uidetur clarus ibi, Quascunque facultates alijs prælatis, & personis &c. ac super natalium &c. necnon de notarijs publicis creandi, quæ uerba conueniunt facultatibus militum, & aliorum officialium: ergo & dispositio, argumento. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. l. ita autem in prin. & ibi Bart. ff. de admini. tuto. l. si uerò. §. de uiro. ff. solu. mati. l. 4. §. Prætor ait, & ibi no. Bart. in ult. nota. ff. de dam. infe. quod autem conueniant, patet. præfati enim milites habent suas facultates doctorandi, creandi notarios, ac legitimandi, & tales facultates antè hanc regulam fuerunt in uiridi obseruantia: & ego uigore horum priuilegiorū tam in urbe, quàm extra ad doctoratus gradum plerosque promoui, notarios creauit, pluresque legitimauit. & istam facultatem notarios creandi, & legitimandi, habent etiam notarij archiuisitæ de numero participantium: & alijs officialibus habent diuersas alias facultates, quæ omnes per uerba clara regulæ huius reuocatæ uidentur. Fortificantur prædicta, quia si reuocantur facultates Patriarcharū, Archiepi-

- chiepiscoporum, & ipsorummet Cardinalium, de quibus minus uidebatur dicendum propter excellentiam, & præminentiam, ac prærogatiuam talium personarum, multo magis reuocatæ censeretur debet facultates Militum S. Petri, & aliorum officialiū minus Cardinalibus & alijs præfatis priuilegiatorum arguendo à maiori ad. l. 1. C. nego. gesto. l. qui indignus ff. de senato. Insuper cum camera Apostolica habeat auctoritatem colligendi & distribuendi redditus sedis Apostolicæ Deci. consi. 404. uiso elegantia nu. 1. & camera deputauerit prædictos Milites S. Petri in collectores annatarum, seu aliorum prouentuum ipsi camerae debitorum, uel potius in locū ipsius camerae, à prædecessoribus Pontificibus deputati fuerint, prout patet in priuilegijs: sequitur, quod non solum ueniant sub illis uerbis, Ac alijs personis, sed etiam sub illis uidelicet, Ac fructuum & prouentuum camerae Apostolicæ debitorum Collectoribus: cum igitur ipsi sint tales collectores, ergo constitutio ipsos comprehendat. Quarto pro hac parte potest ponderari limitatio illa uidelicet, Officia ipsorum directè non concernentes: cum autem facultates istæ Militum, & aliorum officialium non concernant directè eorum officia, officium enim d. Militum S. Petri statutum & creatum fuit directè, & principaliter pro custodia & tuitione personæmet summi Pontificis pro tēpore regnantis, præsertim in associando in sancta cruciata, pro cōcilio, & ubiq; ac pro appositione manus literis expediendis, & alias, prout in facultatibus: & tam ipsi, quàm alijs officiales directè & principaliter ad aliud destinati & deputati fuerint, quàm ad facultates, de quibus in regula: sequitur, quod † exceptio hic appositæ firmare debeat regulam in non exceptis. 4 Bar. post glo. & Dyn. in. l. 1. in fi. ff. de reg. iur. in. l. Lucius. §. pluribus in fi. ff. ad Trebellia. & in. l. in his. ff. de legi. Ias. post Paul. Castren. in. l. nūm. nu. xi. & seq. ff. de in lit. iuran. ubi etiā quod ampliat, & facit cōprehendi ea, quæ alias non comprehenderentur. & sic reuocatio omnes alias facultates comprehendat, quàm hic exceptas. Quinto negari non potest, quin facultates, de quibus in nostra quæst. nō sint à iure exorbitantes, & strictè interpretandæ, ac plerunque occasionem deuiandi à recto tramite præbentes. & primo quoad facultatem creandi notarios, ista 5 exorbitans uideretur. † Creare enim notarios est solius ipsius principis. Inno. in c. cum P. tabellio nu. 1. & 3. de fi. instru. cum quo transit Bar. in. §. illud nume. 4. uersus. quis possit tabelliones creare in Auten. de tabellio. colla. 5. Oldra. consi. 75. Quis possit creare notarium, sub tit. de offi. ordi. & fi. instru. Bald. in. l. rescripta col. 3. uersus. item trascendit leges tabelliones faciendi &c. C. de preci. Impera. offe. Ludo. Roman. in. l. Imperium col. 2. uersus. item seruauit sibi auctoritatem creandorū tabellionū &c. 6 ff. de iurisd. om. iudi. † Dispensare etiam est cōtra ius, & ipsi principi re-

7 seruatam. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ri. nupti. c. requiritis. §. nisi ri-
gor & c. seq. i. quæst. 7. Specu. in tit. de dispensatio. §. i. in princ. & §. nunc
breuiter dicendum. Paris. consi. 68. dubium exoritur nu. 35. uol. 4. † Legi-
timare etiam est ipsi principi referuatū in præalleg. l. qui in prouincia. §.
diuus. ff. de ri. nupti. in Auten. qui. mo. natu. effi. legiti. & in Auten. qui.
mo. natu. effi. sui. Bald. in. l. rescripta col. 3. uersi. quinto, quia Papa legitimi-
mar. ff. de preci. Impera. offe. & Rom. in alle. l. Imperium nu. 2. ff. de iurif.
om. iudi. Cùm autem facultates Militum, & aliorum prædictorum offi-
cialium talia cõtineant, uidentur penitus exorbitantes, & à iure deuiaz,
8 ut meritò illarū facilis & fauorabilis sit cēsenda reuocatio. Idem etiam
dicendum sit in facultate doctorandi, quod sit similis supradictis. † Do-
ctorare. n. seu ad Doctoratus gradum promouere ad principē spectat,
uel ad collegiū studii uniuersalis ex autoritate principis, præuio exa-
mine, & depositione seu relatione per septem Doctores ad minus se-
cundum aliquos, uel ad minus per quatuor Perusii, & in aliquibus alijs
studijs uniuersalibus, ac subsequente approbatione Cancellarij, Archi-
diaconi, uel similibus, prout omnia prædicta probantur per Io. And. in
c. i. super glo. fi. de celebra. missa. per Barr. in. l. magistrus. C. de profes. &
medi. lib. x. & in proœ. ff. num. 9. glo. fi. in cle. fi. de magi. Saly. in. l. nemini
nu. 2. C. de aduq. diuersi iudici. Mil. in suo repert. in uer. scholaris si debet
in iure examinari. & in tracta. de Doct. Petri Leuandæ. in 1. & 2. quæst.
1. par. Milites uerò S. Petri quibus concessa fuit talis facultas Doctorandi
pro parte sunt sciētiarū ignari, quomodo igitur poterūt illi, qui sunt in-
docti ad doctrinā alios promouere? Immo inconueniens sequitur iuxta
illud, si cæcus cecum duxerit, ambo in foueam cadent. & durum profe-
ctò uideretur, ut gaudeat priuilegijs doctoralibus ille, qui forsā à milite
prima elementa ignorante promorus, sicut & ille, qui præuio longis
continuis uigilijs, præuioque rigoroſo examine lauream meruerit. pa-
riterque indecorum uideretur, quod ita doctorare possit, cum eademque
præeminentia & facultate Miles S. Petri literarum ignarus, sicut & ali-
qui peritissimi, qui in huiusmodi collegio militum sunt. Vnde semper
priuilegia huiusmodi doctorandi, notarios creandi, ac legitimandi d. Mi-
litibus concessa limitari, uel interpretari debere censui, personis solum-
modo idoneis & peritissimis, ac scientibus discernere lepram à lepra,
ac meritis ab immeritis, concessa. Iure igitur optimo uideantur omnes
facultates præmissæ per hanc regulam reuocaræ. Pars negativa est ue-
rior, & tenenda: & omiſsa disputatione ita seruat. pro qua obseruan-
tia sufficiat unum motiuum, quòd tollit omnia contraria, quòd est: nam
facultates concessæ collegio Militum S. Petri & alijs officialibus Curia
de numero participantium non sunt propriè priuilegia: sed per contra-
ctum

Actum concessæ creatis officijs, illisque pro certo precio uenditis: & sic
princeps recepto precio uendit officia, & uendit in dies, & respectu
huius precij, & ex alijs causis animum suum mouentibus concessit fa-
cultates pleraſque, & sic in uim pacti, quas non est dubium eum conce-
9 dere potuisse. † Princeps autem reuocando facultates sub quibusuis for-
mis & clausulis, nō reuocat cōcessas recepto precio & in uim pacti: quia
reuocaret conuentionem, quòd non potest, pulchrè per Bald. in. l. qui se
patris col. 7. uersi. hoc scias, quod si princeps recipit precij, significat uē-
ditionem & c. C. Vnde libe. Rom. consi. 252. pro decisione nu. 3. Anchara.
in c. i. col. 3. nume. 8. uersi. ex qua infero de constitu. lib. 6. Abb. in c. noui
nume. 25. ibi, quia illud transiit in quasi contractum, quo etiam prin-
ceps obligatur de iudi. infre. Deci. 225. incipit, priuilegium à principe cō-
cessum. & 321. princeps tenetur. Feli. in c. quæ in ecclesiarum nume. 51.
uersi. secundo confirmatur, de constitutio. Deci. consi. 286. in causa com-
munitatis nume. 6. & consi. 292. & pro tenui nume. 7. & consi. 689. uiso
puncto col. 1. nume. 5. & sequen. Cur. Iunior. consi. 174. in causa uertente
nume. 24. uersi. cùm igitur quàm plures & nume. 33. uersi. sed quòd for-
tius, ubi dicit opin. Bald. de qua supra communiter teneri. Paris. consi.
82. aduertendum nume. 48. & sequen. & nume. 52. dicit hanc esse com-
10 munem opin. lib. 1. & ratio assignatur: Quia † in contractibus princeps
censetur uti iure priuati, Paul. Castren. in. l. digna uox. C. de legi. Roma.
consi. 436. quod indultum nume. 17. & sequen. Iaso. post alios in. l. tradi-
tionibus. C. de pacti. & Deci. in dicto consi. 286. nume. 6. Immo si prin-
ceps motu proprio reuocat ea, quæ obseruare tenetur, fingitur circum-
uentus adeo quòd contrarium probari non possit. quasi sit præsumptio
iuris & de iure. Deci. consi. 588. uiso puncto nume. 19. Vnde cùm sum-
mus Pontifex facultates prædictas concedere potuerit, & in uim pacti
concesserit, reuocatio successoris seu successorum, non facta præsertim
speciali & indiuidua mentione, certum est, quod non obstabit facultati-
bus prædictis.

Regula Decimaquarta.

Reuocat facultates à prædecessoribus concessas ordinarijs de conferendo beneficia generaliter referuata.

TEM Reuocauit quascunque facultates, & literas desuper confectas, per quas quicunque sui prædecessores Romani Pontifices, quibusuis personis, ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum ecclesiasticorum de iure, uel consuetudine habentibus, & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, uel alia dignitate, ¶ Non tamen Cardinalatus honore fungentibus, quauis consideratione, uel intuitu: seu etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant. ¶ Ut quantum diu uiuerent, ¶ Vel suis Ecclesijs, seu Monasterijs præfessent, aut ad aliud tempus de beneficijs Ecclesiasticis generaliter referuatis, seu affectis, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, aut quamuis aliam dispositionem communiter, uel diuisim spectantibus, disponere liberè, & licitè ualere. ¶ Aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarij perpetui, uel ad tempus constituti forent.

REGULA Ista, quam inter antiquas non intuenio, obscura uidetur in uerbis, & in sensu: uideri autem meo hoc intendit. Reuocat facultates à prædecessoribus concessas ordinarijs, de conferendo beneficia generaliter referuata, seu affecta. Potest diuidi in duas partes, In prima ponit reuocationem, ut in summario. In secunda, quæ est ibi ante si. Aut etiam ad id per easdem, ampliat etiam si Vicarij &c. Rursus prima pars potest subdiuidi in duas partes: In prima disponit generaliter comprehendendo omnes ordinarios. In secunda quæ est ibi, Non tamen Cardinalatus &c. excipit Cardinales ab hac regula. uerum autem intellectum regulæ ponam infra in prima quæsti. In si. ibi, Aut etiam, ad id: repetenda sunt uerba principij uidelicet, Per quascunque facultates

facultates, & literas. Et ibi Ad id, expone, tu id est ad disponendum de generaliter referuatis, seu affectis.

PRIMA quæst. Ad quem effectum emanauerit regula ista, quorsum tendat, & quis sit eius uerus intellectus?

SECUNDA quæst. Papa hodie reualidat facultates concessas alicui ordinario à prædecessore iuxta terminos regulæ, an iste, qui obtinuit reualidationem, possit uti literis facultatis, iam expeditis ante reuocationem, illisq; iuuetur, uel si non erant expeditæ tempore immediati prædecessoris, an hodie possint expediti?

TERTIA quæst. Facultates, & literæ reuocatæ an possint produci quoad ea, quæ habent tractum seu causam de præterito?

QUARTA quæst. ibi post princ. Seu aliam dispositionem beneficiorum, An debeat fieri interpretatio de omni dispositione indistinctè?

QUINTA quæstio, quid uelint illa uerba De iure, uel consuetudine habentibus?

SEXTA quæst. in si. ibi Vicarij perpetui, uel ad tempus, de quibus Vicarijs loquatur regula, & qualiter in iure Vicarij accipiuntur?

1 PRIMO quæro, † Ad quem effectum emanauerit regula ista, quorsum tendat, & quis sit eius uerus intellectus? Et uidetur dicendum, quod regula ista tanquam perplexa, obscura, immo in se contraria, non habeat

2 requisita legis, constitutionis, seu statuti. † Lex enim siue constitutio, & qualibet dispositio debet esse clara, & aperta, non autem perplexa & sibi ipsi contraria. c. erit autem lex. distin. 4. l. aut qui. §. i. ibi aut obscure dicere. ff. quod ui. aut clam. l. ueteribus. ff. de pact. l. Labeo. ff. de contra.

emptio. Hic autem uidetur aperta confusio, & contradictio. cum enim reuocatio sit facultatum concessarum ordinarijs de disponendo de beneficijs generaliter referuatis, seu affectis, spectantibus ad eorum collationem &c. Si sunt referuata, seu affecta, quomodo spectant ad collationem ordinarij? ad ea, quæ dicta sunt super regulis referuatorijs. Sed si ad eorum dispositionem spectant, ad quid facultates illæ concessæ?

3 † Frustra enim precibus impetratur, quod iure communi competit, seu conceditur. l. i. in si. ff. ad munic. l. uni. C. de thesa. lib. x. & ibi Bart. in 3. no. c. quia in causis. §. licet de procurato. Deci. consi. 232. Dura admodum in si. Ad tollendum omnem cōtrarietatem, & perpelexitatem, ego supplerem, uel subintelligerem unam dictionem post illa uerba Referuatis, seu affectis, ad eorum, & dicerem sic, Referuatis seu affectis ad eorum alioquin collationem &c. ut sensus sit, quod reuocauit facultates à prædecessoribus concessas ordinarijs de conferendo beneficia referuata, seu affecta ad eorum alias, seu alioquin collationem, seu provisionem &c. spectantibus. Et ista est uera mens regulæ: & sic per supplementationem, uel

intellectualem additionem præfatæ dictionis, Alioquin, uel Alias, remouetur obscuritas, & cōtrarietas, & euitabitur absurdus intellectus: quod maxime faciendum est in interpretatione iurium, & statutorum, prout in simi. tradit Pau. de Cast. consi. 39. in causa capturæ secundum primam impresionem col. 2. & 3. & Cur. Iun. consi. 150. materia præsentis nu. 5. Concludo igitur, quod inrentio Papæ fuit beneficia generaliter reserua-
ta seu affecta taliter remanere contrariis facultatibus, præterquam Cardinalibus concessis, reuocatis: nec uideri meo potest dari alius sensus, uel interpretatio.

- 1 **S E C U N D O** Quæro, ibi post principiū. Et literas desuper cōfectas. † Papa hodie reualidat facultates cōcessas à prædecessore alicui ordinario, iuxta terminos regulæ: an iste, qui obtinuit reualidationē, possit uti literis facultatis iam expeditis ante reuocationē, illisq; iuuetur, uel si nō erāt expeditæ tempore immediati prædecessoris, an hodie possint expediti? Distinguerem sic, aut in reualidatione est expressum etiam de literis, dicendo Facultates huiusmodi, literasq; desuper emanatas cum inde securis, reualidauit: & hoc casu indubitabile est, literas expeditas fidem
2 facere, uel expediti posse. Nam † reualidatio resuscitat, & uiuificat quod nullum erat insufflando spiritum, & animam. Gemina. consi. 128. super primo nu. 7. uersi. sed rescriptum. Roma. consi. 362. quoad primum nu. 5. Cassado. super regulis Deci. 33. nume. 6. ibi quia uiuificat, quod nullum erat & c. Si igitur literæ sunt uiuificatæ, quæ iam perierant, certum erit, illas, eandem fidem facere, quam fecissent ante earum interitum, seu reuocationem. & de ista reualidatione gratiæ, & literarū loquitur Rot. 557. Postquam Titius in antiq. & Bisigne. ult. de rescr. in antiquio. quæ est eadem cum proximè alle. Idem dicendum erit, si non erant expeditæ, quia expediti potuerunt, cum sit remorum omne impedimentum, & sublata omnis inualiditas. Aut reualidatio sit solum ipsarum facultatum, nihil expresso de literis, & tunc uideretur subdistingendum hoc modo uidelicet. aut quis non expediuit literas ante reualidationem, & uult expediti post reualidationem: aut expediuit, sed non uult illis uti, sed de nouo post reualidationem uult expediti: aut & tertio, iam expediuerat, & uult uti eisdemmet literis, quas ante reualidationem expediuerat. In primis duobus membris illum puro admittendum. cum enim sit reualidata gratia, & sic sublatum impedimentum, prima gratia, quæ
3 surrexit executioni demandanda erit. † Papa enim gratiam prædecessoris effectuare, ac executioni demandare, & fidem de illa facere solet. c. literis in fi. de rescr. Bal. in. l. humanum in fi. C. de legi. Deci. consi. 251. in causa magnificæ col. 2. ante medium. 407. uisus & diligenter nu. 17. 492. Testator uxori nu. 3. Syl. de benefi. par. 3. quæst. 22. nu. 3. & facit regula octaua

- la octaua Rationi congruit, de qua supra. literæ igitur super illa prima gratia expeditur à successore iuxta formam dictæ regulæ Rationi congruit. Tertium autem membrū uidetur, satis dubium. Si enim ante reuocationem expediuerat literas, superuenit reuocatio regulæ, quæ gratiā, & literas nominatim, & specificè reuocat, & annullat: licet postea idem summus Pontifex reualidet gratiam, non reualidando literas, illæ reuocata, & extinctæ ex se ipsis nō potuerunt reuiuisci: donec igitur & ipsæ reualidetur, mortuæ erunt, nisi de nouo expediantur. per regulam enim duo inualidantur, seu reuocantur, uidelicet gratia cōcessa, & literæ desuper expeditæ. & sic iste ordinarius habebat defectum, seu impedimentum duplex, uidelicet super gratia, seu facultatibus, & super Bullis
4 expeditis. † Impedimentis autem duobus existentibus, uno sublato, remanet alterum. c. pastoralis de priuile. c. ex tuarum de autho. & usu. pal. 5 lij. prout etiam dicimus quod † seruitutibus duabus apposis, seu constitentibus una sublata, altera remanet. l. si domustra. ff. de serui. urba. 6 prædi. l. si prius in prin. ff. de aqua plu. arcen. & † iuribus pluribus competentibus uni renunciato, seu uno sublato, alia remanent. l. suū hæredem. C. de iure delibe. l. quotiēs duplici. ff. de reg. iur. Deci. consi. 266. ad exclusionem nu. 3. consi. 395. uisus his col. 2. ante fi. consi. 625. uiso elegantī nu. 8. Contrariā opin. puro ueriores, & æquiorē, quod immo bullis iam ante reualidationem expeditis uti possit: quia secundum ueriores, &
7 magis cōmunem opin. † restitutus ad priorem statum, omnia recuperat, quando interim non est tertio ius quæsitum. l. 1. in fi. & l. fi. & ibi Bar. C. de senten. pas. nu. 4. uersi. uenio ad ultimam partem. Abb. in c. fraternitatis ante fi. uersi. mortuum eorum, de frigi. & malefi. Barr. in. l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 12. ff. de libe. & posthu. Deci. consi. 525. uisus his nu. 8. Feli. in c. inter quatuor nu. 4. uersi. in quantum autem. de maio. & obedi. Boe. Deci. 65. & hæc quæstio nu. 2. & in materia reualidationis gratiæ est
8 tex. in c. quamuis de rescr. lib. 6. & ibi omnes. Insuper † restitutio reponit in pristinos terminos, ac si quis ab illis nunquam decidisset. l. filio quem pater ibi, quod nō trāsclarus, sed redditus uideretur. ff. de libe. & posthu. Rui. consi. 86. cum ista nu. 5. uersi. Sed tamen præmissis uol. 5. Deci. consi. 69. uisus præmissis nu. 5. & consi. 88. & pro tenui nu. 3. Sed si iste non decidisset à sua gratia, potuisset uti literis expeditis: ergo & nunc restitutus perinde ac si nulla reuocatio interuenisset. Item literæ possunt dici accessorium seu forma, effectuatō, uel sequela gratiæ. gratia enim potest
9 esse sine literis: sed non literæ gratiæ, siue gratiæ. † Accessorium igitur debet regulari secundū suum principale. l. cum principale & l. nihil doli. §. cum principale. ff. de reg. iur. c. accessoriū eo. lib. 6. glo. in. l. uni. c. de lati.

lati. libe. tollen. in uer. imaginem in fi. quæ tanto magis procedunt, quando eadem ratio est principalis, & accessorij. Alex. consi. 4. circa primum uol. 1. col. 4. in princ. ubi dicit, quod accessorium non sequitur naturam sui principalis, quando nõ est eadem ratio in accessorio, quæ est in principali. & cum literæ sint quasi imagines ipsius gratiæ, sublato principali, & ipsa imago destruitur. l. uni. C. de lati. liber. tollen. post prin. si cũ principali rollitur, ergo cum principali reuiuifcet: quia contrariorum eadem est disciplina. Ad contraria pro alia opin. adducta, unico uerbo responderi possent, quod illa procedant, quando sumus in distinctis, & separatis: non autem in accessorij, seu consecutiuis, & quando concurrat eadem ratio in uno, quæ in altero.

- 1 TERTIO QUÆRO, † ordinarius iuxta terminos regulæ uigore talium facultatum ante hanc reuocationem prouidit de beneficijs, de quibus hic: post reuocationem huius regulæ litigat prouisus ab ordinario uigore talium facultatum cum Apostolico, à quo opponitur, quod prouisio ordinarij non tenuit, quia non potuerit disponere de reseruatis, uel affectis: & replicante prouiso ab ordinario, quod potuit uigore facultatum, quas producit: Apostolicus tripliciter quod facultates, & literæ sunt expressè per regulam reuocatæ, & sic non possint allegari, nec fidem faciant, quid iuris? Pro Apostolico faciunt uerba regulæ in princ. quæ sunt clara. dicunt enim quod reuocauit facultates, & literas desuper confectas. post reuocationem igitur huiusmodi, non possunt illæ produci ad decisionem causarum, pro ut etiam dicimus, quod † leges correctæ, seu abrogatæ pro decisionibus causarum, allegari, & adduci prohibentur. l. uni. §. huic igitur, & ibi no. glo. in uer. necesse in fi. C. de Iustin. codi. cõfir. l. uni. C. de lati. liber. tollen. post prin. & ibi glo. in uer. imaginem. Feli. in c. fraternitatis num. 2. super glo. 1. de hæreti. & re iam sublata, absurdum est relinqui imaginem, seu similitudinem. Bal. in. l. de quibus nu. 33. uerfi. quoad tertium. ff. de legi. Contrarium in casu proposito est concludendum, quod immo facultates, & literæ reuocatæ ad decisionem causarum, quæ habent tractum, seu originem uel causam de præterito produci possint, & attendendæ sint. prout etiam dicimus, quod † lex abrogata licitè producitur, & attendi debet pro causa inchoata ante reuocationem legis, seu quæ habet causam de præterito, in Auten. ut cũ de appella. cogno. in prin. Bar. in. l. fi. ante fi. ff. de fal. uerfi. solu. aut quis uult allegare leges correctas ad decisionem causarum & c. Feli. in præalle. c. fraternitatis de hæreti. nume. 3. uerfi. quarto, uis ad decisionem causæ inchoatæ & c. Idem etiam concluditur de † statutis reuocatis, seu correctis quod allegari possint pro decisione eorum, quæ ante correctionem emerferunt Bar. in. l. omnes populi ante fi. nume. 68. uerfi. quid de statutis

statutis antiquis correctis. ff. de iusti. & lu. Idem Bart. in. l. leges. la secunda nume. 2. uerfi. & ideo statuta correctæ. C. de legi.

- QUARTO QUÆRO ibi post prin. Seu aliam dispositionem beneficiorum, † an debeat fieri interpretatio de omni dispositione indistinctè? Et uideatur quod sic, nam † uerbum Dispositio beneficiorum est apertum comprehendere omnem modum ordinandi in c. licet in prin. de præben. lib. 6. ubi sub uerbo dispositionis uenit etiam collatio omnis; immo etiam tributio iuris de futuro. & sonat idem, quod ordinatio. c. cum tibi, ibi alterius dispositionem. de testa. faciunt nota. per Io. And. post Archi. in c. cum in illis col. 2. uerfi. item quia uerbum est generale, & ibi Gemini. in §. illis uerò nu. 7. uerfi. Sed quid importat uer. dispositio de præben. lib. 6. & postea subdit, quod dispositio potest comprehendere etiam, quando fit prouisio ex iure deuoluto. si igitur dispositio comprehendit prouisionem, prout etiam probatur in cle. uni. cum glo. in uer. prouisionem, & prouisio est latum uerbum, cle. fi. cum glo. in uer. prouisioni de electio. uerbum igitur dispositionis erit latissimum, denotans omnem modum, seu actum, quo prouideri potest de beneficio. igitur deberet comprehendere electionem, præsentationem, postulationem, collationem, confirmationem, institutionem, denominationem, & quoscunque alios modos tam ordinarijs, quàm alijs competentes: præsertim propter uerbum quod præcedit uidelicet, quibusuis personis, unde sequitur reuocatio facultatum quibuscunque concessarum super quacunque dispositione beneficiorum latissime sumpta, quo casu regula multum operatur. In contrarium, quod immo regula debeat restringi tantummodo ad dispositionem ordinariam, id est ordinarijs, seu respectu potestatis ordinariæ competentem facit, quod ex quo præmisit de collatione ordinaria, & sic de una specie prouidendi, seu disponendi, subdendo postea, Seu aliam dispositionem: Istud † genus (si genus dici potest) restringitur per enumerationem specierum præcedentium. l. fi. §. cui dulcia. ff. de tri. ni. & ole. lega. & ibi Bart. & Bart. in. l. quæstrum. §. si quis fundum. ff. de fun. instru. & in terminis nostris Card. consi. 103. casus super quo num. 7. Insuper cũ regula ista dici possit odiosa, quia tedit contra ordinariam potestatem, merito † sub uerbo dispositionis non ueniunt oēs modi prouidendi, iuxta tex. in c. cum in illis, §. illis uerò ubi sub hoc uerbo nõ uenit electio, ut per glo. in uer. electio. & ibi latè declarat Io. And. & Gemini. faciendo distinctionem prout per eos cle. 1. de præben. cum glo. in uer. quamuis. facit dictum consi. Card. 103. præsertim nu. 13. & 16. cum seq. Deci. consi. 486. uis col. penult. uerfi. non ob. illa uerba & c. Paris. consi. 144. num. 14. uol. 4.
- 5 Vltimo illa † dictio Alia facit, quod ueniant similia, uel minora expressis c. sedes de rescr. & ibi Feli. post alios in uer. clausula generalis, dicta cle. 1. de præ-

1. de p̄ben. ibi, quamuis dispositionem aliam, ubi ad est uerbum quamuis ultra dictionem Aliam, quod non est in regula nostra. & facit glo. in dicta cle. in uer. quamuis. Lap. allegat. 70. col. si. uerfi. Item licet clausula &c. & quod dictio Alius ex suo proprio significato implicet similia, est glo. si. in. l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. Feli. ubi supra num. 6. uerfi. dictio Alius. Ista quæstio est satis disputabilis, & qui uellet tenere primam opin. posset ponderare illa uerba, quauis occasione, uel intuitu: quæ uidentur uelle quoscunq; comprehendere. similiter ponderabit illa uerba, quamdiu uiueret: quæ satis differunt ab illis, quæ sequuntur, uidelicet Vel suis Ecclesijs præssent. ista enim solum ordinarios concernunt, nam si non præssent, ueluti si renuncient, nõ comprehenduntur, & sic non ad uitam, ut illi prius nominati. Insuper illa uerba sequentia, Ad eorum collationem, prouisionem, præssentationem, electionem, aut quamuis aliam dispositionem: sunt apta comprehendere alios, ultra ordinarios. & sic ex uerbis regulæ potius uidetur tenendum, etiã alios ultra ordinarios comprehendendi: tamen uidentur aliquo modo obstare ea, quæ dixi supra in prima quæstione, dum tractauimus de intellectu regulæ supplendo illud uerbum alioquin, uel aliter.

1. QVINTO quæro inhæren. 2. opin. de qua in præcedenti quæst. † quid uelint illa uerba ibi, De iure, uel consuetudine habentibus? ponamus enim quod dicta secunda opin. esset uera, uidelicet quod regula restringeretur ad reuocationem facultatum concessarum circa dispositionem beneficiorum ordinarijs collatoribus, ad quid uerba prædicta? Et dico, quod
2. illud uerbum De iure, comprehendebat solum Episcopos: † qui (ut præmissi) habent de iure communi fundatam intentionem super dispositione beneficiorum in tota sua Diocesi, & uniuersa spiritualia exercent. c. olim in prin. de præscri. c. cum Episcopus de offi. ordi. lib. 6. Archiepiscopi, & etiam superiores habent in sua Ciuitate & Dioc. uel in locis sibi
3. immediatè subiectis eandem dispositionem de iure communi. & de † Archiepiscopo loquitur rex. in c. cum nõ liceat de præscriptio. & quia istis tantum de iure comperit huiusmodi prouisio, seu dispositio, additur Vel ex consuetudine. siue igitur uelimus dicere, quod Episcopus, Archiepiscopus, & Patriarcha habent de iure: alij uerò, de quibus statim loquar, ex consuetudine, seu ex priuilegio: uel dicamus Episcopus habet de iure, alij uerò superiores de consuetudine, uel ex priuilegio: Archidiaconus, uel Archipresbyter & alij inferiores habent ordinariam dispositionem, seu facultatem non ex iure, sed similiter ex consuetudine, uel ex priuilegio. Et de † Archidiacono, quod nõ habeat de iure talem potestatem ordinariam, facit. c. i. c. cum satis cum glo. in uer. consuetudinis. & c. mandamus cum glo. in uer. uisitandas de offi. ordina. de † Archipresbytero uerò

- uerò probat. c. i. cum duobis sequen. de offi. Archipresby. patet igitur, quod necesse erat, addere istud uerbum, Vel consuetudine.
- Sexto in si. ibi, Per eosdem prædecessores Vicarij perpetui, uel ad tempus &c. † Quæro de quibus Vicarijs loquatur regula? Et pro faciliori intelligentia uideamus pro iunioribus, quomodo in iure capiatur dictio
2. ista Vicarius, & qui sint isti Vicarij perpetui, & qui temporales. † Vicarius lato sumpto uocabulo omnis dici potest, qui uices alterius gerit, seu in alterius locum, officium, administrationem, uel curam suffectus est. l. Vicarius. ff. de legatio. & pro suffecto, seu subrogato in locum alterius accipitur in. l. i. C. de ser. reipu. manumit. ibi, quod is, quem dederas Vicarium, & ita intelligit ibi Azo. in sum. dicens, quod debet alium seruum loco, uel uice sui dare. Hostien. in sum. de offi. Vicar. in. 1. quæst. uerfi. quis sit Vicarius, Io. And. in c. Romana num. 12. uerfi. Item officialis
3. de appella. lib. 6. Cardi. in cle. uni. in 2. quæst. nume. 3. de offi. Vica. † Vicarij nomē in Digestis acceptum inueni pro seruo, qui Vicarius seruus dicitur, & maior seruo in familia seruit. l. si in re. si. ibi eiusq; Vicarius &c. & postea ibi, dedere Vicarium damneris. ff. de noxa. l. si noxali. §. denique & l. si seruus meus ordinarius Vicarios habeat. ff. de pecu. & de hoc seruo Vicario loquitur glo. in. l. si seruus nauem in uer. alter. ff. de fur. & in. l. miles. §. decem. in uer. pecuniariam, & ibi Ias. in si. dicti. §. & in hoc significato accepit Cice. in. 3. Verri. peculia omnium, quæ retinentur. & 3. Verri. Nec Diognetus, qui ex publicis uectigalibus tanta lucra facit Vicarium ullum habet. in. C. habemus titulu de offi. Vica. & glo. in. l. i. dicit, quod loquitur de Vicario Præfecti. & Azo. in sum. declarat, quod Præfecti habebant Vicarios suos in ciuilibus causis audiendis, & terminandis: sicut & Magister militum habebat Vicarium in negocijs militaribus: & ibi querit, quis illorum Vicariorum preferatur. & Vicariatus erat dignitas penes Principem. l. uni. C. de Comiti. & Archia. ibi ita ut inter Vicarios & Duces &c. cum glo. in uer. Vicarios & l. uni. in si. & glo. in uer. Vicaria. dicit, quod Vicarius æquiperatur Comiti, & Duci lib. 12. alibi Vicarij accipiuntur pro habitatoribus loci. l. uni. C. non lice. habita. metroco. cum glo. in uer. Vicarij. & l. uni. & in rub. & utrobq; glo. C. ut nullus ex Vica. pro alie. uica. debi. tene. lib. 11. De iure canonico ampla
4. est materia Vicariorum, & incipiendo à digniori, † Vicarius Dei est summus Pontifex, prout etiam fuit Beatus Petrus. c. quanto post princi. de transla. Episco. c. ubi periculum. §. cæterum, ibi, cum agitur de creatione Vicarij IESV CHRISTI. & c. fundamenta. §. decet post medium de electio. lib. 6. c. ut nostrum, ut Eccle. benefi. & Iste uices non puri hominis, sed ueri Dei gerit, qui ad æquare potest quadrata rotundis, prout dixit Hostien. in. c. nouit de iudi. latè per Specu. in titulo de Lega. §. nunc
- Y ij offendens

ostendendum est nu. 51. uersi. octuagesimonono, ipse est successor Petri,
 5 & Vicarius IESV. CHRISTI &c. † Vicarius Papæ secundum locum
 obtinebit, de quo unicum tex. habemus in c. penul. de offi. Vica. incipit
 Sua nobis, aliter Tua nobis. & ibi uideantur Io. And. Abb. & Anchara,
 qui disputant, an habeat iurisdictionem intra centesimum miliare: &
 an habeat iurisdictionem in subditos titulis Cardinalium, & an possit
 alium Vicarium facere: & an possit absolvere excommunicatos aliun-
 de uenientes, uideatur omnino excellens olim Rotæ Auditor Io. Fran.
 Pau. in tract. de offi. & pote. capi. sede uacan. in. 10. quæst. 2. par. prin. nu.
 35. & seq. uersi. nunc restat subijcere aliqua de Vicario Papæ &c. & post
 nu. 44. ponit literas facultatū Vicario Papæ cōcedi solitarū, & oēs præ-
 dicti, ubi supra, cōcludunt, quod iste habet iurisdictionem ordinariam.
 6 Tertium locum obtinebit † Vicarius generalis Imperatoris, qui solet ha-
 bere priuilegia amplissima, & rescribit seu disponit cū clausulis de ple-
 nitudine potestatis, & ex certa scientia, de quo latè per Cuma. consi. 158.
 7 uisis instrumento &c. per totum. Quartus locus erit Vicariorum tem-
 poralium alicuius Ciuitatis, Terrarum, oppidi, seu loci, prout in Arimi-
 no, Fauentia, & similibus à Papa, uel Imperatore constitutorum, & ta-
 les præfici solent ad uiram, seu ad secundam, uel aliam generationem,
 & de talibus Vicarijs Papæ, seu Imperatoris loquitur Bart. in tracta. de
 Tyrannia. num. 34. quæst. 10. Deci. consi. 341. uiso. puncto col. 5. uersi. circa
 primam concessionem fuit constitutus Vicarius Argentæ &c. & Pau. in
 alle. tracta. de offi. & pote. capit. sede uacan. ante fi. post nume. 44. & ibi
 ponit formam constitutionis huiusmodi Vicariorum, pleraque notans,
 8 quæ ibi uideri possunt. Quinto connumerare poterimus † Vicarios Pa-
 rriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui omnes
 sunt ordinarij, & appellatur etiam officiales, præsertim in Regno Hispa-
 niarum. uocant enim officialem Archiepiscopi Toletani, id est Vicarium.
 Et notandum est ex stilo Ro. Cur. quādo scribitur pro materijs, seu ex-
 peditionibus concernentibus Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Epirum,
 siue Albaniam, Sclauoniam, Cyprum, & Creram, & partes Orientales:
 Item Siciliam, Sardiniam, & Corsicam, Cancellaria semper utitur hoc
 termino Vicarius, hoc modo uidelicet, Dilecto filio Vicario uen. fratris
 nostri Episcopi Bononiensis in spiritualibus generali. Sed ultra montes
 Alpinos pro Hispania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & Africa no-
 minatur Officialis his uerbis uidelicet, Dilecto filio officiali Lugdunen.
 & ista est uera forma, qua prætermissa literæ, seu bullæ nō carerent su-
 spicione falsitatis, prout omnia hæc norantur in libro practicæ Cancellar-
 iæ: qui est approbatus, & illi super his fides datur. fol. mihi. 54. à ter. in. 2.
 par. in prin. uersi. in salutatione nō ponitur ordo &c. Et de Vicario Ar-
 chiepiscopi

chiepiscopi sub hoc nomine Officiali loquitur tex. in c. dilecte de appel.
 in c. 15. si. de offic. ordi. lib. 6. & uersi. ex hoc, loquitur de officialibus om-
 nium Metropolitanorum. Et an Officialis, & Vicarius in omnibus sint
 idem, & idem possint, uideatur Federi. de Sen. consi. 302. Reuerēde Pa-
 ter nu. 4. De Vicario, seu Officiali Episcopi plura iura loquuntur, uidean-
 tur. c. licet, & c. si. de offic. Vica. lib. 6. ubi. quid in hos transeat, & quid
 possint, uideatur latè per Io. de Firmo. in tracta. de Episcopo in 7. par. 4.
 libri, sub rub. de Vicario Episcopi, & de Vicario generali Episcopi, seu
 in spiritualibus, & in temporalibus, per Federi. de Sen. in præalle. consi.
 302. nu. 4. & de Vicario generali, & quid possit, & an constituere alium
 Vicarium. Rot. 378. fuit dubitatum utrum Vicarius, in no. Mil. in repero.
 in uer. Vicarius Episcopi habet unum & idem consistorium, & in uer.
 Vicarius Episcopi in temporalibus potest esse laicus: & per Paris. consi.
 80. difficultas præsentis col. 2. uol. 4. & de Vicario principali, & foraneo
 9 habemus tex. in cle. 2. de rescr. & ibi omnes declarant. † Vicarij etiam
 creantur à Capitulis sede uacante, qui habent facultatem exercendi ea,
 quæ spectant ad capitulum sede uacante. & ista creatio est utilis propter
 multa, quæ accidere possunt ante noui prælati deputationem. difficile
 enim esset congregare totum capitulum pro his, qui celeritatem deside-
 rant: & sic in istos Vicarios transferuntur ea, quæ comperunt † capitulo
 10 sede uacante, puta confirmatio electionum prælatorum inferiorū. c. cum
 olim de maio. & obedie. & ibi. Abb. Institutio præsentatorum. c. 1. de in-
 stitutio. lib. 6. Excommunicatio, & absolutio. c. uni. de maio. & obe. lib. 6.
 & ibi Io. And. ubi subdit, quod potest facere ea, quæ sunt uoluntariæ iu-
 risdictionis, & Gemini. qui ponit plura dubia super hac materia. Rot.
 311. fuit dubitatum utrum capitulum, ubi de præmissis: & an possit reci-
 pere renunciationes, & latissimè per Io. Fran. Pau. in tracta. de offic. &
 pote. capi. se. uacan. præsertim in. 10. quæst. 2. par. prin. ubi etiam præmit-
 tit, quod tales quandoque appellantur Vicarij deputati, & Commissa-
 rij, quandoque Officiales, quandoque Vicegerentes, Locumtenentes,
 Nuncij, Dominici, quandoque Foranei, quandoque substituti, Visitato-
 res, & suffecti. uideatur etiam Lamberti. in tracta. iuris parson. in 7. arti.
 quæst. 3. par. 2. lib. fol. 340. à tergo. Et idem etiam dicendum est in morte
 Ciuili. si enim Episcopus sit captus à Paganis, seu infidelibus capitulum
 11 succedit in iurisdictione, & administratio. c. si. de supplen. negli. prælato.
 lib. 6. Paris. consi. 19. mortuo Episcopo nu. 11. uol. 4. † Vicarij etiam à præ-
 latis inferioribus constituuntur, seu cōstitui possunt. de quibus per glo. in
 cle. 2. de rescrip. in uer. Episcopi in princi. & ibi Cardi. in 12. quæst. Lap.
 12 alleg. 5. † Vicarij etiam à Rectoribus, seu Curatis constitui possunt, & di-
 sputat Hostien. in sum. de offi. Vica. nu. 4. uersi. & in quibus casibus sit li-
 citum

curum per Vicarium deseruire, an indistinctè quilibet beneficiatus, si introitus Ecclesiastici suppetat, possit Vicariū cōstituere: & an sine licētia Episcopi. & isti Vicarij regulariter cōstituuntur pro officijs, & ministerijs Ecclesiasticis de quibus loquitur quasi torus titulus de offi. Vica. & in c. prouideas. §. quia dicitur, quod hmoi Vicarij debent deseruire personis & Ecclesijs, & cle. uni. de offic. Vica. in fi. Et horū Vicariorū aliqui sunt perpetui, aliqui tēporales, de quibus per Card. in cle. uni. quæst. 3. & seq. nu. 4. & seq. de offi. Vica. Mil. in reper. in uer. Vicarius tēporalis, per Fel. 13 in c. G. perpetuus col. 1. de fi. instru. Et † Vicarius perpetuus in Ecclesia, ubi non est Rector, in omnibus Rectoris uice fungitur. Rot. 341. no. quod cū Vicarius in anti. 470. supposito, quod Episcopus in no. Belleme. 707. supposito, quod Episcopus. Mil. in reper. in uer. Vicarius perpetuus Ecclesiæ Parrochialis. Boni. de Vita. in cle. 1. in fi. de iurispat. Rebuf. in tract. 14 cong. portio. nu. 107. & seq. † Vicarios etiam habent religiosi cle. exiui de Paradiso. §. penult. de uer. signi. & ibi Cardin. an tales Vicarij creari debeant à Papa, an à Monacis. Ego uerò obseruari uidi in religione Celestinatorum, cuius sum aduocatus, quod in capitulo generali creatur Vicarius generalis: & regulariter ille, qui deponit officium Abbatia remanet Vicarius generalis, & residere solet Neapoli. & iste Vicariatus generalis est primum & nobilius officium post Abbatium. non tamen omitto, quod etiam in plerisque Monasterijs deputari solent post Priores Vicarij, qui uices, seu locum Priorum repræsentant. † Vicarij deniq; à Rectoribus, seu Potestatibus terrarū etiam deputantur, qui etiam Vicegerentes appellantur: & aliquando tales creantur ab ipsa uniuersitate, aliquando ab ipso Rectore. de quibus latè per Alexan. super rub. ff. de offi. eius nu. 13. & seq. & per Dec. in c. sanè el 2. nu. 2. de offi. delega. Redeundo ad principale quæstum omiſsa longa disputatione, quæ hic cadere posset: respondeo, licet supra sint comprehensæ omnes species Vicariorum, nulla tamē casui nostro indistinctè, & absolute conuenit. Dicamus igitur, quod ista constitutio Vicariorum, de qua hic, sit anormala. uult igitur regula ampliando reuocationem facultatum prouidere etiam in casu, quo in facultatibus per prædecessores summos Pontifices fuissent constituti Vicarij ad disponendum de generaliter reseruatis, seu affectis: & sine tales Vicarij essent perpetui, siue temporales. Lato igitur sumpto uocabulo ueniunt isti Vicarij, de quibus in regula, prout supra in princ. huius quæst. & sicut supra in hac regula reuocantur facultates disponendi de beneficijs ad uitam, seu ad tempus: ita, quia forsan ad id deputati fuerūt Vicarij respectiue uidelicet quoad uitā perpetui, quoad facultatem temporalem temporales, fuerunt addita ista uerba de Vicarijs perpetuis, uel ad tempus.

Regula

Regula Decimaquinta.

¶ De Dictionibus numeralibus in literis
Apostolicis ponendis.



TEM, Vt in Apostolicis literis, committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, ¶ Voluit, statuit, & ordinauit, quod in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Calendas nonas, & idus immediate poni consueuerunt, per literas & syllabas extente scribantur, ¶ Et illæ ex præfatis literis, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.



REGULA Ista restaurauit mihi animū iam in illis reuocationibus defessum. facilis est, & iucunda, & eadem in omnibus cum regulis antiquis. Diuidi potest in tres partes: in prima ponitur ratio cōstitutionis promulgatæ. In secūda, quæ est ibi, Voluit, ponitur ipsa cōstitutio. In tertia, quæ est ibi, Et illæ ex præfatis, prouidet in casum cōtrauentionis. In si. regulæ ibi, Ad Bullariam, aliqui libri habent ad Bullarium: eadem est. nam primo modo significatur locus, secundo modo præpositus his bullis, siue intelligamus de registro Bullarum: quasi dicat non mittantur ad registrum Bullarum, uel ad magistrum Bullarum: siue ut uult hic Glossator ad præpositum plumbi officio. nō intelligas tu, ut ipse tangit, de Vicecancellario. de quo plumbo, seu plumbi officio uideri potest. D. Sarnen. quæst. 1. nu. 5. super regula de non iudi. iuxta for. supplicationis, qui concludit literas tunc dici expeditas, quando sunt in plumbo, & allegat Domi. & Feli. ut ibi, qui tamen mihi nihil faciunt. ponit etiam idem Do. Sarnen. super signatura nu. 54. nō omitto, quod Glossator ante. si. commenti huius regulæ ualde decipitur in arguendo, quod Ecclesia male uideatur facere approbando numerum istum kalē. non. & iduum, dicens hoc esse de iure prohibitum. uoluit allegare. c. non licet cum 3. seq. 26. quæst. 7. quæ tamen iura etiam tota quæst. 5. reprobant obseruationem ipsorum dierum, & kal. iuxta ritum Paganorum, non autem numerationē per kal. nonas, & idus: alioquin sequeretur iuxta consequentiā Glossatoris, quod ex quo canones, & scriptura sacra uen-

tur nu-

tur numeris, & numeralibus dictionibus, approbarent etiam numerum Pythagoricum, seu illo cum alijs numeris incidētur uterentur, quod factuum esset dicere. Et quia regula hæc concernit potius Cancellariam, dans normā scriptoribus Apostolicis, Abbreviatoribus & alijs, quàm tribunalia: & in consequentiā eius materia sicca in theorica, & in praxi censeferi posset: more uenantium, aucupantiū, piscantiū, qui aliquando domum uacuis redeuntibus manibus, ne ab ociosis carpantur, nouis artibus feras, aues, pisces, etiam dato precio sibi parant: sic ego, ne iudicer super hac regula sterilis, & inutilis, quoad fieri poterit enitar Iunioribus solitas quæstiones etiam aliunde originem trahentes proponere.

PRIMA Quæst. Numerales dictiones an de iure possint scribi aliter quàm extente per characteres, uel notas?

SECUNDA Quæstio, An regula ista procedat in supplicationibus, & paruis datis?

TERTIA Quæst. Quid in dictionibus kalēdæ Nonæ, & Idus, an debeant scribi extente?

QUARTA Quæst. Quid in alijs dictionibus numeralibus, quæ possunt cadere in literis?

QVINTA Quæstio, Quid si literæ ad Bullarium mittantur, & etiam cum dictis dictionibus numeralibus expedianur, an literæ seu bullæ erunt nullæ, & nullius roboris?

PRIMO Quæro, si remota regula, quid de iure communi, uel filo, & obseruantia? Et niderur dicendum, quod idem, in tantum quod regula ista esset superflua. & pro hac parte facit rex. in. l. si cum patrono. §. si. & ibi glo. pen. in uer. notis. ff. de hono. posses. exponit, id est signis numerorum §. illud autem in prima consti. ff. cum glo. in uer. signa. i. notas. l. i. ante fi. C. de uete. iur. enucle. ibi, non per signorum captiones: & postea ibi. nec enim per specialia signa numerorum. & l. 2. C. de uete. iur. enucle. §. eandem poenam ibi, numeros per consequentias literarum uolumus, non per signa manifestari. l. uni. ante. fi. C. de emenda. Co. Iustitia. ibi sine ulla signorum dubietate. Spe. in titulo de instru. edici. §. instrumentum ergo nu. 26. uer. si. item opponitur, quod instrumentum est scriptum per notas, siue per signa. Card. in cle. 1. §. regula in. 1. nota. de statu. Mona. Alex. consi. 153. uiderur prima cōsideratione & c. uol. 2. col. 2. nu. 6. Pro cōtraria opin. facit rex. in. l. quotiens. §. sed si quis per centum, ducenta per notas scripsit, & ibi glo. in uer. per notam, declarat, id est signum representans. ff. de hære. instit. Bal. in Auten. quod sine. C. de testa. ante fi. in ultri. quæst. Paul. de Castro. in dicta. l. quotiens. §. sed si non in corpore in ultimo not. ubi dat exemplum, si ponatur per ceterum c. & per quinquaginta. l. & in terminis nostris notat Spe. in titulo de rescrip. præsent. §. i. igitur num. 6. ibi præterea

præterea ij. idus, uel iij. kal. uel iij. nonas, cum occurrunt, hoc modo scribenda sunt, & non extente & c. Ista secunda opin. est uera: & contraria procedunt, quando sunt notæ inusitatae & incognitæ: uel quando loquimur in libris Iuris ciuilibus, qui debent scribi per consequentiā literarum non per signa: sed contrarium hodie seruat. hanc distin. & declarationem facit Bar. in dicta. Auten. quod sine uer. breuiter ista est ueritas. C. de testa. & in dicta. l. quotiens. §. sed si non, uer. si. quædam sunt literæ & notæ, quæ sunt in communi & c. ff. de hære. instit. & in. l. sed cum patrono. §. si. uer. si. in contrarium est casus & c. ff. de bono. posses. Ex præmissis duo sequuntur, quod regula ad hoc disponendum erat necessaria: secundo, quod non exorbitat à iure, immo habet cum eo conformitatem, & est rationalis: unde merito dici debeat fauorabilis, & amplianda: & fuit necessaria, alioquin dubitari satis poterat.

SECUNDO Quæro, An regula ista procedat in supplicationibus, & paruis datis? Et pro iunioribus premitto, quod in Cur. Ro. habemus istos tres terminos uidelicet, bullam, supplicationem, paruam datam. Bullæ sunt ipse literæ expeditæ super supplicatione. Supplicatio est ipsa gratia signata, cum data extensa. Paruam datam appellamus breuem gratiam notam cum caractere datæ non extente, seu ipsam supplicationem, cū data tricarè posita, uidelicet iij. idus Ianu. & in ista parua data non apponitur Dar. Romæ apud S. Petrum & c. Sed ista parua data postea extenditur: Sed non in omni gratia illa impetratur, sed aliquando ut citius obrineatur dies concessionis, ueluti in uacationibus per obitum, quia si quis expectaret confectioem supplicationis, & postea illius integrale expeditionem, cū per plures manus transeat, aliqui dies præterirent. & hanc paruam datam uidi accipi, seu annotari etiā in literis missiuis, in quibus quis admonebatur de obitu alicuius, per cuius obitum uacabat aliquod beneficium. Redeundo ad casum nostrum, uiderur dicendum, quod regula se ad illas extendat, primo arguendo à ratione proœmij quæ est ad tollendam occasionem committendi falsi. Ex quo proœmio, seu præfationibus præsumitur ratio finalis ipsius constitutionis: & ex præfatione dispositio, ac mens restringitur, extenditur, ac declaratur. l. si. & ibi Bar. nu. 3. ff. de hære. instit. Roma. consi. 16. uiso temate & c. nu. 4. & 6. Deci. consi. 301. nu. 6. & 334. nu. 2. & 373. nu. 12. 379. nu. 5. 388. ante nu. 3. 410. ante nu. 14. 444. nu. 8. 520. col. ult. 525. nu. 1. & Paris. consi. 34. num. 32. uol. 2. Verum ista ratio, de qua in proœmio, ita militare uiderur, & ita cadere potest in paruis datis, & supplicationibus, sicut in literis Apostolicis, seu bullis: ergo idem uiderur dicendum in uno casu, quod in alio. immo magis uiderur cadere posse suspicio falsi in paruis datis, seu supplicationibus, quàm bullis: quia litera bullarum non est ordinaria, nec omnes il-

iam facere sciunt; litera autem supplicationum, & paruarum datarum potest fieri ab omnibus, immo ab ipsomet impetrare. Accedit, quod ex parua data, ut dixi, fit supplicatio, & ex supplicatione bulla: ergo supplicatio, uel parua data habetur pro matrice seu proprio originali: † cui matri & proprio originali magis creditur, & illi magis statur. c. ieiuniū quarti cum glo. in uer. de fonte in princ. 76. distin. Bart. in l. Sempronius nume. 3. ff. de lega. 2. Bal. in l. nostram col. 2. nu. 4. uers. si tamen esset aliqua dissonantia. C. de testa. Abb. in c. tū ex literis in penult. not. de resti. in inreg. Feli. in c. quoniam contra nu. 10. de probatio. Insuper sequentiū, & præcedentiū idē est iudiciū, quando per præcedētia peruenitur ad subsequētia. l. ad rem mobilē. & ibi no. glo. fi. & l. ad legatū. ff. de procura. Sed per paruam datā, & supplicationem, quæ præcedunt, peruenitur ad bullam, & sic ad sequētia. Ergo idem debet censi dispositum de uno, uidelicet de præcedentibus, quod de altero, uidelicet de subsequētib. uel etiam dicere possumus prohibito aliquo, etiam prohibitum censeatur, quod est eius antecedens, per quod ad illud peruenitur. l. oratio. ff. de sponsali. Deci. consi. 502. ex duobus nu. 2. & 3. per totum. Si igitur prohibētur tales dictiones numerales in bulla, ergo in suo antecedēti, id est parua data, & supplicatione. In contrarium facit, quod immo iste casus est omissus, ergo remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimē. ff. de liber. & posthu. l. si cum dotem in princ. ff. solu. matri. Deci. consi. 334. col. 3. in prin. nu. 4. uers. & casus omissus & c. Insuper cum Papa prohibeat in uno casu tantum, uidelicet in literis Apostolicis: in alijs casibus uidetur concedere, & permittere, uulgar. l. cum Prætor in prin. ff. de iudi. l. cum lex. ff. de leg. l. Imperator in prin. ff. de postu. Quid tenēdum? Breuiter, quoad paruam datam teneo indubitanter regulam non habere locum: tum quia in ea contrarium seruatur: tum quia non habet sua requisita, quo casu nō habetur pro probatione, & si istud cōcludunt Doc. † In prorocollo, uel in breuiatura prout per Io. And. in addi. Spe. in titulo de instr. edi. §. nunc uiden. nu. 4. super uer. sed Nicolaus contradiens & c. Alex. consi. 153. uol. 2. uidetur primo col. 3. num. 12. uers. not. tertio. Abb. in c. cum. p. nu. 3. col. 3. de fide instru. multo magis dicendum est in parua data, quæ nullam fidem facit in iudicio: immo nihil operatur quoad alios, sed tantum apud D. Datarium, qui illam, si sibi uideretur, extendit. & multoties dat. indifferenter paruas datas, postea autem extendere recusat. & sunt temporales, quia post quoddam tempus non solet eas extēdere. & in summa inseruiunt pro quadam memoria super gratia concessa, uel cōcedenda, ut ad datam illius temporis retrotrahatur. Quo uerò ad supplicationem, in qua cadere posset aliquod dubiū, cum in ueritate per eam sit perfecta gratia. Abb. in c. in nostra nu. 11. de rescr.

Cassado.

Cassado. in tracta. pensio. Decl. 2. nu. 10. Crederem regulam non habere locum, tamē cautius est idem in supplicatione seruare, prout nūc seruatur. ponitur enim in supplicatione extensē hoc modo uidelicet, Quinto Cal. Augusti, anno & c. sufficiat igitur † Stilus Curia Romanæ, qui pro lege seruāndus est. c. quā graui. de crimi. falsi Rot. in antiq. 709. not. quod stilus & c. Mil. in reperto. in uer. stilus Cur. Maris. sing. 118. Cur. Iuni. consi. 178. nume. 13. cum sequen.

1 TERTIO quæro, † quid in dictionibus Calendæ, nonæ, & idus, an debeant extensē poni? Et uidetur, quod sic ex ratione proemij, ne detur occasio committendi fraudem, ut per tradi. à Specu. in titulo de instrū. edi. §. instrumentum ergo nu. 26. uers. item opponitur, quod instrumentum scriptū est per notas & signa & c. Postea subdit in Cur. tamē Rom. scriptores Papæ à periculosissimis abstinent abreuiationibus & c. Contrariū est tamen, quod immo possint poni non extensē, tum quia regula super hoc non disponit: immo specificat solum in dictionibus numeralibus, ergo non extendenda ad alios casus, argumento eorum, quæ dixi in præcedenti quæsti. facit Specul. supra allegat. in titulo de rescrip. præsentia. in §. primo igitur num. 6. ubi. ij. idus, iij. Calen. uel iij. nonas dicit, non debere scribi extensē. Si igitur Papa nunc mandat dictiones numerales extensē scribi: secus debemus dicere in Calen. nonis, & idibus, & stilus curia, qui seruari debet (ut supra dixi) est, quod ponatur hoc modo uidelicet, Datū Romæ & c. Sexto Calen. Februarij Pont. & c. & potest etiā assignari ratio diuersitatis in uno casu ab alio: nam in casu regulæ facilis est falsificatio. ponamus enim quod bulla in dara proxima scribatur per dictiones numerales hoc modo, vi. Calen. potest addi unum. i. & dicit vii. & sic in alijs casibus, qui circa prædicta possunt occurrere. Insuper potest abradi illud. i. & diceret v. & sic habens bullam posset propter dulcedinem beneficiorum, animæ & honoris immemor cadere in tantum facinus, & sibi datam quoad tempus anterius, uel posterius accommodare. at in casu dictionum Calen. non. & iduum non potest cadere ista suspicio, uel commutatio, additio, uel deleratio sine euidētissima coniectura. meritō igitur ultra quod super hoc nō sit dispositum, ut præmissi, ex ista diuersitate rationis diuersitas etiam iuris & casus resultet.

2 & ultra præmissa facit, quod † uera ratio est illa, qua sublata tollitur dictum. Bart. in l. si cum exceptione. §. post annum in fi. ff. Quod metu. cau. Paris. consi. 12. nu. 189. uol. 2. Si igitur cessat suspicio fabricandi falsitatem in Calen. nonis, & idibus, ut supra ostendi, debet etiam dispositio ipsius constitutionis cessare. Videantur etiam pro præmissis tradi. per Archidi. in c. 1. nu. 4. & seq. uers. circa dictiones autem in literis. 25. quæst. 2. & melius per Hiero. Pauli. olim doctissimum abreuiatorem in suo libro,

Z ij qui di-

quod dicitur Prouinciale, fol. mihi. 14. in. 2. par. prin. col. 2. uers. & in data, Dar. id. non. Calen. &c.

- 1 **QVARTO** Quæro, quid in alijs dictionibus numeralibus, quæ possent cadere in literis, ueluti super licentia quatuor ordinum minorum suscipiendorum pro constituto in quinto uel sexto anno? uel dispensatione in curato, seu dignitate pro constituto in decimo octauo anno? uel super expressione ualoris fructuum in impetratione per obitum, per resignationem, seu alias ueluti cuius fructus &c. 5. uel. 8. seu. 24. non excedunt? Ista quæstio potest intelligi duobus modis, uno quid de iure communi? & per rationes super alijs quæstionibus adductas, credo posse fieri specificationem per numerales dictiones prædictas. Altero modo, quantum ad regulam nostram attinet, uidetur habere locum etiam in alijs dictionibus numeralibus, de quibus præmissi, quod proba. Nam aut dicemus rationem istam tollendi occasionem falsi in literis Apostolicis esse generalem, constitutionem uero specialem: aut rationem generalem, constitutionem generalem. & hoc secundo casu esse mus super indubitabili: quia generalitas dispositionis comprehenderet casus supra positos. In primo etiam casu dico idem concludendum esse per tex. in. l. regula. 5. & licet
- 2 & ibi not. Bart. in si. ff. de iur. & fact. igno. ubi concludit, quod si lex est specialis, ratio uero generalis, quod generaliter est intelligenda. Deci. consi. 35. num. 8. ibi, licet postea in discursu loquatur &c. consi. 115. & pro tenui col. 3. post medium uers. unde ista uerba consi. 299. in causa &c. nume. 10. Paris. consi. 83. Pro resolutione &c. nu. 16. uol. 3. unde sequitur, quod licet regula nostra subdat de dictionibus numeralibus ante Calen. &c. propter generalitatem, quam præmissi, deberet fieri interpretatio de omnibus dictionibus, per quas posset committi falsitas in literis. quod
- 3 etiã suadetur † ex Rubrica, quæ loquitur indistinctè de omnibus dictionibus numeralibus iuxta glo. not. in. l. uni. in uer. retrahere, ibi & quod taliter sit intelligenda probat rub. &c. C. ne liceat rer. prouo. Ias. in. l. 1. nu. 2. ante nu. 7. & 9. ff. si cer. per. Vel saltem debet fieri interpretatio de omnibus dictionibus numeralibus indistinctè, in quibus posset cadere huiusmodi suspicio: & ita hodie uideo obseruari in bullis, seu literis Apostolicis, in quibus omnes dictiones numerales ponuntur extense, secus autem sit in supplicationibus, in quibus & ista prouisio uideri meo esset satis opportuna: quia ut dixi in istis dictionibus numeralibus facilis est additio, deletio, & commutatio unius literæ. Et si quis mihi respondeat, Romæ non aderit, qui talia enormia audeat: respondebo, quod ab antiquo sicut hodie Vrbs ista fuit & est abundans uiris optimis, & in quacunque facultate peritissimis: ita & in omni uitiorum genere perniciosus, & facinorosus: abundans igitur cautela non nocebit.

QVINTO

- 1 **QVINTO** Quæro iuxta tertiam & ultimam partem regulæ, † quid si literæ ad Bullarium mittantur, & etiam cum dictis dictionibus numeralibus expediatur, an literæ seu bullæ essent nullæ, & nullius roboris? Glo. hic ante si. concludit per uerbum fortè, quod non, ex quo non dicitur hic, quod sint nullæ. ego autem pro ornamento huius regulæ, & huius quæsti. altius exordiar. Et pro hac parte, primo adduco fundamentum
- 2 ipsius Glossatoris, quod est, † Annullatio actus est pœna. l. fenatus. C. de contra. empti. ubi pœna imponitur in eum, qui aduersus senatusconsultum fecisset emptori. ut duplum in ærarium inferat contra uenditorem, ut irrita sit uenditio. ecce igitur, quod annullatio uenditionis, seu actus est pœna. c. dispendia. cum glo. si. & ibi Io. And. no. de refer. lib. 6. l. turpia, & ibi Bart. in. 1. nota. ff. de lega. 1. c. si religiosus. i. responso in si. ubi, quod in pœnam electio annullatur de electio. lib. 6. glo. in. c. decet. 5. ordinarii in uer. processus de immu. ecclef. eo. lib. 6. Abb. in. c. cognoscentes col. 2. & Feli. nu. 3. & Deci. nu. 5. de constitutio. Rui. consi. 70. nu. 17.
- 3 lib. 5. † Pœna autem non incurritur, nisi expressè caueatur, est rex. melior in iurè in. 5. cum igitur, uers. in autem. ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicens in Auten. de non elig. secun. nuben. l. & si quis. 5. idem Labeo. in si. ubi pœna tamè in eum statuta non est. ff. de reli. & sum. fune. Bal. in Auten. ex testamento, col. si. uers. ista allegatio fundatur in materia priuatiua, quia quod non est lege cautum, non inducit priuationem. C. de secun. nup. glo. penul. in si. in. c. si. de iur. patro. c. is qui responso in si. de senten. excom. lib. 6. Feli. in. c. querelam nu. 2. de iur. iur. Cur. Iun. consi. 119. pro clara nu. 9. & consi. 137. habita diligenti num. 17. Cùm igitur non sit expressè cautum, quod pœna incurratur, dicendum erit, nõ debere sequi nullitatem huiusmodi. Insuper habemus regulam iuris, quod
- 4 † multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, uulg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt su. uel alie. iur. cum glo. in uer. retinere. l. 1. §. casum uers. quamuis autem cæcus. ff. de postulan. l. iudex. datus. ff. de iudi. Cur. Iun. consi. 103. nu. 6. & 7. & consi. 108. nu. 21. & 22. Deci. consi. 11. & pro tenui nu. 11. 475. In causa, quæ Mantuæ num. 4. & consi. 529. Philippus olim ante si. & Roma. consi. 215. duo sunt. adducit sex casus nora. pro regula illius. l. patre furioso. & Ias. in dicta. l. patre furioso. adducit uiginti. plures alii colligi possunt ex tradi. per D. Sarnen. in. c. si annum in. §. si uerò nu. 6. & seq. de iud. lib. 6. Licet. igitur bullæ non debeant expediti cum præfatis dictionibus numeralibus, nec taliter scriptæ deberent transmitti ad Bullarium: tamen post factum uideretur tolerari, & sustineri debere, prout infinita sustinentur, quæ fieri non debebant, ut colligi clarè poterit ex decisionibus resultantibus à locis supra allegatis. Contrariam
- 5 opin. puto ueriores: † quia ex sola prohibitione constitutionis, sequitur nullitas

- nullitas actus facti contra constitutionem. l. non dubium, & ibi Bar. in. 2. nota. C. de legi. c. uides. 10. distin. c. quæ contra ius de reg. iur. lib. 6. Abb. in. c. ad Apostolicam de regula. & transe. ad reli. nu. 11. uersi. sed contra hoc. Feli. in. c. 2. nu. 1. de testi. Deci. consi. 502. ex duobus nume. 1. uersi. &
- 6 actus factus. Item quando lex, seu cōstitutio non solū disponit, sed ultra procedit, tunc dicitur inducere formam, qua omiſſa, actus ipſo iure in contrarium factus dicitur nullus. Bal. in. l. 1. uersi. in cōtrarium, quia sunt ista uerba formalia, de quibus nihil potest omitti. & quod sint uerba formalia apparet, quia lex ultra procedit & c. & ibi Alexan. nume. 6. & nume. 7. uersi. nisi statutū ulterius procederet & c. ff. de lib. & posthu. Ruf. consi. 109. circa quæſti. ante nume. 3. uol. 5. Deci. consi. 455. placet conclusio num. 7. consi. 456. consului alias ante nume. 3. consi. 466. stante statuto ante nume. 13. & consi. 528. pro resolutione ante fi. Et quod hic Papa ultra procedat, patet: quia prohibitio erat, ne dictiones numerales truncatè scriberentur, ultra processit mandando, quod si aliter fiat, non mittantur ad Bullarium, addendo etiam uerbum Nullatenus, de quo infra.
- 7 Ad contraria responderi potest, negando in primis, quod † Annullatio actus sit propriè pœna. Bald. in. l. nemo martires ante si. uersi. ego dico, quod annullatio actus non est propriè pœna. C. de sacro. eccle. & in. l. non dubium col. 2. ubi concordat opi. C. deleg. Io. And. & Pet. de Ancha. in. c. si. de electio. lib. 6. Alexā. in. l. turpia. post prin. uersi. sed Io. And. ff. de lega. 1. late per Alex. in addi. ad Bar. in. l. Prætor ait in uersi. item no. ff. de no. ope. nunci. Et quatenus concederem aliquo respectu annulationem esse pœnam, non obstant contraria: quia in casu nostro pœna talis per uerba eam importantia apponeretur, seu resultaret. Ad illud, quod multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent: ultra alia, quæ dici possent, responderi potest, quod non procedat, quando prohibitio est circa formam, & quando est ultra processum ad supra deducta. Insuper ad omnia contraria simul responderi potest, quod † Dictio Nullatenus in si. regulæ posita dicēdo, Ad bullariam nullatenus mittantur: præcisam enim habet prohibitionem faciens actum in contrariū factum non ualere. c. 3. in prin. ibi Nullatenus dubites de hæreti. glo. in cle. uni. in uer. Nullatenus, de seque. posses. & Imol. super dicta glo. nume. 20. Gemini. post Io. And. in. §. penul. c. Romana de appella. Feli. in. c. Rodolphus ante nu. 27. uersi. Nullatenus fiat de rescrip. Deci. consi. 310. uis diligenter nume. 2. & de hoc uer. Nullatenus, plura ponit Anto. Corfer. in suis sing. in uer. Nullatenus.

Regula

Regula Decimasexta.

¶ De Concurrentibus super beneficio iuxta qualitatem.

ITEM Voluit, quod de Concurrentibus super uacantibus, seu certo modo uacaturis beneficiis, illi quibus gratiæ Motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati, non graduatis, & inter graduatos magis graduati, aut inter æqualiter graduatos, prius graduati, ¶ Nec non colorato titulo possessores, non possessoribus. ¶ Ac inter personas alias, in Curia præsentibus absentibus ab ea, ¶ Ac inter præsentibus non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentibus. ¶ Et cæteris paribus oriundus non oriundo & Diocesanus non Diocesano. ¶ In reliquis uero singuli, qui prius Apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum assécutione præferantur.



REGLA Ista habet materiam amplam, multiplicem, utilem, & in dies practicabilem, ita ut mereatur latum, & copiosum commentum, diligentemq; omnium in ea contentorum discussionem. Et si dum uepres, & sentes præcedentis regulæ calcabam, adducere poteram illud, In steriles campos nolunt iuga ferre iuueni, Nunc cum poerarum principe dicam, Maius opus moueo. Distinctè procedēdo diuidam regulam, Rubricam reassumam, declarabo quædam uerba regulæ: super quibus & aliis debitas quæſtiones suis locis aprabo. Diuido igitur regulam ipsam in undecim partes, quarum quælibet unam speciem prælationis continet. Secunda ibi, Alias graduati. Tertia ibi, Et inter graduatos. Quarta ibi, Aut inter æqualiter. Quinta ibi, Nec non colorato. Sexta ibi, Ac inter personas. Septima ibi, Et inter præsentibus. Octaua ibi, Et similiter. Nona ibi, Et cæteris. Decima ibi, Et Diocesanus. Undecima & ultima ibi, In reliquis uero. Super qualibet igitur parte distinctè procedam, Et præcipuè insistendum putauit in inuestigando, quæ partes regulæ

gulæ sint iuri, & rationi consonæ. & in consequentiam fauorabiles, & extendendæ: seu potius odiosæ, & restringendæ. Et plura, quæ hinc tangam, inferuire etiam poterunt pro regula expectatiuarum, seu prælationum inter expectantes. Et antequam ad quæsitam descendam, notandum est, quod uerbum à quo reguntur uerba, in principio regulæ posita, & alia sequentia est illud in si. uidelicet Præferantur, quasi dicat habentes gratiam motu proprio præferantur non sic habentibus, graduati præferantur non graduatis &c. Vnde possunt dici omnia contenta in regula esse sub eadem structura, & cōstructione. & licet eleganter uerbum in si. clausulæ poni soleat, tamen quando sunt ita longæ constructiones offuscant mentem & animos legentis, & in hoc non modicum peccant (si fas est dicere) plures regulæ Cancellariæ de quo mirarer sub isto optimo Principe sanctissimoq; ac sapiētissimo, sciens quanta sit offuscatio, & tardior legentis resolutio propter uerbi tam longam distantiam: de quo non immeritò reprehenditur præclarus & omnium historicarum, & egregiorum factorum antiquorum breuis recollector Valerius Maximus, & etiam plerique alij nobiles authores de hoc reprehenduntur, & utinam non uiderem alias regulas difficiliorez ita in suis uerbis, & constructionibus, & suis sensibus. & saluari potest exemplo quasi plurium legum. C. & Autenticorū, & iij. lib. Codicis, de quibus ultra alia dici potest illud, quod de Vitruuio uiro, alioqui doctissimo, & optimo mathematico, immo dignissimo philosopho, solitus sum dicere, quod tã quam Græcus loqui uideretur Latine, uel tanquam Latinus loquatur Græcè, nec mirum de illa barbarie, seu barbaricis constitutionibus Iustinia. quia candor, & splendor Iurisconsultorum, immo Romanus cum Romano Imperio ad extraneas nationes delatum fuerat, utinam aliqua die ad Urbem ipsam redeat. tunc enim si meis temporibus eueniret, cantarem canticum illud, Nunc dimittis seruum tuum Domine. Quid dicendum de constitutione Decreti? & si una glossella iuris Ciuilis declarans fœnum quid sit, meruerit à quibusdam superstitionis redargui: capitula uerò Decreti nisi quãdo sunt transplantationes legum Digestorum, uel dictorum Diui Hieronymi, Isidori, & aliquorum similibum, sint proluxa tam in constructionibus, quàm alijs, & plerunque plena paleis, uidentur magis sufferri possit glo. illa plena fœno, quàm tot canones pleni paleis. Et si De cretales legemus; si Extrauagãtes, meritò excusari poterit. Noster summus Pontifex in compilatione istarum regularum quoad sermonez: sed ista excusatio penes me non est adeo tuta, sicut altera: quæ est, quod quasi omnes regulæ Cancellariæ nũc promulgatæ sunt eadem cum antiquis & modernis: & Curia Roma. & illius stilus; immo omnes iura reddentes, omnesq; officiales sunt in illis assueti adeo, quod non

solum

solum si fieret noua commutatio, seu reductio etiam in uno tota in iam dispositis, tota curia subsisteret, nec dubito, quin sanctissimus D. N. qui uere, & non per iuris, seu hominũ fictionem iuxta tex. in l. omnium. s. r. in si. ibi quod nostris scrinijs est constitutum & c. in princ. de constitu. lib. 6. habet omnia iura in scrinio pectoris, & leporem, & cãdorem omnium scientiarum, si uidisset expediens, uel si uiderit in futurum expedire reductionem, & commutationem istarum regularum ad stilum meliorem, etiam illis antiquis Iureconsultis familiarem, fecisset, uel faceret etiam peritissimos tam ex Cu. Ro. quàm ex alijs Mundi partibus ad ista consiciendum eligendo. Desuit ne sibi, uel deerit animus in istis, & alijs præclaris actionibus & gestis necessaria & conuenientia liberaliter erogandi & exponendi? qui nõ solum cognitis & obsequiosis, immo & incognitis & multoties nihil merentibus magnificè & imperiali animo beneficia & facultates suas donat, & distribuit. unde de ipso illud (licet ad alium sensum seu effectum) dici posset, propter immensam liberalitatem, Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis. & mutatis uerbis dicã, Vnus Pontifici summo huic, non sufficit orbis. Sed ne longior sim extra nostram regulam, quàm deceat, ad ipsam reuertor.

PRIMA quæstio, Quid operentur uerba in si. rubricæ posita, uidelicet iuxta qualitatem?

SECUNDA quæstio, An rubrica istius regulæ possit allegari pro decisione causarum?

TERTIA quæstio, Quid uelint uerba in princ. regulæ ibi, Super uacantibus, seu certo modo uacaturis?

QUARTA quæstio, An prima pars regulæ uolens præferri habentẽ gratiam motu proprio non sic habenti, sit iuri & rationi consona?

QUINTA quæstio, Qui præferatur, an habes gratiam Motu proprio tantum, an habens Ex certa scientia solum?

SIXTA quæstio, An clausulæ Motu proprio, & Ex certa scientia habeantur inter se ut excedentia & excessiua?

SEPTIMA quæstio, quid si unus habet gratiam motu proprio, & ex certa scientia: Alter sine istis clausulis; sed cum plenitudine potestatis?

OCTAUA quæstio, An Legatus, uel alius ordinarius possint cõcedere gratiam motu proprio, seu hac clausula Motu proprio uiri, prout facit Papa?

NONA quæstio, An regula ista in prima parte habeat locum in Legato, uel alio ordinario?

DECIMA quæstio, quid si Legatus, uel alius ordinarius uni conferat cum clausula Motu proprio, alteri sine, an ille præferatur?

VNDECIMA quæstio, Graduatorum appellatione qui ueniant in nostra regula?

AA DVODE.

- D**YODECIMA quæstio, Graduatorum appellatione, an ueniant Doctores?
- D**ECIMATERTIA quæst. Doctorellus seu Doctor indoctus an gaudeat priuilegijs istius regulæ?
- D**ECIMA QVARTA quæst. Graduati in potentia, sed non in exercitio, an comprehendantur sub hac regulæ?
- D**ECIMA QVINTA quæst. Graduati magis qui, & quot modis dici possint ad effectum nostræ regulæ?
- D**ECIMASEXTA quæst. quis præferatur Canonista, an Theologus concurrentes super beneficijs, & super alijs?
- D**ECIMASEPTIMA quæst. An quarta pars regulæ, quod prius graduati præferantur, sit rationi, & iuri consona, & sic fauorabilis?
- D**ECIMAOCTAUA quæst. An senior sit iuniori præferendus in affectuione beneficiorum?
- D**ECIMANONA quæst. an per diem uel horam prius altero graduatus præferri debeat alteri in beneficio?
- V**IGESIMA quæst. An quinta pars regulæ, disponens possessores non possessoribus præferri, sit rationi & iuri consona, & quis sit eius intellectus?
- V**IGESIMAPRIMA quæstio, An regula habeat locum in possessore instrumentali?
- V**IGESIMASECUNDA quæst. An possessor uigore breuis, quod sine uitio spolij & attentatorum in possessionem immitratur, expulso possessore priore factus, comprehendatur in regula?
- V**IGESIMATERTIA quæst. An regula habeat locum in possessoribus spiritualium tantum, & sic in possessore absq; perceptione fructuum?
- V**IGESIMA QVARTA quæst. An regula procedat in possessore temporalium tantum?
- V**IGESIMA QVINTA quæst. An possessor spiritualium omnium, sed temporalium pro parte, gaudeat regula hac?
- V**IGESIMASEXTA quæst. Coloratus titulus ad effectum huius regulæ quis erit?
- V**IGESIMASEPTIMA quæst. iuxta sextam partem, quod præsentibus in curia absentibus præferantur, de qua curia intelligendum, & quomodo curia accipienda sit?
- V**IGESIMAOCTAUA quæst. An regula comprehendat quoscunq; in Cu. Ro. præsentibus, uel solum eos, qui in ea seruiunt, seu aliquid in curia, uel pro curia, seu sede Apostolica operantur?
- V**IGESIMANONA quæst. An eadem sexta pars habeat cum iure conformitatem?

TRIGESIMA

- T**RIGESIMA quæst. quid si præfens in Curia, statim obtenta gratia recedat, an sit locus regulæ?
- T**RIGESIMAPRIMA quæst. Quid è conuerso, si solito persistere in curia, tunc tamen absentem, sed cito reuersuro, fiat gratia, an habeat locum priuilegium huius regulæ?
- T**RIGESIMASECUNDA quæstio, Absens causa sedis Apostolicæ, an gaudeat prærogatiua huius regulæ?
- T**RIGESIMATERTIA quæst. An dicta pars regulæ habeat locum in ordinario, ita ut prouisus ab eo in Curia existens, præferatur Apostolico à Curia absentem?
- T**RIGESIMA QVARTA quæst. iuxta septimam & octauam partem, An sint iuri & rationi consonæ, & sic fauorabiles, & ampliandæ?
- T**RIGESIMA QVINTA quæst. iuxta easdem partes, An regula procedat in non sufficienter beneficiato?
- T**RIGESIMASEXTA quæst. Appellatione beneficiati, an ueniat pensionarius ad effectum nostræ regulæ?
- T**RIGESIMASEPTIMA quæst. An beneficiati appellatione ueniat intrusus ad effectum huius regulæ, in tantum quod concurrentibus duobus super beneficio, intrusus super alio beneficio, seu detentor uel de facto tantum possidens, tanquam alias beneficiatus excludatur?
- T**RIGESIMAOCTAUA quæst. iuxta nonam partem, quomodo accipiatur adiectiuus Oriundus, & qui comprehendantur in regula sub nomine Oriundorum?
- T**RIGESIMANONA quæst. An sit rationi, & iuri cõforme, quod oriundus non oriundo præferatur in affectuione beneficiorum?
- Q**VADRAGESIMA quæst. iuxta decimam partem, Diœcesanorum appellatione ad effectum regulæ, qui ueniant?
- Q**VADRAGESIMAPRIMA quæstio, An sit rationabile, & iuridicum, quod Diœcesanus non Diœcesano præferatur?
- Q**VADRAGESIMASECUNDA quæstio, iuxta ultimam partem. In reliquis uerò singuli &c. qui sint isti reliqui, & qui ueniant reliquorum appellatione?
- Q**VADRAGESIMATERTIA quæst. iuxta eandem partem, præsentatio de qua in ea, quid operetur, & an ista pars habeat similitudinem cum iure communi?
- Q**VADRAGESIMA QVARTA quæstio, Quis præferatur inter omnes nominatos in regula?
- I**PRIMO quæro, quid operetur illa uerba in si. rubricæ uidelicet, iuxta qualitatem? Et uidetur, quod nihil, nam sensus aliquis colligi nõ potest. quid est enim dicere iuxta qualitatem sine alio adiuncto, seu reliqua

AA ij suppletion?

- suppletionem? Dicit enim aliquis, iuxta qualitatem cuius, uel iuxta quam
2 qualitatem? At quando sensus, seu intellectus propter defectum dictionis; uel orationis comprehendere non potest, dispositio non operatur. l. cum pater. §. cum imperfecta, & ibi declarat glo. in uer. imperfecta de lega. 2. Inno. in c. ex parte de si. instru. Contrarium est uerius, quod immo uerba ista operentur, quæ brauitatis causa truncatè ponuntur: at in nigro sunt magis extensa. supplenda igitur sunt uerba hoc modo uidelicet, iuxta qualitatem gratiarum faciendarum, seu personarum impetrantium, seu ad beneficium concurrentium, uel iuxta qualitatem præminentiarum, & alias, ut in nigro. Vnde sensus & intentio ex nigro comprehendere potest, aut t̄ intellectu percipi, quasi tacitè subintelligendo, magis quàm locutione exprimi possit, iuxta tex. in l. ratum. in si. ff. de solutio. & prout no. Bal. in alio casu in l. cum quidam nume. 5. uers. ad primum dico. C. de instit. & substi. Vel etiam posset alias suppleri, & sic dispositio subsistit. Inno. & Feli. ubi supra. Roma. consi. 376. Quæstio est. nu. 10. & 13. Sozi. consi. 15. Visis prædictis nume. 53. uol. 1.
- 1** **S E C U N D O** Quæro, t̄ An ista rubrica possit allegari pro decisione causarum? Et uidetur quod sic. glo. in l. uni. C. de capita. ciui. cens. lib. 11. & ibi Barr. in si. Archidi. in c. quis nesciat ante si. ibi, & similiter rubricæ & c. distin. 9. glo. in proce. v. 1. §. nos ad apicem in uer. titulis. Bar. super rubri. ff. quod quisque iur. Alex. in l. 1. nu. 6. & seq. ff. si cer. per. Contrarium teneo, quoad rub. huius regulæ per nota. per Anto. de But. in proce. Decreta. col. penul. ubi, quod ad hoc, ut t̄ rubrica possit allegari pro decisione causarum, requiritur, quod habeat orationem omnino perfectam, prout est rub. C. ne lice. tertio prouo. C. ne fideiussor. dori. den. & similes. At in casu nostro secus est, ut in præceden. quæst. ostendi. Et pro hac conclusione faciunt tradi. per Ias. in præalle. l. 1. ff. si cer. per. col. 2. uers. & in primis considero & c. & ibi dat hanc limitationem ad casum nostrum & respondet, & saluat à dictis Pau. Castren. & Alex. ubi ibi, quibus addo quod plures glo. iuris Canonici allegatæ per Alex. ibi in 2. col. uers. tamen ex talibus, & uers. seq. nihil, uel parum faciunt ad effectum, ad quem Ias. allegat. uideatur pro præmissis Paris. consi. 53. D. Hieronymum nu. 93. & consi. 81. In præsentī causa nu. 3. uers. quæ rubrica bene probat uol. 3. Verùm quia insolitum est in Cu. Ro. solas rubricas regularum allegare, uel producere, habemus q̄ normam super productione ipsarum regularum per regulam, 28. de qua infra rub. de regu. cancella. producen. quam etiam commentaui, tenendum est indistinctè solas rubricas regularum cancellariæ non posse allegari, seu produci.
- 1** **T E R T I O** Quæro, t̄ quid uelint uerba in princ. regulæ, ibi. Super uacantibus, seu certo modo uacaturis? Et dico sensum esse, quod habentes gratias, seu

- gratias, seu qualitates, de quibus infra in regula, tam super uacantibus, quàm uacaturis, aliis super beneficijs præferantur. Et illa clausula Certo modo, id est aliquo modo, coniunctis dictis uerbis uacantibus & uacaturis, nõ expresse aliquo modo specificato, seu particulari operatur, quod ueniet omnis modus in uacantibus, uel in illis, de quibus cum uacabunt,
2 mandatum sit prouideri. t̄ Vacatio enim simpliciter prolata, omnem uacationis modum comprehendit. c. ex parte el primo de offic. Delega. ubi in gratia ad uacatura uenit etiam uacatio per resignationem postea factam. glo. in c. cupientes in prin. in uer. uacationibus de electio. lib. 6. glo. in c. si propter de rescr. eo. lib. glo. in cle. 1. in §. ad hoc in uerbo. quamuis ante si. de præben. & ibi Card. in 5. quæst. Gemina. in c. susceptum col. si. nu. 10. & ibi Phi. Fran. nume. 3. de rescrip. lib. 6. Feli. in c. in nostra in 37. correl. nu. 37. de rescr. latè per Io. de Syl. in tracta. de beneficio quæst. 12. par. 3. nu. 21. uers. de cima quinta qualitas, per D. Sarnen. in 5. quæst. regule de Valore, ubi etiam ad rem nostram, quod debeat intelligi generaliter de omni specie uacationum, siue sit per illos quatuor modos certos in Cancellaria usitatos, siue alio quocunque modo etiam incerto. & quæ ibi dicit huic quæst. applicari possunt. eadem enim uerba habet regula illa in princ. quæ hæc.
- Q U A R T O** Quæro in eadem prima parte, in qua uult præferri habentes
1 gratiam Motu proprio, non sic habentibus? t̄ an dispositio ista sit iuri & rationi consona? Et uidetur quod non, & primo per tex. in l. non dubium. C. de legi. ubi t̄ quod in aliqua dispositione non debent attendi uerba, sed mens, & sensus. S. Tho. 22. quæst. 122. art. 6. facit uulg. l. scire leges, ff. de legi. ubi non attenduntur uerba, sed ius atque potestas earum, l. si filius familias. §. sed si filio. ff. quod cum eo. Deci. consi. 385. iure dicemus & c. col. 2. ante si. ibi debent considerari effectus, & non uerba. Ita in casu nostro, siue dicatur motu proprio, siue non, quid ad rem, dummodo constet de intentione concedentis? Secundo facit argumentum Glossatoris hic, quod t̄ motus proprius tantum tollit subreptionem, nõ autem tollit ius tertij per. c. si motu proprio de præben. lib. 6. glo. in cle. si Romanus Põtifex in uer. ualidam de præben. & ultra præmissa faciunt not. per Card. consi. 96. Papa uniuert & c. in prin. & Gemina. in c. si propter nu. 12. de rescrip. lib. 6. & Abb. in c. ad aures col. 3. nu. 5. uers. si uerò motu proprio. de rescr. Rot. 111. licet motus proprius & in 112. dicebant in no. Cassado. 4. de concess. præben. nu. 4. Gasp. de Pena in tracta. reser. fol. 7. à tergo. ibi in contrarium de motu proprio & c. Aene. de Falc. in dicto tract. reserua. fol. 26. nu. 2. Alex. consi. 3. ex his & c. uol. 5. num. 7. ubi dicit, quod si princeps primo uni rem concessit, non potest alteri concedere etiam motu proprio, nisi dicat, non obstante concessione facta. Idem concludit

- 4 **concludit** Ias. in l. si. col. penul. nu. 13. ff. de pact. Tertio facit, quod **con-**
cessio facta siue simpliciter, siue motu proprio eadem, & indifferens re-
 putatur extraua. Io. 22. sedes Apostolica sub titulo de concess. præben.
 cum glo. in uer. cōcessa. Gemini. in c. si propter nu. 13. ibi nam clausula ge-
 neralis sola uidetur solū operari idem, quod motus proprius, de rescri.
 5 **lib. 6.** Zabb. in cle. prima. §. si. in 7. quæst. Quarto & ultimo, quia **licet** di-
 catur motu proprio fieri gratia, tamen sit ad instantiam & petitionē par-
 tis glo. penul. in l. si. C. de fructi. & lit. expen. ubi tex. ponit propriam uo-
 luntatem Principis, & glo. supplet postulatione tamē præcedente. Cardi.
 consi. 142. punctus quæst. ante si. ibi, dicatur proprio motu, tamen sæpe
 etiam instantibus impetrantibus facit, ut apponatur hæc, & similia. Dec.
 in c. ex parte in 2. nota. de rescr. Et facit illud, quod in dies uidemus im-
 petratēs ipsos, subministrare huiusmodi gratias, cū clausula Motus pro-
 prii signandas, & facit consi. Alex. 125. uiso titulo, nu. 13. uol. 2. ubi conclu-
 dit, quod licet Papa dicat se facere ex certa scientia tamen talis clausu-
 la, non operatur, nisi in his de quibus Princeps præsumitur habere sciē-
 6 **tiam**, sicuti sunt ea, quæ consistunt in iure. In cōtrarium facit, quod **im-**
mo gratia motus proprii latè & fauorabiliter sit interpretanda. c. si plu-
 ribus, de præben. lib. 6. Zabb. in cle. ne concessione in. 1. nota. de rer. per-
 mut. quem sequitur Fel. in c. causam quæ ante nu. 8. uerfi. idem limita.
 de rescr. Idem Cardi. consi. 61. ad dubia præmissa col. 1. ante nu. 5. ibi, &
 hoc quoad hoc, ut immutetur proprius uerborum significatus, licet quo-
 7 **ad** aliquem effectum faciat gratiam interpretationis uerioris. Et circa
 effectus motus proprii, & ampliationis ex eo resultantis uideatur pul-
 chrum consi. Roma. 327. istæ sunt rationes &c. col. si. nu. 9. & seq. & consi.
 8 **376.** quæstio est. nu. 8. Deci. consi. 341. col. 2. & in terminis nostris, quod **ter-**
teris paribus, præferatur habēs gratiam motu proprio, cōcludit Io. And.
 in c. duobus col. 3. nu. 6. & ante uerfi. sed quæro si cæteris paribus de re-
 scrip. lib. 6. & ibi allegat rationes, & Fran. ibi nu. 13. Syl. de beneficio. 35.
 quæstio. 3. par. nu. 2. & ante fol. 237. facit Aene. de Falco. supra allegat. in
 tracta. referua. fol. 3. num. 4. ibi licet reddat gratiam fauorabilem quoad
 prærogatiuam. Et qui uellet tenere hanc secundam opin. ad prædicta
 posset respondere, illa procedere, quando non constat clarè, & apertè
 de uoluntate Principis, quod uerè sit motu proprio concessa, & tunc
 procedat dictum Abb. de quo supra in c. ad aures de rescrip. num. 5. ibi;
 sed quia non apparet. At quando apparet de manifesta uoluntate Prin-
 cipis, non est disputandum. Deci. consi. 137. nume. 2. uer. & cum ex præ-
 dictis, faciunt nota. per Cassado. decif. 3. de pensio. nume. 4. ibi nō tamen
 firmatur gratia contra præsumptam concedentis uoluntatem &c. ubi
 concludit propterea non operari motum proprium, quia non concur-
 rebat

- rebat uoluntas concedentis. Secus igitur quando concurrat, & quan-
 do est certa uoluntas, prout in casu nostro, facit idem Cassad. decif. pri-
 ma de referuat. præsertim nume. 3. ibi, ergo quando exprimitur non est
 disputandum &c.
- 1 **QVINTO** quæro, **quid** si unus habeat gratiam cū clausula Motu pro-
 prio, alter cū clausula Ex certa scientia, quis præferatur? Videtur dicen-
 dum, quod habens ex certa scientia tantum, præferatur habenti motu
 proprio solū: uel saltem quod inter se sint pares. & pro prima opi. quod
 præferatur habens ex certa scientia, facit, quia potentior & efficacior
 2 **est** hæc clausula ex certa scientia, quàm illa motu proprio. Nam **motus**
 proprius non inducit dispensationem c. si motu proprio de præben. lib.
 6. cum glo. 2. in uer. ob hoc, & ibi Io. And. post prin. ibi, Motus proprius
 non inducit dispensationem &c. Rot. 112. dicebant. Domini in no. ante si.
 ibi, cū Motus proprius raliū dispensationem nō inducat. & 444. not.
 licet motus proprius. in antiq. ante si. ibi, nec dispensationem &c. Felin.
 in c. cum ecclesiasticæ ante fin. uerfi. rescriptum sumit uires, de exce-
 4 **ption.** Act clausula ex certa scientia omnem dispensationem, & habilita-
 tem inducit glo. magistra. in l. 2. C. de cri. sac. in uer. elegerit, quæ restrin-
 git tex. illum, solum habere locum, quādo Princeps eligit ex certa scien-
 tia. idem cōcludit glo. in uer. literarum in prin. in c. eam te de ærat. &
 qualitat. prout etiam uidemus motum proprium non tollere defectum
 intentionis. glo. in cle. si Romanus Pontifex. in uer. ualidam de præben.
 & ibi per Docto. per Io. And. & alios in c. si motu proprio, de præben.
 lib. 6. Rot. Belleme. 475. præmissa tres. & Paris. consi. 1. uol. 1. nume. 74.
 uerfi. & licet, secundum quosdam tollat subreptionem &c. Secus quan-
 do adest clausula est certa scientia. Inno. in c. de confirmationibus nu. 2.
 uerfi. & est ratio de confir. uti. uel inu. Paris. consi. 141. col. 1. nume. 2. uol.
 4. Et quod certa scientia plus operetur, concludit Mil. in suo repero. in
 uer. gratia nō potest dici ante si. ibi, & plus operatur gratia facta ex cer-
 ta scientia, quàm si fiat motu proprio &c. & in uer. seq. gratia si est im-
 petrata pendente lite. &c. ante si. fol. mihi. 80. col. 3. Quoad secundum di-
 5 **ctum**, quod **saltem** effectus istarum clausularum sit par, & idem opere-
 tur, unde idem dicendum sit de gratia facta motu proprio, quod de fa-
 cta ex certa scientia, facit ultra deducta in præcedenti quæst. arguendo
 ab æquiparatis ad glo. & Bart. in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt.
 6 **Bart.** in l. Marcellus in prin. ff. ad Trebelle. quod **clausula** ex certa scien-
 tia æquiparatur clausulæ non obstante lege, seu dispositione contraria.
 glo. si. in si. l. raras. C. de rescind. uend. Bald. in l. idem Vlpianus. §. sunt &
 alij in prin. ff. de excusat. tut. Abb. in c. nonnulli in prin. de rescrip. Deci.
 7 **in c. porrecta** col. 3. nu. 5. de confirmation. utili. uel inuti. & eidem **clau-**
 sulæ.

fula Non obstante, æquiparatur dicta clausula Motu proprio. Anchara. consi. 20. uiso prædicto puncto post princ. uerfi. præterea effectus. & postea ibi, sicut dicimus in clausula motu proprio &c. & nume. 2. ibi distinguendum tam in clausula nõ obstante, quam in clausula motu proprio.

8 Insuper ÷ clausula Ex certa scientia æquiparatur secundæ iusioni, seu geminationi rescripti glo. in c. 1. de constitu. lib. 6. in uer. noscatur circa medium uerfi. in rescripto etiam &c. Abb. in c. porrecta ante si. nu. 5. de confir. uil. uel inutil. Feli. in c. si quando col. si. in uer. geminatio rescripti.

9 de rescrip. similiter ÷ clausula Motu proprio æquiparatur dictæ secundæ iusioni, seu geminationi rescripti. & fuit singulare dictum Bal. in l. nec dānosa post princ. C. de præcib. Impe. offeren. quem sequitur Roma. in l. si uerò in §. de uiro in 31. fallen. nume. 56. uerfi. secundo probatur. ff. solu. matri. Iacob. de S. Georgio in l. si quis iniquum in prin. in 2. lectu. ff. quod quis iur. Feli. in dicto c. si quando uerfi. similiter habet uim clausulæ Motu proprio. Prædicta satis urgent. Vnde concludendum esse uideretur, habentē clausulam Ex certa scientia præferri debere habenti Motu proprio, uel inter se pares esse. Aliud etiā sequeretur, quod clausula in motu proprio loquens, à fortiori, uel saltē à pari, procederet in habēte gratiam ex certa scientia, & non motu proprio. Qui uellet tamen contrarium tenere, posset respondere, quod ÷ prouiso in uno casu nõ trahitur ad alium. si igitur regula loquitur tantum in casu motus proprii, non uidetur extendenda ad casum certæ scientiæ. & hic considerandus esset fauor regulæ, identitas, uel non, rationis in uno casu ad alium, & an uerisimiliter Princeps interrogatus idem respondisset in alio casu. Et quia materia est subtilis nimis, & indigeret longa repetitione, remitto me pro consideratione proximè dictorum ad theor. Bar. in l. comodissimè, & in l. Gallus. §. & quid si tantum col. 2. nume. 3. & ibi omnes. ff. de libe. & posthu. Anchara. consi. 288. prima substitutio nume. 3. & declarat Dec. consi. 394. & pro uera. col. 4. nu. 7. uerfi. 5. facit regula. & consi. 227. præsertim ante fin. uerfi. non obstat quod supra &c. ex proxima sequenti quæsti. clarius apparebit de conformitate, uel diuersitate istarum duarum clausularum &c.

10 **S**exto igitur quæro, ÷ an istæ duæ clausulæ, Motu proprio, & Ex certa scientia possint dici, inter se haberi ut excedētia, & excessiua? Et licet ex supradictis uideatur posse concludi, quod non, quasi clausula Ex certa scientia plus uel idem operetur, pro quibus etiam facit consi. Alex. 215. non obstat, si dicatur præsertim nume. 5. uerfi. non ob. tamen, si dicatur indultum uolu. 7. & latè Stafi. qui plurima cumulat in tracta. signaturæ fol. 83. & seq. tamen considerando ortum, & principalem effectum istarum clausularum, crederem responderi debere affirmatiuè, uidelicet quod

2 quod habeant se ut excedentia & excessiua. ÷ Excedit enim motus proprius in hoc, & differt, quia procedit, seu procedere debet ex mera liberalitate, & ex mera uoluntate. c. si motu proprio post prin. ibi, quæ nõstra mera liberalitate processit. at gratia ex certa scientia potest esse procurata, immo ÷ nisi expressè caueatur, seu dicatur, gratia præsumitur & reputatur impetrata ad instantiam partis, & procurata d. c. si motu proprio in si. Bar. in l. 3. ff. quod quis iur. in princ. Ias. in l. ex hoc iure nu. 56. ff. de Iusti. & iur. Insuper ÷ concessio facta propter benemerita, & facta motu proprio æquiparatur Guiguel. de Cum. in l. 3. §. si procurator. & Alex. in eadem l. post princ. in 2. limita. ff. quod quisque iur. Deci. consi. 413. consuluit accuratè nume. 6. & consi. 614. in causa feudali nume. 5. Iaso. in 5 supra alleg. l. ex hoc iure nume. 56. Tertio, ÷ Motus proprius non potest probari per testes glo. si. in d. c. si motu proprio. Rota in antiq. 130. no. quod in c. & secus est in gratia Ex certa scientia, quæ per testes probari potest. Belleme. Deci. 746. licet obseruet post prin. Lamber. in tract. iur. patro. in 15. arti. 9. quæst. 3. par. 2. lib. nume. 3. fol. mihi 371. à tergo in uer. deueniendo modò ad limitationem. Et ista est communis opin. prout restatur. Nico. Boe. in tracta. de pote. Lega. à late. in prima quæst. antè numerum 79. uerfi. & ista est communis opin. &c. ubi plura adducit, & pro utroque dicto facit Rot. 332. licet Romana. in no. ubi plenè, præsertim nume. 4. ubi respondet ad c. si motu proprio. Feli. in c. si quando in uer. geminatio nume. 15. de rescr. Immo etiam ÷ certa scientia colligitur, etiam quod de ea nõ appareat, quicquid dixerit glo. si. in prin. in cle. & si principalis de rescrip. Abb. in c. ad hæc in si. & ibi Deci. nume. 6. de rescrip. Feli. in c. cum inter. 8. not. & ibi etiam Deci. de excep. quarto, ut supra probaui, clausula Motu proprio æquipollet clausulæ Non obstante: secus autem uidetur dicendum ÷ in clausula Ex certa scientia, quæ clausula Non obstante, non æquipollet Bald. in prælud. feud. in 4. carta, in uer. Item dicit An. de Iser. Fran. Areti. consi. 15. Reuerendissime Pater nu. 6.

8 uer. præterea quando. Deci. consi. 341. uiso puncto nume. 10. quinto ÷ Motus proprius certificationem, seu discussionem, uel cognitionem, super concedendis non requirit necessario. Secus est in gratia Ex certa scientia glo. in c. pastoralis. §. præterea in uer. Ex certa scientia in princ. & ibi Abb. nume. 4. ubi uult, quod requiratur, quod certificatio de omnibus, quæ potuissent Principem mouere &c. & postea subdit, alias nõ dicitur concedere Ex certa scientia de offi. delega. Immo cum Motus proprius pro ipsius subsistentia requirat expresionem, quod motu proprio fit, dicto c. si motu proprio: secus dicendum in certa scientia, quia attenditur ipsa informatio, & instructio, non autem ipsa clausula seu uerborum prolatio. c. uenerabilis cum glo. in uer. sicut. quæ declarat confirmationem

nem illam, quæ non uidebatur simplex propter uerbum sicut &c. propter informationem, & discussionem intelligi debere simplicem, & ualidam. facit Arer. consi. 15. supra allegatus num. 5. præsertim ibi, ergo tantum uel plus &c. & latissimè per Feli. in c. cum inter de excep. in princ. & nume. 2. uers. sed contrarium: qui ad partes arguit. An autem de motu proprio cõstare possit per coniecturas, uel aliter, uideatur Feli. in c. si quando col. si. nume. 15. de rescr. & Nic. Boe. in præalleg. tracta. de pore. Lega. à late. in prima quæst. nume. 103. uers. & potest probari motus aliter, quàm per expresionem, puta ex coniecturis maximis &c. uideatur etiam ad hoc Feli. in consi. nouiter impresis consi. 31. oportet me omnino nume. 16. uers. sed profecto sustentari &c. Cum igitur Motus proprius aliqua contineat, quæ non Certa scientia: & illa aliqua quæ non Motus proprius, prout supra in præcedenti quæst. sequitur, quod habent se ut excedentia & excessa, argumento glo. in l. naturaliter in. §. nihil commune ante fi. ff. de acqui. posses.

- 1 **S**PRIMO quæro, quid si unus habet gratiam hoc modo uidelicet, Motu proprio, & ex certa scientia beneficium tale. N. conferimus. Alter uero habet, Iustus &c. beneficium tale P. de plenitudine potestatis conferimus. uel ita, Supplicat. P. quatenus sibi beneficium &c. de plenitudine potestatis cõferre dignemini, quis præferetur? Et uidetur, quod primus, quia in regula comprehensus, tanquam iste alius casus sit omissus, ad l. si cum dorem in prin. ff. solut. matri. l. si extraneus. ff. de condit. ob causam, Anchara. consi. 288. prima substitutio nume. 3. uers. sed casus omissus. Dec. cõsi. 334. agitur de hæreditate col. si. in prin. uers. & casus omissus. Accedit, quod clausula Ex certa scientia operatur, quod intelligatur aliquid fieri ex plenitudine potestatis. glo. magna in fi. in c. ad hæc. de rescr. Bal. in l. eos num. 1. ibi facit ex certa scientia, uidetur facere de plenitudine potestatis. Roma. consi. 369. circa primum ante numerum 29. Abb. in c. ad hæc de rescrip. in col. 2. nume. 7. ibi, quod clausula Ex certa scientia idem importat &c. Mili. in reperto. in uer. scientia certa in princ. Deci. consi. 407. Visis &c. nume. 24. uers. ultimo, ex dictis clausulis Ex certa scientia, & De plenitudine potestatis considerandum est &c. Vbi uidetur has duas clausulas parificare. Contrarium sustineri posset non ex ui, seu uerbis regulæ: sed quia iste sit casus omissus, ut supra, intantum, quod recurrendum sit ad dispositionem iuris, quaerendo prælationem, & præcedentiam inter hos casus. Et quia ille est præferendus, qui habet potentius ius, & potiores, & digniores clausulas: & maior est uis, & potètia in clausula De plenitudine potestatis, quàm in illis duabus uidelicet, Motu proprio, & Ex certa scientia: igitur habens de plenitudine præferatur. Maiorem, probo, quia præcedentiæ, seu

- seu dignitates magis. sunt in consideratione, quæ sunt magis priuilegiata. l. spurij. §. priuilegijs cessantibus. ff. de Decur. l. 2. ff. de Alb. scriben. ibi quod dignitates Principis, iudicio consecuti sunt. quò ergo potentius est iudicium, seu priuilegium Principis magis operari debet. facit uulgaris regula, quod attèditur, quod potentius est, & quod præualet. l. quæritur ff. statu. hom. Minor uidetur cõcludi ex prædictis, & etiã probatur, quia
- 6 † Papa non præsumitur uelle uti suprema uoluntate, seu plenitudine potestatis. Inno. in c. innotuit ante numerum 6. de electio. ibi, quod Papa de plenitudine potestatis illa electione utatur, cum non sit ea utendum generaliter, sed tantum ex causa. Bald. in l. si testamentum post principium, ibi, potest tamen de plenitudine potestatis, qua nunquam uideatur uti &c. C. de testa. Anchara. consi. 110. tres Domini col. 4. in fi. uer. nõ obstat, quod Papa. ibi, quia hoc uerũ ubi appareat de ista uoluntate. Paul. de Cast. in l. ex imperfecto nu. 2. C. eodem, ubi idem concludit, addens, quod tunc debet cõferri uti hac plenitudine potestatis, quãdo actus alias ualere non posset: cum quo transit Feli. in c. primo nume. 27. uer. & hoc est, quòd nunquam præsumitur uti plenitudine potestatis &c. de consi. & idem Feli. in c. constitutus nume. 13. uer. limita. quatrupliciter. ibi, non intelligitur uti autoritate accepta, nisi exprimat. Et de effectu huius clausulæ, latè per Feli. in c. nonnulli. nume. 8. uers. fallit quarto & ultimo de rescri. & quod sit potentissima & multum operari debeat Abb. in c. uni. nume. 11. in 10. nota. ut eccle. bene. sine diminu. ubi etiam ex hac potentia plenitudinis infert, quod propterea non tenetur seruare leges: arguens etiam, si habet plenitudinem, ergo nullus supra eum. Deci. cõsi. 198. & pro tenui nume. 2. & Paris. consi. 5. nume. 93. & 94. ibi & expressio clausulæ De plenitudine &c. & nume. seq. & nume. 119. uers. expressio etiam illius clausulæ De plenitudine &c. uolu. 4. Et hæc † plenitudo potestatis uocatur etiam potestas absoluta. & sic in Principe sunt potentie, seu potestates, una ordinaria, seu ordinata: Altera uerò absoluta, prout declarat Io. And. in c. ex publico col. si. post medium uers. intelligit autem hoc de potestate absoluta, nõ de ordinata &c. de conuer. coniugat. & latius per Abb. in c. ad hæc col. fin. de rescrip. Et qui uellet tenere hanc partem, posset ad contraria respondere, quod iura contra allegata non dicunt, quod clausula Ex certa scientia idem in omnibus & per omnia operetur, quod ista clausula Ex plenitudine potestatis, sed in aliquibus casibus. Insuper potest responderi, quod loquatur per uerbum Videtur, dicendo Papa cõcedens, seu faciens ex certa scientia uidetur cõcedere, seu facere de plenitudine potestatis, unde improprie, & per fictionem, & non uerè, idem operatur. quia dictio Videtur fictionem & improprietatem denotat. Bart. in l. naturaliter in princ. ff. de acqui. poss.

fel. in. l. ab eo ante fin. ibi, quod qui non appellat uidetur consentire. fiste. & c. C. quomo. & quando iud. glo. in. l. nemo. & ibi Bart. in. princ. ff. de resti. in integ.

- 1 **Q**UÆRO, an Legatus, & quibus aliis ordinariis possint concedere gratiam Motu proprio, seu hac clausula Motu proprio uti, sicut Papa? & ista inuestigatio proderit pro proximis duabus seq. quæst. Et pro parte negatiua est Doctri. Archid. in c. si. de offi. Lega. lib. 6. circa mediũ. ibi, secus si motu proprio concedat ipse Legatus. & postea subdit, & illa capitula non uendicant sibi locum in Legato, sed in Papa tantum. Postea dicit, multo fortius obtinere debet in alio inferiori ordinario: & ibi assignat rationem differentie inter Papam, Legatum, ac alium ordinariũ: quæ est, quod ille non astringitur legibus iusti uerò sic. idem concludit in c. si motu proprio de præben. eo. lib. post. prin. ibi, secus in alio ordinario. Calderi. in titulo de præben. consi. 3. an si Legatus. col. 2. uerũ. hoc tamen est concessum in literis Legatorum. facit etiam quod tam iura Canonica, prout dictum c. si motu proprio, & cle. si Romanus de præben. quàm alia iura loquentia de motu proprio, seu hac clausula Motu proprio uteda, quam etiã iura Ciuilia, prout tex. in. l. si. C. de fruct. & lit. expen. ante fi. ibi, & super priuilegijs per liberalitates cũ glo. ibi loquuntur in motu proprio Principis, non autem Legati, uel alicuius alterius ordinarij. Contrarium est tenendum, quod immo Legatus & alii ordinarij possint uti hac clausula Motu proprio: tum quia hoc non reperitur prohibitum: tum quia pro hac parte est glo. in dicto c. si. de offi. Lega. lib. 6. in uer. mentio: quam approbat ibi Domini. & cum ea transit nu. 5. uerũ. glo. 2. & glo. in cle. 2. de offi. ordina. in uerbo facta. & Domini. in c. si postquam nume. 2. in 3. nota. de præben. lib. 6. & ista est cõmunis opin. prout per Phi. Fran. in dicto c. si motu proprio in 1. nota. & per eundem Fran. in dicto c. si postquam in. 1. nota. de præben. lib. 6. ubi subdit, quod idem operatur dicta clausula apposta ab inferioribus, ac si esset apposta à Papa. Immo (quod plus est) inueni, quod Vicarius Principis potest concedere gratiã ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. Cuna. consi. 158. uisus instrumento & c.
- 2 **N**O QUÆRO, an Regula ista in illa prima parte loquens de motu proprio, habeat locum in Legato, uel in alio ordinario? Et ista quæst. potest considerari pluribus modis. uno, si Papa cõtulit sine clausula Motu proprio: Legatus uerò, uel alius ordinarius cum clausula Motu proprio. Verũ quia esset distinguendum, an in mensibus Papæ, an in alijs mensibus per aliam regulam ordinarijs collatoribus concessis, uel in alternatis mensibus, & an ratione indulgi, uel non: discutiam Deo dante super alia regula, super qua melius cadet. Secundo modo potest considerari, quando

- quando Legatus cõfert Motu proprio, & alius ordinarius, sine illa clausula, uel è contrario. Et uidetur, quod regula habeat locum, cùm loquatur de motu proprio: & motus proprius (ut in præceden. quæst. conclusum est) etiam quoad istos possit considerari: ergo cùm ratio eadem uideatur, indefinita æquipollere debet uniuersali. l. si plures gradus. ff. de lega. 3. l. si pluribus, & ibi Bart. ff. de lega. 2. Bart. post glo. in. l. i. ff. de reg. iur. nume. 3. ubi concludit, quod siue sumus in lege, siue in statuto, siue in materia fauorabili, siue odiosa, ubi non est ratio diuersitatis, quare magis ad unum casum, quàm ad alium, relatio fieri debeat, tunc debet fieri extensio ad omnes casus, Cur. Iun. consi. 107. nume. 3. & 4. Deci. consi. 43. & pro tenui ante numerum tertium, ibi indefinita non æquipollent uniuersali, quando diuersa ratio reperitur. Contrarium puto, tum propter rationes infra in proxima quæsti. sequenti adducendas: tum quia ratio est diuersa, unde prædictum argumentum, seu extensio cessat, ad supra deducta, & latè per Din. super Rub. de regu. iur. lib. 6. & quod
- 3 ad sit ratio diuersitatis, probatur: quia Legatus præsertim de latere, maior est alijs ordinarijs in omnibus, licet & ipse ordinarius dicatur. c. si Abbatem. §. huiusmodi de electio. lib. 6. & c. Legatos de offi. Lega. eo. lib. Archidia. in c. si. eo. nume. 1. ibi, quod si hoc obrinet in Legato, qui est ordinarius & c. & ibi Gemina. col. 2. in fi. ibi, & si nulla lex ligat Episcopum, quomodo ligabit Legatum? ubi infert potentio rem esse Legatum alijs ordinariis. Et quod collatio Legati sit præferenda, cæteris paribus, est tex. in c. si à sede Apostolica. §. si uerò. ibi, uel Legatus & c. de præben. lib. 6. & quia regula loquitur cæteris paribus, uerificatur tantũ, quando idemmet duobus confert: ueluti Papa duobus, uni simpliciter, alteri cum clausula Motu proprio: & sic in Legato, uel alio ordinario. & iste est tertius modus, qua quæst. præmissa uerificari potest, de quo in sequenti quæstio.
- 1 **D**U C I M O igitur quæro, quid sit Legatus, uel alius ordinarius conferat cum clausula Motu proprio uni, & alteri sine illa clausula, an sit locus regulæ, uel alias ille præferatur? Et uidetur responderi oportere affirmatiuè per deducta supra in octaua quæst. ubi conclusum fuit, quod Legatus, siue alius ordinarius, potest conferre motu proprio, & uti hac clausula: ergo debet intelligi, quod effectualiter uti possit, & cum omni tali suo effectu. Nam effectus in quacunque actione, & dispositione est in consideratione, & effectus attenditur. l. si non mortis in fi. ff. de inoffi. testa. l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quisque iur. Bald. in. l. si mater in. 3. nota. C. de institu. & substitu. Deci. cõsi. 313. promissit col. 2. circa medium. Cùm ergo effectus motus proprii, prout in regula, sit quod illud habens alteri non sic habenti præferatur: Idem dicendum est in quacunque dispositione,

spositione, à quocunque sit facta, non interueniente disparitate casuum, prout in proxima præcedenti quæstione interueniebat: quia ibi gratiæ non erant pares. concurrebat enim prouisus à Papa, cum prouiso ab inferioribus: & prouisus à Legato, cum prouiso ab alio ordinario minus priuilegiato. & in hoc casu, in quo idem est prouisor, non potest coniecturari alia differentia, quàm istius clausulæ. Contrarium sustineri posset, sed opus est longa, & subtili discussione, & colligēdo plura hinc inde sparfa, ut Noui in Cu. Ro. possint facilius peruenire ad cognitionem plurium difficultatum, quæ de iure fiunt super hoc passu, quando duobus est prouisum eodem die: & pro faciliiori intelligentia præmissorum, & infra dicendorum, subiciam aliquas conclusiones satis utiles, & subri-

- 3 les. Prima igitur conclusio sit, quod inter prouisos eodem die cæteris paribus, prouisus à Papa præfertur prouiso ab ordinario, est tex. in c. si à sede. §. si uerò neuter de præben. lib. 6. & ratio est propter maiorem auctoritatem concedentis. facit cle. 1. in si. ut lit. penden. & tradunt omnes
- 4 in dicto c. si à sede. Secunda conclusio sit, quod Prouisus à Papa similiter præfertur prouiso à Legato, & licet dictum c. si à sede, hoc nõ decidat, firmant tamen ibi hanc opin. glo. 1. ibi, quid dices, si Papa contulit uni, & Legatus alteri? & Gemin. post Lap. col. fi. nume. 9. uerfi. sed quid, si Papa confert uni, dans ibi rationem, tum propter maioritatem potestatis in Papa, tum quia illa Papæ dicitur immediata. & Franc. col. 1. super dicta glo. 1. Tertia conclusio sit Prouisus à Legato, præfertur prouiso ab ordinario dicto c. si à sede in princ. ibi uel Legato. Sed dubium est
- 6 de quo Legato loquatur tex. & uidetur, quod de omni Legato, cum indistinctè loquatur: aliud tenet glo. 1. ibi in princ. cū qua Doctores transire uidentur. & ratio glo. est, quia soli Legato de latere competit collatio
- 7 c. 1. de offi. Legat. eo. lib. glo. 2. in uer. Legato, ubi facit similiter supplementationem seu restrictionem, in cle. fi. de offic. ordi. & quod de iure collatio sibi competat, ultra prædictos firmat Deci. consi. 128. in princ. 149. col. 4. uerfi. & breuiter. & uerfi. confirmatur. & 573. Syl. de Beneficio 2. part. quæsti. 9. nume. 34. ubi latè. Sed aduertendum ad stilum hodiernum, qui est, quod quasi omnibus Legatis, etiam non de latere, cõceditur ista facultas conferendi. Vnde esset locus disputationi, an dispositio dicti c. si à sede, habeat locum etiam quoad istos nõ de latere: cum limitatio tex. in dicto c. 1. de offic. Legat. ibi, nisi hoc alicui specialiter duximus indulgendum: uideatur æquiparare etiam alios non de latere, quibus sit facta ista indulgētia. Sed plus dico, quod maior pars Legatorum, seu nuntiorum hodie habet potestatem cum clausula, Cum facultate Legati de latere. non prosequor quia necessaria esset longa discussio. Quarta conclusio, Prouisus ab Episcopo præfertur prouiso ab inferiori, qui habet

collationem


collationem ex præscriptione, seu priuilegio, non priuatiuè ad Episcopum, sed ita, quod sit locus præuentioni: quod potest seu solet esse, quod iurisdictio inter hos cadere possit per uiam præuentionis. Io. And. in c. Pastoralis de offi. ordi. col. 3. post medium uerfi. uerius credo. & pro quæstione nostra potest sumi resolutio ex his, quæ ibi subdit, licet in alio casu, ex identitate tamen rationis, & ex iure super quo se fundat. nam in uerfi. sed quid si simul citantur ambo, concludit Episcopum præferri per rationem dicti c. si à sede. Istam opinionem in terminis nostris firmat Geminia. post Lap. in d. c. si à sede. col. fi. nume. 8. uerfi. quid si collatio beneficii spectat & c. & Fran. ibi nume. 4. Et ultra rationes prædictas uidelicet identitatis rationis, & maioritatis potestatis, potest dari alia de potestate ordinaria & illius fauore. de iure enim & de omni ratione collatio spectat, & pertinet proprio iure ad Episcopum ipsum c. nullus 16. 9. 7. Zabba. in cle. prima, ut lit. penden. quæsti. 14. in fin. & pro-

- 9 pterea dicimus quod Indultra concessa debent interpretari, ut nõ præiudicent ordinarijs. & quia concessa ordinarijs nihil aliud operantur, nisi remouere obstacula, & reducere ad primæuum ius factorabile. Casfado. Deci. 3. nume. 2. & 3. & decif. 5. nume. 3. de priuilegijs, & de præben.
- 10 Deci. 8. nu. 6. quænta conclusio, Prouisus ab Episcopo præfertur prouiso ab eius Vicario. ista fuit opin. Calder. consi. 2. Collatio Episcopi. sub titulo de offi. Vica. incipit, Episcopus ultra suam Dioc. & c. sub titulo de præben. & dat rationem ibi, quia collato beneficio à duobus: & fundatur super dicto c. si à sede: quem ibi refert, & sequitur Gemini. nume. 10. uerfi. quid si Episcopus. Sed postea in si. concludit, quod ille tex. nõ procedit in hoc casu. sed in hoc non uidetur bene loqui propter paritatem rationis: unde meritò redarguitur ibi à Phi. Fran. nume. 5. uerfi. tu aduerte. Et pro hac conclusione facit ratio supra pluries adducta de maiortate potestatis & potèrioris priuilegij, ad c. per tuas cum glo. in uer. subdiaconatus de maio. & obedi. & etiam facit ratio, quia potestas Episcopi est immediata, illa autem Vicarij mediata. At Prouisus à Vicario potèrior, & fauorabiliora sunt. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. l. ex facto. §. si. ff. ad Trebel. Bal. in. l. 1. num. 2. uerfi. quæro, an si dicatur. C. de condi. infer. Sexta conclusio, descendēdo ad prouisionem ab eadem
- 12 persona eodem die concessa, Prouisus à Papa, siue à Legato, siue Episcopo, siue ab alio propter identitatem rationis. Sed ista duobus modis possunt intelligi. Vno, quando una gratia, seu unus actus per horam præcedit alteram, seu alterum, & sic constar de hora utriusque actus. & hoc casu succedit regula, Prior in tempore, potior in iure. l. potior, & l. creditor. ff. qui potior. in pigno. habea. c. qui prior de regu. iur. lib. 6. & in terminis nostris

nostris

nostris est glo. in dicto c. si à sede de præben. lib. 6. in uer. nec appareat
 & Franc. super ea. nume. 6. glo. in c. duobus de rescri. eod. lib. in uer. si
 non appareat. Bald. in l. Imperator la prima, in prima lectura nume. 4.
 uer. si. & not. quod ratione horæ & c. ff. de stat. homi. facit text. in l. si fun-
 13 dus. s. si duo in glo. in uer. si eodem, ubi fit † æquiparatio diuersitatis
 actuum inductæ à diuersitate dierū, & inductæ à diuersitate horarum:
 quam glo. pro singulari not. Iafre. Deci. 493. ita inducitur & c. faciunt tra-
 di. per Feli. in c. ex diligenti in fi. de simo. & latius in c. Pastoralis col. 3.
 in uer. si. ratione unius horæ de rescri. & in capitulo, capitulum ante nu-
 merum 15. in uer. si. de concursu. ubi postea subdit, quod idem ratione
 unius puncti: unde non solum si quis præcedat per horam, immo si per
 14 dem die, quarum una habeat horam, altera non. & quod † illa, quæ ha-
 bet horam præualeat, facit arguendo de hora ad non horam, sicut de
 die ad non diem, ad Bal. post Cyn. in l. rebus num. 2. uer. si. sed si probant
 de eadem die. ubi reddit rationem, quæ est: quòd certior est probatio
 certius tempus continens, & illa præualiet. C. de dona. ante nupt. Felin:
 in dicto c. Pastoralis de rescrip. col. 3. in uer. unius horæ. ibi, ramen uidi
 consultum contrarium & c. Iaf. in l. 1. col. 2. num. 4. uer. si. secundo singula-
 riter limita. ff. solut. mati. Cassado. decif. 20. de præben. ubi plenè, dicens
 ita iudicatum, & hanc esse communem, & Deci. consil. 169. & diligenter
 nu. 6. ubi concludit, quod collatio ordinarij habens horam certam præ-
 feratur collationi Legati, immo etiam Papæ non haberi certam horam:
 15 Septima conclusio sit, † In gratijs Papæ ad uacatura eodem die concessis,
 si nulla potest probari, anterior habet locum c. duobus de rescri. lib.
 6. uidelicet, quod præferatur ille, cui est collatus Canonicatus. Item is,
 qui primo præsentauit, & alias, ut ibi, pro quo. c. facit Rot. in no. 100. si
 unus. & 106. gratiæ & c. & quia ista materia melius cader super regulis
 expectatiuas concernentibus, ibi latius prosequar. Et super ista conclu-
 sione cadit etiam regula nostra, quæ se extendit etiam ad uacatura: &
 16 hoc casu non est opus loqui de Legato & alijs ordinarijs, quia ipsi non
 habent potestatem ad uacatura: sed solus Papa c. 2. & seq. & c. ex tenore
 de concess. præben. c. dilectus filius el. 1. s. cum ergo. de præben. c. licet
 eo. lib. 6. in prin. ibi uerū etiam in ipsis ius tribuet uacaturis. & ibi etiam
 glo. in uer. uacaturis. Octaua conclusio est, in gratijs Papæ super eo-
 dem beneficio iam uacante, si non constet de prioritate temporis con-
 cessionis iuxta terminos proximè conclusionis, intrat, & habet locum
 17 † regula nostra, quæ plenius prouidet, quàm omnia iura Canonica. nam
 dictum c. si à sede de præben. lib. 6. non prouidebat in hoc casu, quan-
 18 do gratiæ ab eodem concessæ erant, sed quando à diuersis. † c. Duobus
 non

non prouidebat in omnibus istis casibus, & etiam non procedebat nisi
 super uacaturis, non autem super iam uacantibus: tum ex illius uerbis,
 tum ex his, quæ not. Ioan. An. in dicto c. si à sede post princ. ubi con-
 cludit, quod hoc casu, uel utraque gratia concurreret propter incertitu-
 dinem: uel recurrendum esset ad concedentem, qui declarare habe-
 ret super hoc suam intentionem. & cum eo transeunt ibi Domi. col. 1.
 uer. unde dicitur. Io. And. & Franc. col. 2. uer. si. sed si ab eodem. & idem
 Franc. in dicto c. duobus nume. 6. super glo. in uer. à nobis. faciunt trad.
 per Feli. in dicto c. capitulum de rescri. col. 4. in fin. uer. adde. Domi. per
 Syl. de beneficio 3. parte quæst. 15. nume. 3. qui etiam antea locutus erat
 de hac regula, illamque pro multum notabili commendat. facit etiam
 Paris. consil. 101. si quærimus, uolu. 4. nume. 10. Per regulam istam tollitur
 omne dubium: remouetur inualiditas, quæ resullaret ex dubierate: &
 datur melius consiliū, quàm sit illud recurrere ad cōcedentem. Nona &
 19 ultima cōclusio sit, quod † gratiæ factæ à Legato, uel alio ordinario duo-
 bus super eodem beneficio, si non constet de anterioritate, utraque gra-
 tia corrui per deducta per supra allegatos, & argumēto. l. duo sunt Ti-
 tij. ff. de testam. tute. l. si fuerit. ff. de reb. dub. l. cum ex pluribus. ff. de ma-
 num. testa. c. 2. de elect. lib. 6. Ex proximè deductis patet, redeundo ad
 20 quæsti. principalem, quod † regula ista non procedit in Legato, uel alio
 ordinario, in quibus nō potest cadere iste concursus gratiarum, de quo
 in regula: etiam propter illam rationem, quam præmissi in præcedenti
 conclusionē, quod isti non possunt concedere ad uacatura: ergo regula
 non posset in istis uerificari.
 V N D E C I M O quæro iuxta 2. 3. & 4. partem regulæ circa præcedentiam
 1 graduatorum, † qui ueniant appellatione graduatorum? Et licet propriè
 illi dicantur gradus, per quos de uno ad alium ascendimus, de quibus
 loquitur Cicero in epistola, quæ incipit, Quod tibi non tam, ante mediū
 ibi, quemadmodum igitur scalarum gradus & c. lib. 6. tamen metapho-
 ricè, siue per similitudinem uti solemus hoc uerbo gradus pro distinctio-
 ne, seu qualitate personarum, illarumque dignitarum, prout exemplifi-
 car Erasmus uir doctissimus in suo libello de copia uerborum cap. 47.
 sub rub. communis omnium graduum uariatio in princ. ibi, Vir magna
 2 doctrina præditus, magis doctus & c. & hoc modo sumēdo † non solū ha-
 bemus gradus in scientijs ac illarū professoribus, sed & in militia & mi-
 litibus. l. 2. C. de offi. magi. offi. ibi, ut is gradus cæteros antecedit, quē sti-
 pedia & c. In Ecclesia etiā sunt gradus. 19. distin. in prin. ibi, quæritur quō
 gradum in Ecclesia detineat. Sunt etiam gradus in magistratibus, & po-
 tentijs temporalibus, de quibus per Doct. in l. 1. ff. de off. eius. Sunt etiā
 gradus Angelorum, & alij infiniti. & gradus effectus est ascensus de mi-
 nori



- nori ad maius, siue distinctio rerum & personarum. In casu igitur nostro gradus intelligitur pro quadam scientiarum, seu doctrinae qualitate, prout etiam interpretatur loquens de hac regula R. D. Sarnen. quaest. 36. de anna. uers. secundo modo. Vnde graduatus dicitur ille, qui habet alium quem gradum in scientia, seu honorem dignioris laurea, puta † Baccalarius, qui efficitur post cursum tot annorum in audiendo, seu studendo praeteritorum. & lectis publice per taliter graduandum tot lectionibus. & talem Baccalarium (quem Hispani corrupto uocabulo Bacchileri uocant) dictum puto à Bacca lauri. nec ethimologia ista inconuenit latinitati, etiam eleganti: cum etiam Virgil. istis uerbis utatur in primo lib. Georgicorum, dicens. Sed tamen & quernas glandes tunc stringere: tempus; Et lauri Baccas. Vnde Baccalaurus potest dici, qui mereatur Baccas ipsius lauri, non autem ipsum laurum, seu lauream coronam, quae reseruat Doctoribus. Et † Licentiatus, qui tunc dicitur, quando praeuio priuato examine habuit licentiam se quandocunque doctorari faciendi, & ad gradum Doctoratus ascendendi, nondum tamen actu ascendit. Roma. cons. 333. quoad primum ante numerum 10. Ang. in §. sed & si quis col. 2. uers. ego indistinctè & c. Instit. de testa. mili. Quid autem de Doctoribus, an ueniant appellatione graduatorum, nunc uidebimus in proxima sequen. quaestio.
- 1 **D** V O D E C I M O igitur quaero, An † sub hoc uerbo Graduati in regula nostra ueniant Doctores? Et uidetur dicendum, quod non, quia Doctoratus non uidetur esse gradus, cum ab eo non possit ascendi, immo sit ultimus ascensus. Nam † Doctorandus ad instar Athletae post trinum examen, trinamque approbationem ad. l. uni. & ibi Bart. not. C. de Athlet. lib. 10. & l. magistros. C. de professoribus & medi. eod. lib. & per Abb. in c. proposuisti col. penul. nume. 13. ad hunc summum honorem promouetur, cum igitur non detur gradus superior, sequitur, quod non ueniat appellatione graduatorum seu graduum. prout in simili solemus dicere de summo Pontificatu, seu Imperio, qui inter gradus dignitatum non connumerantur, tanquam sint super omnes gradus dignitatum. Alex. in. l. prima col. 5. nume. 17. & ibi Ias. col. 1. nume. 4. ff. de offic. eius. hanc quaestionem mouit etiam D. Sarnen. in dicta regula de anna. quaest. 36. nume. 4. & pro fundamento huius opinion. allegat etiam. l. ubi autem. ff. de uer. oblig. credo quod colligat argumentum ibi post princ. quod bono datur melius. & postea ibi, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. quasi ipse uelit inferre, si in superlatiuo existens habet principalem gradum, ergo non datur ulterior gradus. & ultra ipsum facit. l. ut gradatim in princ. ibi, & ut à minoribus ad maiores perueniatur. ff. de muner. & honor. Contrarium teneo, quod inimo regula comprehendat Doctores:

- 3 **D** O C T O R E S: rum quia est fauorabilis, & ubique iuri consona, quod graduati & personae literatae alijs praeferrantur ad tex. in aut. habita, & ibi omnes. c. ne filius, pro pat. c. de multa in fi. & ibi glo. in uer. literatus, ubi etiam Abb. & alij de preb. c. cum in cunctis de electio. Paris. cons. 38. licet & c. nume. 15. & sequen. & cons. 140. in prin. lib. 4. Merito igitur comprehenduntur Doctores in fauorabilibus appellatione graduatorum. Immo tex. in dicta. l. ubi autem, pro parte contraria allegatus retorqueri potest, quod etiam probet, quod in superlatiuo detur etiam gradus quidam principalis gradus: ergo Doctoratus est gradus: ergo & Doctor est uere graduatus. Accedit, quod sicut in fauorabilibus appellatione Doctorum uenit Licentiatus. Bald. in. l. 1. col. 5. uers. Quod si filius non est Doctor. ff. solut. matri. Feli. in c. cum re. col. 1. uer. addatis Bal. de rescr. pari ratione, immo multo magis in fauorabilibus appellatione graduatorum non solum ueniat Baccalarius, & Licentiatus, uerum etiam Doctor. Sed in quantum dixi † Licentiatum in fauorabilibus uenire appellatione Doctorum, uideatur omnino Bald. in. l. penul. ff. de mili. testa. ubi quod non sufficit Potestati, qui tenetur ducere Doctorem, si ducat Licentiatum, per Alex. in. l. si cui pure nume. 2. ff. ad Trebelle. ubi dicit communem opinionem esse, Licentiatum non uenire appellatione Doctoris: ratio est, quia non est futurus talis, infallibiliter. potest enim non Doctorari, uel etiam reprobari. idem concludit Rui. cons. 19. in hac controuersia num. 14. uol. 1. Demum, cum regula magis operari debeat, uel saltem aequaliter, in locis ubi est confecta, quam alibi, & circa personas & res ibi existentes: cum autem in Vrbe, immo, ut puto, in tota Italia non soleant praecedere Doctoratum isti gradus Baccalariatus & Licentiaturae, nisi forsitan inter personas regulares, pro Romanis & alijs Italis istae tres partes regulae inferrentur de uento, & essent superfluae: quod non est dicendum, etiam quoad unam syllabam. l. 1. cum glo. 1. ff. quod me. cau. c. si Romanorum §. item si ideo. ibi, ut quid uel membranas occupant 19. dist. c. solite §. uerum cum glo. in uer. tanquam, de maiestate & obe. & pro praemissis facit optima ratio per statutum Romanum assignata cap. 37. sub rub. quod seruetur ius commune lib. 5. ibi, postquam in hac Vrbe Romana iura ciuilia orta, auctaque sunt, & ad alios populos defluerunt & c. sequitur, quod regula debet taliter interpretari, quod sit communicabilis in omnibus suis partibus: in hac alma Vrbe pro personisque, & beneficijs ibi existentibus, praesertim in fauorabilibus.
- 1 **D** E C I M O T E R T I O quaero cum Glossatore hic, An † Doctorellus uel Doctor indoctus comprehendatur in regula, & gaudeat priuilegijs istius regulae? Et ipse tenet partem negatiuam per rationem, quod † iura loquentia de personis, immo etiam de locis, & rebus debeant intelligi de habitibus,

habilibus, & idoneis. l. ut gradatim. ff. de mune. & hono. l. i. cum glo. r. C. de sacr. sanc. Ecclē. quæ illam dictionem uniuersalem Vnusquisque, restringit ad habilem. facit. l. emancipati cū glo. i. ff. de adoptio. Deci. consi. 171. num. 6. larē Ias. in. l. i. fid. eiusfor. s. Prætor ait. ff. qui satisd. cogan. regula igitur loquens de graduatis, debet intelligi de habilibus & idoneis. Et pro hac opinione faciunt tradita per And. Sicu. in proœm. Clem. col. 14. ubi dicit fuisse decisum in Cu. Rom. tempore Eugenij. 4. quod prærogatiuæ datæ per regulas cancellariæ Doctoribus, non competunt Doctoribus & indoctis, & per eundem cōsi. 57. col. 6. uers. præterea lib. 2. & in c. clerici col. 5. de iudi. Accedit, quod † cessante causa priuilegij, debet cessare priuilegium. l. Titio Seia s. usuras, & ira ibi summat Bart. ff. de leg. 2. l. generaliter s. eos. C. de Episcopis & Cler. Alex. in. l. centurio num. 22. uers. quinto, quia cessante. ff. de uulga. Sic igitur in casu nostro, si propter sciētiam, & doctrinam datur talis prærogatiua, illa cessante debet cessare prærogatiua. Qui uellet contrariam opini. tenere: posset respondere, quod sufficiat quem esse graduatum, & quod etiam graduatus, seu Doctor ignarus gaudeat priuilegijs graduatorū, seu Doctorum per ea, quæ deducit Ant. in c. clerici col. 2. de iud. & ibi Feli. num. 22 & Idem Feli. super rub. de maio. & obe. col. 3. num. 4. ubi etiam dicit dictum Barba. de quo supra, esse falsum. faciunt tradi. per Petrum Leuan. dini in suo tracta. de Doctoribus in 13. quæstio. 1. quæstio. principal. qui plura cumulat pro utraque parte: tandem pro hac opinione concludit & Nico. Boe. de author. magn. cons. num. 99. & sequen. Et summa ratio ne uideatur introductum, seu receptum, quod eo ipso, quod quis est Doctor, seu insignia Doctoratus adeptus est, qualis qualis sit, pro idoneo, seu pro uero Doctore in omnibus habeatur: tum propter præsumptionem talem approbantium, tum propter euidens incoueniens, quod aliter dicendo sequeretur. cuiuslibet enim Doctore doctissimo, & consummatissimo uiro posset opponi dicendo, Tu es inscius, ignarus, seu ignauus, talique gradu indignus. & sic excellens quilibet Doctor post tot dignos labores infelicissimus omnium uiueret, ut in eum etiam ignauissimi homines, immo & mulierculæ insurgerent dicentes, Nec tibi gradus iste conuenit, nec inter peritos connumerandus es.

DECIIMO QUARTO QVÆRO, An † graduatus non exercens, & sic graduatus in potētia, sed nō exercitio, seu actu, gaudeat priuilegijs huius regulæ? Utraq; pars est sustentabilis, & pro-negatiua facit tex. in. l. qui sub prætextu. C. de sacr. sanc. Ecclē. ubi. † Clericus non se exercens in clericatu, uel non seruiens Ecclēsiæ, non gaudet priuilegijs Ecclesiasticis & tex. in. l. semper. s. negotiatores. ff. de iure. immunita. ubi datur immunitas illis negotiatoribus, quando in huiusmodi actu sunt, ut dicit ibi tex. & faciunt

& faciunt not. per Bar. in dicta. l. semper. s. quibusdam in 2. not. ubi quod etiam de collegio existentes, artem non exercentes, non gaudent priuilegijs. Bal. in proœ. ff. nume. 7. col. 2. uers. & prædicta sunt in argumentū, quod non dicatur quis Mercator, nisi gerat artem, licet sit in matricula adscriptus & c. facit tex. in. l. ne quidam. C. de mili. testa. & Instit. eodena. s. illis autem. ubi priuilegia militibus solū competunt in expeditionibus occupatis. Bar. in. l. qui sub prætextu. C. de collegi. lib. 10. Bald. in Aure. habita. C. ne filius pro pat. col. 5. nume. 21. ubi concludit illos haberi pro scholaribus, qui facti & animo sunt scholares. & pro casu nostro facit consi. Roma. 333. quoad primum nume. 10. ibi nec est dubiū eum, qui constitutus est actu in dignitate, potiorē esse illo, qui facultatem habet & c. faciunt trad. per Alex. in. l. centurio num. 20. & seq. ff. de uulg. Dec. consi. 578. uiso. col. 2. nume. 2. Pro parte uerò affirmatiua, quam ueriores puto, facit, quod † priuilegium principaliter concessum dignitati, non autem actui, uel administrationi, non amittitur per non exercitium. l. maximum. & ibi not. Bart. per illum tex. C. de excusat. mun. lib. 10. Bart. in dicta. l. qui sub prætextu. C. de collegi. lib. 10. supra allegat. qui in contrarium potest retorqueri ibi, sed aduerte & c. ubi concludit, quod existens in matricula collegij, donec est in quasi possessione illius iuris priuilegij, debet priuilegio gaudere. faciunt not. per Alex. in dicta. l. centurio nume. 24. uers. ex his. ibi, quia ratio priuilegij fuit notabilis & c. Et pro hac opin. faciunt trad. per Aret. in dicto c. clerici de iudi. ex cuius dictis & distinctione patet solutio ad contraria. cum quo transit ibi Feli. nu. 3. Et in hac materia non esset inutilis illa consideratio Bald. in proœ. ff. num. 7. an quis descriptus in matricula sit solitus exercere, quod præsumitur, ut ibi. & istud dico propter multos, qui occasione honoris, seu alijs graduantur, postea uerò ad alia se diuertunt: unde non uideatur rationabile, quod eisdem priuilegijs gaudeant isti, quibus illi qui noctu, diuque scientijs operam dant. Et ego uidi quosdam dolores non Doctores legum nuncupatos, ita ignauos, inspidos, insulos, etiam prima legum elementa ignorare: immo nec rubricas, nec abreuiaturas legere, & proferre scientes, incedentes tamen uestibus longis, & phaleratis, ut plerisque curialibus, & alijs eis similibus uideantur magni uiri, ut ad eos pro consilijs recipiēdis passim idiotæ consuunt. Vtinā eueniret (secundum adagium) illud malum consilium cōsultori pessimum. est enim locus Euangelio. Si cæcus, cæcū duxerit, ambo in foueam cadent. Sed quod grauius ferendū est, eò res deuenit, ut tales, qui etiam uocari possunt Iustiniani secretarij, cum illius iura nunquam reuelēt, adeo (ut plurimum) fortunati existunt, ut plerisque diuites prælatos sub eorundem protectione habeant, ab illis q; ita extollantur, muneribus q; afficiantur, beneficijs q;

beneficijsq; Ecclesiasticis repleantur, ut incredibile, quinimmo ab-
 num & intolerabile sit. nec mirum si ista temporibus nostris accidant,
 cum & iamdiu eadem in Cur.Ro. & alibi uiderentur, prout nō sine ri-
 su, uel potius dolore, recenser antiquus Doctor Rosse. in suo lib. libello-
 rum sub titulo de constitu. si quis desiderio col. 2. & sequen. ubi rudi ser-
 mone, rudibusq; uersibus, quibus tunc utebantur, pleraq; notatu digna
 adducit contra Aduocatos & Doctores nomine & habitu solum.

- 1 **D E C I M O Q V I N T O** Quæro, † quid importent illa uerba, Inter gradua-
 tos magis graduati? Respondeo, quod possunt intelligi quinque modis.
 Vno, quod existens in gradu superiori præferatur existenti in gradu in-
 feriori: ueluti Doctor Licentiato, & Licentiatus Baccalario. Secūdo mo-
 do, quod inter existentes in eodem gradu præferatur graduatus in ma-
 iori, digniori, uel potiori professione, seu scientia, ut legū, uel canonum
 Doctor Philosopho, uel Medico. Tertio, quod similiter inter eodem gra-
 du existentes, ille præferatur, qui habet plures scientias, seu in pluribus
 scientijs est graduatus, puta in utroque iure Legistæ tantum, uel Cano-
 nistæ solum. Quarto, quod inter æqualiter graduatos ille præferatur, qui
 fuit graduatus à maiorem potestatem habere, ueluti graduatus à Papa,
 uel Imperatore, uel eius autoritate, graduato à Rege, uel inferiori uel
 eius autoritate. Quinto, quod inter existētes in eodem gradu etiā gra-
 duatos in eadē scientia, uel eisdem scientijs, præferatur ualde disciplina-
 tus, uel eminentissimā habens scientiā. Istos quinque intellectus sigilla-
 tim prosequar, ostendens unumquenq; eorū conuenire literæ, & habe-
 re in se rationem, & cōformitatem cū iuribus. Primus igitur intellectus
 satis literæ applaudet, ac habet in se rationem, & cum iure conformita-
 tem. nam ille dicitur magis graduatus, uel magis dignus, qui est in supe-
 riori, uel maiori, seu eminentiori gradu, † & præcedere debet inferiori-
 bus, & minorem autoritatem habentibus. l. 1. post prin. ibi, ut scribat eo
 ordine & c. de Alb. scriben. c. in canonicis ante fi. 19. distinct. glo. in uer.
 præponimus, in c. placuit. 16. distin. c. statuimus uers. & qui maior est or-
 dine. de maio. & obedi. Alex. & alij in l. 1. ff. de offi. eius. Secundus intel-
 lectus similiter procedere potest. nam cum † per scientias Mundus illu-
 minetur, & ignorantia sit tenebra Mūdi, ut patet ad sensum, & fuit di-
 ctum Bal. in Auten. habita. C. ne fil. pro patr. num. 12. in 3. not. & ibi etiam
 per Saly. & inter ipsas scientias, & uirtutes sint & gradus distinctiones,
 seu diuersæ qualitates. ut dixit Baldus in l. sed & milites uers. in tex. ni-
 mium, quod in infamia sunt gradus, quemadmodū in uirtute, & fama.
 ff. de excu. tuto. Syl. de beneficio 3. par. quæst. 6. nume. 19. prout est Theo-
 logia satis diuersa ab alijs scientijs, & omnibus alijs antecedens. Vnde
 merito illius periciam habens, dicatur fulgere, uelut splendor firmamep-
 ti, &

- ti, & dicuntur stellæ in perpetuas eternitates mansurę. est tex. in c. fi. de
 magi. Quem etiam extendo ad Canonistas, qui etiam sciētiam diuinam
 proficētur, immo etiam ex uerbis tex. colligitur. ibi, ad iustitiam ualeant
 plurimos erudire. & Ius Canonicum censeretur esse ius Diuinum. Roma.
 4 in præalleg. consi. 333. ante fi. Et cum tilla scientia dicatur tanto præstan-
 5 tior, quanto subiectū ipsius est nobilior, & propterea unus † graduatus
 in digniori scientia alteri præferatur, per Abb. post Io. And. in dicto c.
 clerici col. 1. nu. 3. uers. & ex hoc, & ibi omnes, Feli. super rub. de maio.
 & obedi. col. 2. in fin. uers. præcedit etiam Canonista Legistam, Legista
 Artistam & c. Syl. de beneficio 3. par. quæstio. 6. nume. 19. & 20. sequitur,
 quod tam inhærendo literæ regulæ, quàm ex optima ratione, quàm de
 omni iure, graduatus in digniori, & utiliori sciētia possit dici magis gra-
 duatus, & alijs præferri debeat. Tertius intellectus consonat literæ, nam
 sicut ditioem, seu magis diuitem appellamus eum, qui habet plures di-
 uitias, seu plures pecunias: & digniorem, qui habet plures dignitates:
 6 ita magis graduatum, qui habet plures gradus. † Quo casu summa ratio-
 ne præcedere debeat propter duplex uinculum ad Docto. in dicto c. cle-
 rici. Rom. in d. consi. 333. nume. 7. uers. quoad secundum. Anchara. in c. 5.
 nume. 5. uers. Vtrum autem Canonista de parroch. & dixit Bald. in l.
 sed & Milites post prin. quod Marchio, & Comes præferatur ei, qui est
 Marchio tantum. Quartus intellectus depēdet ab illa conclusione, quod
 7 † habens gradum, seu dignitatem à Principe, uel aliās à maiore, & di-
 gnior, præferatur alijs, est tex. in l. 2. ibi, qui dignitates Principis iudicio
 cōsecuti sunt. ff. de Alb. scriben. c. si à fede. & c. his qui. de præben. lib. 6.
 latè per Roma. in l. si uerò §. de viro. fallen. 49. ff. solu. matri. c. per tuas,
 & ibi Abb. & Feli. col. 2. qui etiam dat aliquas limitationes. Deci. in d. c.
 clerici de iudi. nume. 5. Boer. Deci. 152. nume. 5. & latius in tracta. de Au-
 thor. mag. consi. nu. 92. uers. item Doctoratus ab Imperatore, ubi etiam
 addi. in uers. ab Imperatore. unde cōuenit literæ hæc interpretatio, cum
 maior dignitas dicatur etiā, & cōsideretur propter maiore autoritatē,
 seu potestatem concedentis, ad supra deducta. Quintus & ultimus intel-
 lectus potest fundari ex tex. in l. sed etiam reprobari. §. si enim. ff. de ex-
 cusat. tur. ibi, ualde ramen disciplinatos, ubi docentes in patria aliena nō
 habent priuilegia propria regulæ, fallit, nisi sit ualde disciplinatus, ut ibi,
 & ibi not. Bal. ubi dicit, quod propter scientiam ualde eminentem ma-
 ior prærogatiua debetur. & propter talem hominem potest recedi à nu-
 8 mero & cōmuni statuto. faciunt not. per eundem super proœm. ff. in fi.
 ubi cōcludit, quod † Doctores egregij, uel milites ualde disciplinati alijs
 præferri debent. faciunt trad. per Barba. in tracta. de præstan. Card. in
 1. quæst. num. 45. in uers. & si quispiam opponat. ubi etiam mouetur per
 rext.

text. in. l. ad bestias. ff. de pœn. qui multum urget pro hac conclusione. ibi enim propter eminent artificium, receditur à dispositione communi, & differt pœnam alias de iure infligendam. faciunt etiam not. per Boer. de Author. mag. consi. nume. 99. Patet igitur quod naturale est, & iuridicum, quod vir eminentis scientiæ præferatur alijs. & iste in effectu potest dici magis graduatus, quasi gradus in eo sit maior, uel potentior, uel ipse magis gradum illum illustret. Vnde merito talis ab omnibus in omnibus præferatur, & anteponatur. & ego uidi Senis Illustrissimum Marchionem Vasti, potentia, & splendore fulgentem, iurium Monarchæ præceptori meo D. Philippo Decio, digniorem in sedendo, & dexteram in deambulando dantem.

- DECI MOS EXTO supra in proxima præcedenti quæst. in 2. membro dixi, quod magis graduatus præfertur minus graduato: exemplificando inter existentes in eodem gradu, sed in diuersa professione, seu scientiæ: modò quæro de pulchro, utili, & in dies practicabili dubio, quis præferatur, † An canonista purus, an purus Theologus? Et uidetur, quod Theologus, pro quo facit illud, quod dixi in præcedenti quæsti. quod scientia tanto præstantior censetur, quanto subiectū est nobilissimum, teste etiam Aristotele. in proœ. de Anima. ubi quod scientia est præstantior altera nobilitate subiecti, & certitudine ipsius scientiæ, seu demonstrationis. Ad
- 2 Theologus, qui græcè θεολογος dicitur, ille est, qui de Deo, seu diuinitate sermonem facit, & ita accipit Cice. in 3. de Natu. Deorum, dum ait, Principio Ioues tres numerant ij, qui Theologi nominantur. & θεολογία est differere de rebus diuinis, & speculatiue Theologicè explicare, & disputare: & ipsa θεολογία ratio est, seu sermo de diuinitate. nemo autem præstantior esse potest illo, qui de Deo differit, ut de se patet, & ponit omnes in c. clerici de iudi. ergo Theologus cuicumque Doctori, seu scientiarum professori præferatur. Et in terminis, quod † Theologus præferatur Canonistæ tenet Deci. in dicto c. clerici col. 4. in prin. nume. 7. uersif. hoc patet in Doctore Theologiæ, qui alios Doctores præcedit, quia ratione subiecti dignior reputatur & c. Idem concludit Nico. Boe. in tract. de ordi. graduum utri. fori. ante si. primæ partis in uer. post canonicos regulares nume. 26. uersif. & inter Doctores, Doctor in Theologia præfertur Canonistæ, & Legistæ: & hoc dicit tenere omnes. Si igitur præcedit Canonistæ, & Legistæ simul, à fortiori soli Canonistæ. Idem etiam uidetur dicendum conferendo inter se Theologum mixtum, & Canonistam mixtum. & sic etiam Theologus Philosophus præferatur Canonistæ, & Legistæ, arguendo similiter à subiecto utriusque, † Philosophia enim mater est omnium artium, ac donū, & inuentum diuinum. Cice. 1. Tuscula. & est medicina animi. Idem Cice. in 3. Tuscula. & idem Cice. in Pisonem

Pisonem, Philosophia uirtutis continet & officij, & benemerendi disciplinam, quam qui proficetur, grauissimam mihi sustinere personam uideatur. & in 2. de Offi. dixit, Philosophia nec quicquam aliud est, si interpretari uelis, quàm studium sapientiæ. & hæc teste eodem Cice. in 1. de Orato. distributa est in tres partes, in Naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam, atque mores. patet igitur, quod omnia bona in se continet. Philosophus igitur omnibus, præterquam Theologis ipsis præferendus esse uidetur. & dicit tex. in. l. i. ff. de uar. & extraor. cogni. §. an Philosophi, Philosophiam religiosam rem esse, Philosophosq; hoc primum profiteri oportere, mercenariam operam spernere. ò felices igitur Philosophos, qui ab illecebris, ab improbo amore, & à sacra fame auri, non torquentur, nec uexantur. Alij uerò professores operam, & Intentionem (ut plurimum) ad mercedem, mercenariumq; quæstum dirigunt. Et ego audiui sæpissime præceptorem meum iurium Monarcham D. Philippum Decium, dum minus solito ad eum legentem, uel consulentem pecuniæ confluere, cantare carmen illud, In steriles campos, nolunt iuga ferre iuueni. Insuper Legista habet partem Philosophiæ uidelicet moralem, & ita intellexit tex. in. l. i. ff. de Iust. & iu. ibi, uerā nisi fallor Philosophiam & c. Bal. in 2. lectu. uersif. subiectum est homo. si igitur Legista habet unam ex partibus Philosophiæ, maior, & potentior iudicari debet, qui habet totam philosophiam. nam etiam iuxta naturalem propositionem, omne totū est maius sua parte. Euclides in 9. animi concep. lib. 1. Potentior igitur, & nobilior erit Philosophus integer, & Philosophus uerus, quàm Philosophus pro parte, seu ad instar, uel ad similitudinem. Contrarium in utroque casu ego teneo, & primo, quod Canonista purus præferendus sit ad effectum nostræ regulæ, & in quibuscunq; prouisionibus beneficiorum, immo etiam in quibuscunq; actibus regulariter probatur, nam ille pluris extimandus, & reputandus est, qui pluribus prodest, unde Gentiles Iouem, quem Deum credidere, à iuuando dictum existimarunt. & nos habemus pulchrum adagium, Homini homo Deus: quasi ille sit uerus homo, Deoq; similis, qui homines iuuat. Arguo igitur sic, qui utilior est, & magis proficiuus hominibus, & Mūdo, excellentior, & præclarior alijs ceteri debet. Canonista est talis, & Theologo utilior. ergo Canonista præferendus est. Minorem probo: Theologus solum iuuat ad hæreses extirpandas, & ad prædicandum: leges autem diuinas pro personis ecclesiasticis regēdis, & gubernādis ignorat, iurisdictionemq; Ecclesiasticā exercere non scit. Sed Canonista scit iussa, & mādāta Ecclesiastica, populos ordinare, & regere nouit, quid circa excessus, & præmia Ecclesiasticorum, regularium, & monialium, & aliorū conueniat, proficetur: nec sibi deesse solet modus, & facultas prædicandi uerbum

di uerbum diuinum, ac infideles conuincendi, & ad fidem reducendi; ergo Canonista potior est, & utilior. Omitto, quod Theologia magis consistit in spiritu, & reuelatione, quàm in studijs, seu scientiarum professione: pauci autem sunt hodie tales Theologi. Non omitto tamen, quod cohortes, & turbæ profitentium, seu uerius profiteri se simulantium Theologiam sãpissime, uel quia ostentant, seu iactitant se sapere plusquam oporteat sapere contra Apostolum, uel ex alijs eorum chimeris iam damnati fuere à sacrosancta Ecclesia, prout Sabellius, Arrius, Nestorius, Pegasus, & tot alij cū suis sectis, de quibus in c. quidam autem 24. quæst. 3. & in dies damnantur pro hæreticis. Et sæpe etiam uidemus apud templum olim Mineruæ, nunc Deo, & Deiparæ dicatū, priores Theologiæ magistros, seu professores pro perfidis & inhumanissimis pronunciari. Verùm ad ista responderi posset, quod nõ obstant. isti. n. & similes nõ sunt ueri Theologi, sed cachodemones & hæresiarchæ, & talis nominis Theologi indigni. Non per hoc tamen à mea opin. recedo pro Canonista. Nec dicat quis, Canonista non habet subiectum ita nobile: male enim loqueretur. Canonistæ enim scientia uersatur, ut prædixi, in cognitione præceptorum, & mandatorum Dei, & eius Vicarij, rursum, & in administratione, interpretatione, iurisdictione Ecclesiastica, & in explanatione, immo & executione uoluntatis diuinæ. Et ad scopum ipsum deueniendo, † Canonista præfertur Theologo in adreptione Episcopatum, dignitatum & in consequentiam pari ratione aliorum beneficiorum. & ista sit regula, quæ fallit in uno casu tantū, uidelicet si Episcopatus esset in partibus infidelium, & consistat magis in spiritualitate, quàm iurisdictione, & causarum uentilatione, omnia ista concludit Hostien. in c. 1. de consan. & affi. col. 2. super uer. discretos, ubi pulchrè loquitur respondens ad contraria. & cū eo transeunt ibi Card. ante numerum 6. Anchara. num. 7. usque in fi. & Abb. col. 2. num. 9. uerfi. hinc sumpta occasione. Idem etiam concludit Abb. in c. licet col. 1. post medium ante numerum 6. & idem Abb. in c. tuæ fraternitatis ante numerum 6. concludit idem in quacunq; prælatura: & hanc dicit esse communem opin. cui magis est credendum, quàm Nic. Boe. supra alle. contrarium attestanti. Idem etiam tenet Ludo. Roma. consi. 333. quoad primum ante fi. Lamberti. in tracta. iuris patro. 12. arti. 5. quæstio. 3. par. 2. lib. uerfi. dubitatur adhuc fol. mihi. 360. col. 1. post prin. Feli. in præalle. c. clerici de iudi. nume. 5. & idem Feli. in consi. nouiter impresis consi. 18. stante consuetudine nume. 8. & seq. ubi notabiliter loquitur: subdens, quod tempore compilationum canonum, per quæ dantur priuilegia studentibus, non creuerat scientia Iuris Canonici in tantum augmentum: sed hodie Ecclesia uniuersalis nõ posset sufficienti ordine regi sine iure Canonico,

nonico: postea approbat opin. Hostien. de qua supra, ea præsertim ratione, quod scientia Iuris Canonici tendat de directo ad regimen animarum. Quò uerò ad secundum membrū, quod † Legistæ præferantur Philosophis, omnino concludendum est. subiectum enim nobilius est, horumque professio mundo utilior. † Leges enim sacratissimæ sunt, omnium hominum uitas cõstringentes. l. leges sacratissimæ. C. de legi. l. 1. §. proinde. ibi, est enim quidem res sanctissima, ciuili sapientia & c. ff. de uar. & extra. cogni. Auten. habita. ibi, & maxime diuinarum, atque humanarum legum professoribus: & ibi, quorum scientia Mundus illuminatur, & ad obediendum Deo & c. C. ne fil. pro patre. & Iuris prudentia est Diuinarū humanarumque rerum notitia, iusti, atque iniusti scientia. l. iustitia. ff. de Iusti. & iur. & quod tractet etiã de rebus diuinis aperte apparet ex titulo. C. de sum. trini. & fi. catho. C. de sacro. Eccle. C. de Epi. & cleric. C. de hære. C. ne Christi. manci. hære. uel paga. & in Auten. in multis titulis. prout etiã ad hunc finē no. glo. in uer. notitia in præalle. l. iustitia. Circa hæc autem Philosophia nõ uersatur, nec in se quasi quicquam habet, quod ad fidem nostram attineat, nec per tales scientias ad CHRISTVM DEVM peruenimus. Immo ut plurimum ab eo, & à fide discedimus: talesque professores plerunque in uanitate, & obscuritate sensus ambulant. c. non ne nobis c. omnem uim. cum seq. 37. distin. Et quod Legista in assecutione beneficiorum, & in alijs actibus Philosopho, seu Artistæ præferri debeat, firmat Rom. in præalle. consi. 333. quoad primum in fi. Abb. in præalle. c. clerici de iudi. col. 1. uerfi. sed Doctores legum debet præcedere Doctores artium, & Medicinæ: quia eorum scientia est nobilior ratione subiecti & c. Feli. super rub. de maio. & obedi. col. 2. ante fi. ibi Legista Artistam. Nico. Boe. in tracta. de ordi. grad. utri. fori. par. 1. col. antepenult. nume. 26. ibi & Legista Doctori artium, & Medicinæ. Sequitur igitur ex omnibus præmissis, quod si Canonista regulariter præfertur Theologo, & Legista etiam purus semper Philosopho puro: ergo Canonista & Legista præferri debet Theologo, & Philosopho. Quam cõclusionem non solum ueram teneo in Episcopatibus, & prælaturis consequendis, adipiscendis, & tenendis, sed in omnibus, & quibuscunq; beneficijs: & non solum in rebus Ecclesiasticis, immo & in officiis, & omnibus actionibus, & præcedentiis. ne quis mireretur, non enim Philosophi, non Theologi hodie regunt, & gubernant. hi sunt suis contemplationibus, suisque solitudinibus contenti: Canonistis autem, qui etiam Legistæ sunt, omnis Reipublicæ cura, omne dignū ministerium, omne Imperium demandetur. isti sunt ueri Philosophi, isti ueri Theologi, isti in omnibus diuini, diuina tractantes, diuina gubernantes, diuina & arcana declarantes, & aperientes. Quid plura?

non ne uideamus summū ipsum Pontificem Iulium tertium per gradus legum, & canonum Deo annuente ad apicem Apostolicum ascendisse. tali que, ac tanta integritate, prouidentia, ac sapientia humana, & diuina curare & ministrare, ut in eo non solum dogmata Platonis, & Aristotelis, immo illius Academicorum, & utriusque Peripateticorum, & alterius sectæ Stoicorum intueamur: immo omnes alias scientias, ut nihil amplius in eo desiderari possit.

DE C I M O S E P T I M O **Q**UÆRO IBI, Aut inter æqualiter graduatos prius graduati: An ista quarta pars regulæ sit rationi, & iuri consona, & in consequentiam sit fauorabilis? Et uidetur negatiuè responderi debere. immo, quod attendi solum debeat, quis præualeat in illa scientia, in qua sunt graduati ad supra deducta. & quod debent attendi merita uirtutis, seu qualitates personarum, non autem prioritas in tempore c. Episcoporum cum glo. in fin. quæ residet meliorem semper præferendum etiam posteriorem. 74. distin. facit tex. in c. fi. in fi. 40. distin. ibi, quoniam non qui maior fuerit in honore & c. ubi attenditur, quis sit iustior. & ibi glo. si. dicit, quod uitæ melioris actio comprobatur. Accedit, quod in fortioribus terminis plures concluderunt, quod Iuuenis, etiam scholaris, maior scientia præfertur Doctore per tex. in l. i. in prin. ubi deciditur, non tam attendi titulos dignitatum, quam singulorum merita: & ibi glo. i. infert ad scholares optimos. facit c. uilissimus. i. q. i. in prin. ubi solum attenditur, quis sit præstantior. facit etiam tex. in §. ordinatione in Auten. de Monac. collat. i. ibi, non enim exonerandum est omnino tempus, & ex eo ordo etc. ubi deciditur, quod Monachus non eo ipso, quod est senior eligendus est in Abbatem: sed is, qui optimus apparuerit. per quem tex. alias ego dicebam in electione Abbatis Religionis Celestinorum, cuius ego diu fui, et sum aduocatus, Magistrum Iacobum Alesinum, quæsi omnibus aliis iuniorem, sed Virū alioquin optimum, ac excellentem Theologum, et in mathematicis, et aliis scientiis peritissimum posse, et debere omnibus aliis patribus etiam antiquis, et præstantibus præferri. Unde merito nemine penitus discrepante, Deo annuente, et uirtutibus, et meritis suffragantibus, ipse electus fuit in Abbatem generalē. Reduendo dico, quod tex. ille pro hac opinione uidetur satis urgere, & glo. ibi posita in uerbo tempus not. pro nouis Doctoribus. & faciunt tradita per Alex. in l. cum quid num. 4. uers. intelligas uerum esse, nisi iuniores uirtute, & probitate excederent antiquiores & c. ff. si cer. pet. Insuper adducitur dictum illud, † Quanto iuniores, tanto perspicaciores, de quo per glo. in l. Gallus in prin. in uer. si filius in fi. ff. de libe. & posthu. quæ mouetur auctoritate Prisciani. melius fecisset allegare Aristotelē in Problematibus, ubi dicit Iuuenem esse perspicacioris ingenij senibus. poterat

terat etiam allegare eundem, lib. 2. Politicorum, ubi dicit, Verusta autem plerunq; rudiora sunt nouis. Contraria opinio est tenenda, quod immo regula sit rationabilis, & iuri consona: tum quia seniores, & antiquiores sunt maioris auctoritatis, & iunioribus præferendi. l. semper in princ. ff. de iure immunita. c. Paulus dicit, seniore ne increpaueris. 2. q. 7. late per Roma. in l. si uerò §. de uiro in 53. fallen. nume. 86. & 87. ff. solu. matri. qui infinita cumulat in fauorem senium, & senectutis, & antiquorū. latissime per Barthol. Cepol. in tract. de imper. mili. deligen. in primo cap. post princ. Et prius ordinatus præcedit. c. fi. 17. distin. & quod inter habentes eandem dignitatem præferri debeat, qui est prius dignitatem adeptus, est tex. in l. i. ibi, antiquissimus quisq; ff. de albo scriben. & in l. i. C. de cens. lib. 12. in terminis nostris de præcedentia Doctorum antiquorum prius graduatorum. l. fi. & ibi Bar. C. de tyronibus lib. 12. Alex. & Ias. in l. cum quid. ff. si certum petatur nume. 36. & seq. Abb. Felin. & alij in dicto c. clerici de iudi. optimè per præceptorem meum D. Philip. Dec. consi. 161. pro. d. præposito. post prin. uers. secundo. d. præpositus antiquior est in dignitate & c. & late per Nic. Boe. in tracta. de auth. mag. consi. nu. 90. uers. sed inter Doctores & c. & per eundem in tracta. de ord. graduum in. i. par. nume. 30. & 31. præfertim ibi, ista tamē est uerior, quod scholaris excellens scientia, non præcedat Doctorem & c. Et omnia adducta pro contraria parte tolluntur unico uerbo, quia non loquuntur cæteris paribus, prout regula nostra. immo etiam de iure ista quæsti. debet resolui cæteris paribus, prout etiam dicit Deci. in. d. c. clerici nume. 12. in 8. regula. ibi, quæ habet, quod Doctor antiquior præferatur, ut patet ex supra dictis, intelligitur cæteris paribus, alias secus & c. Et ex supra deductis elicitur ratio, quare prius graduati sint præferendi: quæ est, quod antiquior præsumitur melius scire & c. & quia diutius inuigilauit: & ille, qui diutius rexit dignitatem, præsumitur habere pleniorē notitiā omnium, unde merito à iure, & regula nostra talibus maior fauor præstatur. Prædicta autem conclusio, quod Doctor antiquior præferatur iuniori, intelligenda est, non de antiquiori in ætate, sed qui prius sit in dignitate, & prius sit graduatus, prout elicitur ex supra allegatis, & not. Ancha. in c. i. de Paroch. in 4. nota. ubi etiam assignat rationem, de qua supra & per Deci. in præalle. consi. 161. pro. d. præposito ante numerum secundum, ibi, & antiquior intelligitur nō in ætate sed gradu, & dignitate. Rui. consi. 19. In hac controuerfia col. 3. num. 97. ubi plura adducit uol. i.

DE C I M O O C T A V O **S**ubsequenter, cum probatum sit in calce proxime præcedētis quæsti. regulam intelligi debere de antiquiori in gradu, non autem ætate: quæro modo, quo sunt æqualiter graduati eodem tempore, uel

1 re, uel non apparet quis prius, uel posterius, † an ætate maior sit alteri in assecutione beneficiorum præferendus? Possent aliqua in præcedenti quæst. allega. pro decisione huius dubij pro & cōtrā adduci: pro pleniori tamē discussione ad partes arguam. Et quia casus iste in regula nostra est omissus, remanet in dispositione iuris cōmunis. l. cōmodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si cum dorem in prin. ff. solut. matri. l. si extraneus. ff. de condi. ob. cau. recurrendum igitur est ad iura ipsa. † Senior in custodiendis tabulis testamenti præfertur. l. si. ff. de fi. instru. & in multis aliis, de quibus per Archidia. in c. Domino sancto nume. 6. uers. in ea glo. in si. ubi enumerat decem priuilegia senectuti competentia. 50. distinct. plura enumerat Ludo. Roma. in. l. si uero. §. de uiro nume. 86. et seq. uers. quinquagesima tertia fallentia est propter antiquitatem. ff. solu. marr. et Barthio. Cæpo. in loco in præcedenti. q. allegato. Et in summa † Seniores semper aliis sunt præferēdi, aliisque anteponendi. l. semper. post prin. ff. de iu. immu. ubi quod Ciuitas Romana eundem honorem senibus, quem Magistralibus tribuebat. Ad quem tex. uellem aduertere nostros Moder nos Romanos, qui (ut plurimū) pro regēda Rep. etiam pro quibuscunq; actibus publicis, et priuatis diuites iuuenes etiam ignaros, senioribus, & prudētioribus anteponūt. anteponant iuuenes in his, quæ fortitudinem corporis cōcernunt: ubi uerò prudētia opus est, senes eligant iuxta sententiam Bionis Borysthenitis Philosophi, de qua per Diogenem Laerr. in illius uita col. 3. Et qui, cæteris paribus, maior ætate præferri debeat, uideatur Caro. Rui. consi. 19. in hac controuersia in princ. uol. 1. In terminis autem nostris, quod † Senior in beneficijs assequendis præferatur, concludit Bal. consi. 167. ordinatio testamenti in si. loquens super hospitale uol. 4. And. Barba. consi. 23. scripsit Propheta col. si. uol. 1. Roc. Cur. de iur. patro. in uer. honorificum in 15. quæsti. in uer. comprobo etiam hanc conclusionem. Lamberti. in eodem tracta. de iur. patro. 13. arti. 5. quæsti. 3. par. 2. lib. fol. mihi. 360. col. 1. in uer. quid autem. Contrariæ opin. ego adharerem, nec unquam per tempus, quo causas tractaui, uidi inter prælationes super beneficijs haberi in consideratione, an quis sit senior, uel non. Contraria igitur primo loco adducta procedant in terminis suis, in quibus loquuntur, uidelicet in præcedentijs administrandi temporalia, & circa alia profana: alia uerò, quæ adducta sunt pro beneficijs assequendis procedant, quando est locus gratificationi, uel quando tractamus, an unus magis alio præsentandus sit, an instituendus, quod etiam non procederet sine difficultate: uel ponamus casum, quod ordinarius habeat conferre beneficium, in dubio melius faciet, cæteris paribus, de illo providere seniori. At quod inter concurrētes, expectantes, uel impetrantes eodem die, & ubi disputatur super cōcurrentia in beneficijs

ætas

ætas sola quem excludat uel præferat, hoc iure cautum non inueni. Si igitur iura & regula nostra non dixerunt, nec nos dicere debemus: & bene sciuissef Papa in regula nostra addere duo uerba, si aliud uoluisset, dicendo post uerba, Prius graduati, uel seniores seu ætate maiores. Immo cū iura Canonica præfixerint, & limitauerint certam ætatem pro ordinibus suscipiendis, ac pro beneficijs obtinendis toto titulo de æta. & quali. præfici. & eo. titulo lib. 6. & in cle. & in c. cū in cunctis de electio. & in plerisque alijs locis, & super canonicatibus habemus regulam infra nume. 18. eo ipso quod quis excedit ætatem à iure præfixam, illum ita habilem crediderim, ac si esset ætatis centum annorum. Insuper si excessus in ætate in casu proposito considerandus esset, ergo quilibet excessus, ergo maior natu per menses immo per diem præcederet alteri in beneficijs, quod absonū esset dicere. Et si quis objiciat hoc nō incōuenire, quia similiter dicendū esset de prius graduato, quod graduatus per diem ante in beneficijs alteri præferatur, de quo in proxima

5 seq. quæst. quia hoc etiā dato, licet rigorosum uideretur, tamē † Lex dura seruanda est. l. prospexit. ibi, quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est. ff. qui & à quibus. Feli. in c. si quando nume. 11. col. 7. uers. circa rationem legis de rescr. Deci. consi. 37. num. 4. 452. in si. & 465. in si. licet igitur aliter dispositum esset in præcedētia graduatorū circa prius, uel posterius, hoc nō est trahendum ad casus non expressos. Et pro hac opin. & pro solutione contrariorum facient ea, quæ adducam super ultima par. regulæ, dum ponderabo illa uerba, In reliquis.

1 DECIMONONO quæro, † an si inter graduatos concurrentes modicum tempus in assumptione gradus intercesserit, puta unius horæ, uel unius diei, sit locus regulæ, in tantum, quod per horam, uel per diem, prius graduatus, cæteris paribus, alteri in beneficio præferri debeat? Pro

2 parte negatiua facit, quod † Modicum non est in consideratione, sed pro nihilo habetur. l. Seio. ff. de in inte. resti. l. si oletum in si. ff. de dolo. c. licet causam in uerbo. modica uel nulla. de probatio. & faciunt ea, quæ latè cumulat Anto. Corse. in tracta. de minimis. per Paris. consi. 4. lib. 4. nu. 31. & latius consi. 165. præsertim nume. 14. eo. lib. 4. ubi etiam quod leuis febris, uulnuscolum, parua offensa, & parua iniuria nō sunt in consideratione. Et in terminis nostris, quod † modicum tempus pro non tempore habeatur est tex. in. l. Titius. §. Lucius. ubi natus parum post testamentum habetur pro non nato. ff. de lib. & posthu. & in. l. si debitori. ibi; neque enim magnum damnum est in mora modici temporis. ff. de iudi. facit glo. penul. in c. tenere 31. distinct. ubi quod duo dies nulli reputantur propter paucitatem. Ias. in. l. eum qui calendis. §. quocies ante si. nume. 7. ubi, quod etiam interpellatio hominis nō constituit debitorem in mora

ad un-

ad unguem, sed debet continere aliquod spatium moderati temporis. ff. de uer. oblig. sequitur igitur, quod modicum tempus unius diei, & multo magis unius horæ, non debeat esse in consideratione. Secundo pro hac parte facit, quod proximus cingi habetur pro cincto uulgi. l. penul. ff. de mil. testa. & ibi dicit Bald. quod potentia propinqua actui reputatur pro actu. l. qui in utero. ff. de stat. homi. ubi, qui in utero est, habetur pro nato. l. & si non. §. quid ergo. ff. de aur. & argen. lega. appellatione argenti facti uenit cœptum fabricari. Rot. Bisigne. 17. Quidam patronus de præben. in antiquior. col. 1. quæ est eadem in antiq. 544. incipiens similiter quidam patronus. Latè per Felin. in c. eam te col. 14. & seq. in uer. erat iste electus, & in c. cum adeo nume. 4. in uer. contrariam partem de rescri. Deci. consi. 327. uiso casu col. 1. in fi. & consi. 540. quæritur in effectu nume. 13. Iste igitur per diem postea doctoratus, cum pro Doctore haberi deberet, erat similis iam Doctore existenti. ergo inter eos similes, nulla prioritas, uel præcedentia propterea considerari potest. Tertio, cum ratio coniecturanda sit in statuto, uel dispositione glo. communiter approbata in. l. tale pactum in uer. per exceptionem in fi. ff. de pac. Abb. consi. 1. ante numerum 7. & 75. primo est uidendum uolu. 1. col. 3. ante si. ubi, quod licet in lege ratio non exprimat, tamen illa coniecturanda est, quæ potuit mouere iustum, & sapientem Principem. & idem Abb. consi. 79. uidetur primo, uol. 2. col. 2. uerfi. ex quo ergo uerba & c. dicendum est, quod ratio, quæ in hac parte regulæ considerari potest, quod prius graduatus præferatur, unica tantum reddi potest, quæ est, quod si hodie concurrant duo graduati, & unus nuper sit graduatus alter iam diu: hic præsumitur magis literatus, ac doctior in illa scientia: & sic qui per longius tempus studeerit, plus scire, & qui breuiori tempore minus intelligere. Cum autem de iure Doctus indocto in Ecclesia Dei & in assecutione beneficiorum præferendus sit. c. cum in cunctis post princ. ibi, & literarum scientia. de electio. c. nisi cum pridem uerfi. pro defectu quoque scientiæ de renunciati. c. de multa ante si. §. circa sublimes tamè & literatas personas de præben. c. si. de magi. c. cum ex eo. §. r. ibi, quæ ad sui regimen uiris literatis permaximè noscitur indigere. de electio. lib. 6. & est uulgare dictum, Ecclesiam indigere hominibus literatis, & non asinis ferratis: licet aliquando contrarium seruari uideatur. eodem modo doctior docto præferri debeat. Cum autem (ut dixi) iste prius graduatus fuerit, à communiter accidētibus doctior reputari deberet eo, qui breuiori tempore studuerit: merito regula prius graduatum prætulit. intelligendo sanè, quod inter istos successiuè graduatos tantum tempus intercesserit, quod præsumi possit studium unius longius altero: at in casu proposito unus dies, uel una hora solum interce-

dit: nemo

dit: nemo autem præsumere poterit per ita modicum tempus, magnam scientiam acquiri posse. cessante igitur præsumptione, seu ratione regulæ, eius dispositio cessare debet uulgi. l. adigere. §. quæ uis. ff. de iur. patro. c. cum cessante de appellat. Immo quando ratio unica tantum reddi, seu excogitari potest, illa pro expressa habetur. l. 2. ff. de lib. & posthu. l. milites agrum. ff. de mil. test. a. Bal. in. l. maximum uitium col. 3. c. de libe. præte. & in. l. quamuis. C. de fideicom. Abb. in præalleg. consi. 75. col. 3. nume. 7. uol. 1. Alex. in. l. mutum col. 3. post prin. uerfi. non ob. dicta. l. omnem & c. ff. de acqui. hære. Felin. in c. translato in fi. de consitu. & in c. i. quando col. 8. uerfi. cōsidera tertio. de rescri. Cur. Iuni. consi. 6. circa has qua tuor col. 1. in fi. si igitur ratio prædicta habetur pro expressa, sumus in claris, quod non concurrente uerisimili, seu præsumptiuæ notabili differentia inter istos duos graduatos, unus alteri præferri non debeat, cum prælatio non detur inter æquales, sed inter inæquales per ueritatem, uel per iuris fictionem, seu præsumptionem. Quarto ualidum est argumentum ab eo, quod interrogatus quis uerisimiliter respondisset. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. glo. si. in. l. tale pactum. ff. de pactis, quam not. Bald. extendens ad omnem materiam. Deci. consi. 7. & pro tenui col. fi. ante nu. 7. & consi. 89. uiso puncto col. 2. post medium uerfi. & uoluntas testatoris debet interpretari, prout uerisimiliter testator, si interrogatus fuisset, respondisset. sed si princeps interrogatus fuisset, an inter aliàs æqualiter graduatos, differēs tamè in susceptione gradus per diem, uel horam, uoluerit prælationibus propter istam temporis modicitatem loci esse: uerisimiliter pro parte negatiua respondisset. Prædicta opin. uidetur iuridica, & æqua. Qui tamen uellet contrariam tenere, inhærendo uerbis regulæ respondere posset, quod uerba sunt clara: & dummodo detur prius, & posterius in graduum susceptione loci fore regulæ. nec est hoc nouum in prælationibus, etiam quoad beneficia, considerari quodlibet temporis spacium. Videmus enim quod prius impetrās, uel prius præsentans, seu prius receptus, cæteris paribus, est potior. c. duobus de rescri. lib. 6. Rot. 223. no. quod in casu & 402. no. si unus ex duobus in antiq. & 100. si unus: & 106. gratiæ in forma in no. Gemina. consi. 34. Videmus etiam prioritatem non solum unius diei, sed & unius horæ in obligationibus, instrumentis, testamētis, & aliis actibus profanis, ac etiam in rebus ipsiis beneficialibus, ac in rescriptis, collationibus, & aliis ponderari. l. si ex pluribus. §. Lucius cum glo. in uer. die, quæ exponit uarijs horis. & glo. si. ff. de solutio. c. capitulum de rescri. ubi etiam Bal. loquens de duabus cōcessionibus factis à Papa eadem die, de feudō, pōderans præferri ratione horæ; immo etiam puncti, uolens quod idem opere tur punctus, quod præuentio. & sequitur ibi Felinus ante numerum. 19.

E E in uer.

in uer. de concursu duorum c. si à sede cum glo. in uer. nec appareat. de præben. lib. 6. Bal. in l. Imperator la prima, in. l. lectu. col. 3. nume. 4. uerfi. & no. quod ratione horæ unum instrumētum dicitur prius & c. ff. de sta. homi. & idem Feli. in c. pastoralis col. 3. in uer. ratione unius horæ de rescri. ubi plura cumulat. Cassado. 20. de præben. in prin. Deci. consi. 169. & pro tenui nume. 6. Iaf. in. l. 1. nume. 4. ff. solut. matri. sufficiat igitur legem ita scriptam esse, ad. l. prospexit. ff. qui & à qui. unde toties regulæ nota stræ sit locus quotiens prioritati locus esse possit. Accedit, quod † pars una constitutionis alteram declarat. l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. l. qui filiabus in prin. ff. de lega. 1. Abb. consi. 36. col. ult. uol. 1. ante nume. 4. Sed in ult. par. huius regulæ habemus similem prioritatem in alio casu, uidelicet in præsentatione literarum. & prioritas huiusmodi in præsentando procedit, & uerificatur etiam per diem, uel per horam, ut supra probatur est. ergo ex interpretatione illius par. ult. resultat similis interpretatio huius partis, super qua nunc insistimus; & declaratio huius

12 par. regularer secundū declarationem illius ultimæ. † Præter minimum quodlibet, est in consideratione, quādo sumus in concessione, seu dispositione secundum ius commune, seu agitur de iure cōmuni. l. 1. §. illud nō interest. ff. de coniu. cum emanci. libe. l. si proprietatibus in si. primi responsi ibi, eadem erunt, ergo & si minimū. damni detur, ff. de dam. infe. & ibi Bar. nume. 2. uerfi. sed dic, aut agitur de iure communi, & regulariter de minimis curatur. Bart. in. l. scio post prin. ff. de in te. resti. Bald. in c. cum adeo de rescr. Anto. Corset. in præalleg. tracta. de minimis ante si. ibi, Aut sumus in his, quæ conceduntur secundum ius commune & c. In casu autem nostro utrunque dici potest, & quod simus in dispositione iuris, & quod sit cōformis alijs iuribus; unde quamuis minimum tempus debet considerari. Ex proximè deductis respondetur ad primum motiuum in contrarium factum, quod de minimis non sit curandum. Ad secundum, quod † destinatum habeatur pro facto, respondere potest, quod iura contraria præsupponunt aliquid factum fuisse pro demonstratione, seu præsumptione actus sequentis, ueluti pannus erat incisus pro conficienda ueste, seu erat à texendo, seu à globo remotus. l. uestimentum, & l. sequen. & ibi glo. & Bart. ff. de auro & argento lega. l. librorum. §. quid igitur uerfi. sed nec cœpti. ff. de lega. 3. Alexan. in. l. à Diuo Pio. §. si. col. penul. uerfi. illud est nota. uerbum. ff. de re. iudi. At in casu proposito negari potest, quod iam deuentum esset ad actus iudicatuos, seu demonstratiuos futuri facti. Insuper ubi requiritur facti essentia, nō sufficit destinatio, & † denominatio sumitur ab eo, quod est, non ab eo quod erit. Bal. in. l. si nondum nume. 2. C. de fur. inducens ad quæst. si ciuitas interficiat electum, quod nō censetur interficisse

fecisse Episcopum. & ibi And. Barba. in addi. in uer. si ciuitas. plura cumulat de priuilegio dato dignitari Episcopali, quod nō censetur concessum electo, & confirmato, cum adhuc non sit Episcopus. & quod licentiatu non habeatur pro Doctore Bal. in c. quidam per illum tex. de renunci. Iaf. in. l. quamuis C. de inoffi. testa. nu. 2. & seq. ubi etiam quod scholaris licentiatu etiam habilitatus ad Doctoratum nō uenit appellatione Doctoris. & faciūt trad. per Alber. Bru. in tract. de muta. & transfor. conclu. 6. nume. 14. & ante & post. ubi plura ad rem nostram cumulat. Ad tertium motiuum de unicitate rationis supra considerata, negari potest, quod illa, uel saltem sola, fuerit ratio: immo potior ratio uideretur fuisse dignitas, seu excellentia, uel præminetia ipsius gradus unde ex eo tempore cōputatio fieri debeat, ex quo quis in numeros relatus sit, & non ante, iuxta tex. nora. in. l. ex e o tempore. ff. de mil. testa. Feli. in c. cum adeo col. 2. in uer. contrariam partem de rescrip. Syl. de beneficio quæst. 6. 3. par. nume. 5. uerfi. nunc soluendo. Insuper respondere possum; quod melius est inhære literæ; & dispositioni, quàm ire per subtilitates, coniecturando uoluntatem alterius. ad Bald. in. l. precibus col. 6. nume. 23. uerfi. dixi ergo. C. de impube. qui adducit Aristote. in. 1. Ethico. quod ignorantes, sicut longè distantes, speculantur. & ita ad rem nostram respōdet Deci. in præallega. consi. 89. uiso puncto ante numerū 2: & col. penul. post prin. uerfi. tertio allegata in contrarium & c. Similiter ad quartum fundamentum respondere possumus, negando quod Princeps id respondisset interrogatus. Insuper ad hoc respondet Deci. in alleg. consi. 89. col. penul. uerfi. nō ob. quod si testator de hoc casu interrogatus fuisset, uerisimiliter idem respondisset: quia hoc est uerum, quando aliquid fuit expressum, ex quo illa uoluntas testatoris deprehendebatur, per ea, quæ not. Bald. in. l. uni. ante si. uerfi. tu dic. C. de his, qui an. aper. tabu.

VIGESIMO QUÆRO iuxta quintam partem regulæ uolentem possessores, non possessoribus præferri, † An sit rationi, & iuri consona? & quis sit eius intellectus? Et quoad primum, uidetur negativè respōdendum esse, quia † in beneficijs & rebus Diuinis nō debet attendi possessio, sed melius ius, & melior titulus, & Canonica institutio. c. 1. & 2. de regu. iur. lib. 6. Rot. 7. nota. quod ubi agitur, & 56. no. quod ubi aliquis in antiq. & possessorium ipsum causæ spiritualis non est spirituale, glo. penul. ante si. uerfi. & no. quod licet in causis spiritualibus de iura. calum. Bald. in. l. si de proprietate col. penul. num. 18. uerfi. quæro, nunquid possessorium. C. si à non compe. iudi. & in c. 1. apud quem, uel quo. contro. debet dici, rationem subdens, quia non tangit medullam ueritatis. idem per Nico. Boc. Deci. 69. præsuppono, quod omnes nu. 23. inferens, quod propterea

saepe iudices seculares cognoscunt super possessorio beneficiorum: ex quibus concludi potest, quod de possessione beneficiorum parum curare debemus. Contrarium est tenendum, quod immo sit iuridica & rationabilis: cum declaratione tamen, ut infra. & pro Iunioribus præmittitur, quod ista quinta pars regulæ potest habere duos principales intellectus. Primus intellectus est, quod illa uerba Colorato tit. respiciant præcedentia, & futura, uidelicet, si concurrunt possessores tit. colorato, cum possessoribus non tit. colorato, illi præferentur. & pro hoc intellectu facit, quod qualitas apposita in præcedentibus, quando sub eadē oratione, uel sub eadē constructione, seu unica cōceptione uerborū, inducit repetitionē, quoad sequētia. Bart. in. l. si ita stipularus. §. Grisogonus num. 4. & ibi per Aret. ff. de uerb. obli. & per eundē in. l. si. si. nu. 4. ff. eodem. Altero modo potest intelligi, quod uerba, Colorato titulo, respiciant tantū præcedentia hoc modo; præcedant titulo colorato possessores, quibuscumq; non possessoribus. Alter principalis intellectus est, quod pars ista regulæ procedat solum, quando prouisio est facta à diuersis: uidelicet unus est prouisus à Papa, alter à Legato: uel unus à Legato, alter ab ordinario. & hūc intellectū tenet hic Glossator. Altero modo potest intelligi, quod uterq; istorum concurrētium sit prouisus ab eodem summo Pontifice. Reduēdo ad primum principalem intellectum dico, quod siue uelimus tenere regulam loqui de duobus possessoribus: uno cum titulo colorato, altero sine: siue de uno possessore titulo colorato, altero nullo modo possessore, utroque casu regula habet in se æquitatem & conformitatem cum omni iure. Et quoad primum si concurrunt duo possessores, ille præferri debet, qui habet titulum coloratum, seu iustum. l. si duo in prin. ff. uti possid. c. licet causam. uers. ex præmissis. ibi, illa proculdubio sine iusto titulo &c. & in sequen. uerbis. de probatio. Bar. in. l. i. col. si. ibi, siquidem unus probat de titulo, alius non, ille præfertur &c. C. uti possid. Bal. in. l. qui accusare in ultimo not. in si. ante numerum 5; ibi, & dicitur melius probare ille, cuius intentio magis consonat rationi, ut si unus probat possessionem cum titulo alter sine titulo: nam potior est possessio titulata, quia magis iustificatur per uiam rationis &c. C. de eden. Deci. cōsi. 410. in causa nume. 3. Ex proximè dictis patet ratio secundi intellectus, nam si tenemus, ut præmissi, quod regula intelligat solum disponere de præcedentia inter titulo possidentes, ac nullo modo possidentes, patet à fortiori: quod si titulo colorato seu iusto possidens præcedit possessori sine tali titulo, multo magis nullo modo possessori. Et quod etiam de iure civili; & de quocunq; alio iure possessor præferatur non possessori, facit, §. comodum autem Instit. de interd. c. ex literis. §. si. de probat. Bal. in c. capitulum de rescrip. ubi, quod si duo simul impetrauerint

sequi

potestariam

potestariam Bononiæ à Papa, neuter admitti debet ad ingressum officij. sed si unus est in possessione, alter non, præsumitur pro possessore: quia eo ipso quod possidet, plus iuris habet eo, qui non possidet. sequitur ibi Feli. in uer. de concursu ante numerum 15. Ias. in. l. i. nume. 7. in. 3. limitat. ff. solut. marri. Dec. consi. 109. & pro tenui in prin. 169. & diligenter num. 5. 232. dura admodum nu. 1. 410. in causa. num. 5. 443. in casu nu. 28. & 498. uiso casu nume. 1. Nico. Boe. Deci. 150. præsuppono nume. 6. ubi quod officium obtinebit secundo impetrans, qui prius habuit literas, & possessionem: & plura allegat, quæ uideri possunt, dicens hanc esse communem opin. Secundus intellectus principalis, de quo hic per Glossatorem respiciens prouisionem à diuersis factam, uidetur iuri cōsonus per c. si à sede. de præben. lib. 6. quod procedit tantum in prouisionibus à diuersis, prout textus clarè dicit, & ibi per omnes. & Cassado. Deci. 14. & 15. eodem. Alter intellectus exclusus à Glossatore, & malè, qui tamen Glossator postea uidetur cōtrarium inuere, est, ut præmissi, inter prouisos ab eodem summo Pontifice, si unus possideat titulo colorato, alter non: & hoc etiam casu uidetur habere conformitatem cum iure, uidelicet cum dicto c. si à sede, per identitatem rationis. Nam sicut ibi possessio præualeat inter prouisos à diuersis, ita in casu nostro, in prouisis ab eodem debet etiam præualere. Franc. post alios in dicto c. si à sede ante numerum 6. uers. tu aduerte, quia hoc procederet &c. Insuper uidetur habere aliquam conformitatem cum c. duobus de rescri. lib. 6. præsertim in quantum hæc regula loquitur etiam de prouisione facienda. & licet dictū c. duobus non loquatur de possessione: tamen quia ibi loquitur de prius præsentante, quod præferatur, non minorem uim debet habere possessio quam præsentatio: & in omnem euentum satis est, quod iste intellectus habeat aliquam cōformitatē, seu similitudinē cum iure cōmuni. Et ad cōtraria, de quibus in prin. quaest. potest responderi, quod procedant, quando possessioni resistit æquitas, uel bonum ius: uel quando non sumus in dubio. sed per illa uerba regulæ Colorato titulo, excluditur omne argumentum, ad supra deducta. Nec illud, quod possessori causa non reguletur iuxta spirituales, seu beneficiales, multum facit, & omissa disputatione, an hoc indistinctè sit uerum, quod non caret difficultate, cum uideamus in sequestro decernendo nihil differre, an sententia sit lata super ipso beneficio, uel illius petitorio: an uerò super possessorio cle. 1. de seque. possel. & in plerisque alijs casibus. Nec illa ratio illa Boe. sit absolutè uera, quod laici super possessorio beneficii cognoscere possint. tamen quicquid sit, possessio (ut supra probatum est) tam in beneficialibus, quam etiam profanis, multum operatur, & sic omnia contraria tolluntur.

sequitur

VIGESI

- 1 **VIGESIMOPRIMO**, iuxta eandem partem quæro, † an regula habeat locum in possessore instrumentali? Et antequam ulterius progrediar, ne apud inexpertes tribunalis Dominorū de Rota per terminos ignotos procedam, sciant illi in dies disputari super probationibus factis, seu resultantibus ex instrumentis possessorios actus, seu possessionis apprehensionem continentibus: & sapissime in dubium refricari, an quia possessio sit solum instrumentalis probata releuet, an sit restituibilis, an non: possessionem igitur instrumentalem nosse necesse est. † Aliqui dicunt illam esse, de qua loquitur tex. in c. cum olim post prin. ubi Episcopus inuestiuit. P. de Archidiaconatu per suum anulum in c. ex ore cum glo. in uer. annulo, & in uer. mandato de his, quæ fiunt à malo. par. capi. per Io. And. in c. transmissam col. penul. uersi. quandoque de beneficio iam collato quis inuestitur per pānos altarum, funes campanarum &c. & postea ibi, quia quando post collationem per anulum, uel bierum &c. de electio. & per Rot. 301. no. per traditionem annuli & 716. dic si aliquis in anti. & 8. Bisigne. de resti. spolia. in antiquo. per Abb. in c. autoritate nume. 9. uersi. inuestitura autem. per Feli. in c. cum aliquibus col. 2. de re. iudi. Ego instrumentalem possessionem crederem posse dici omnem fictam traditionem, prout declarat Alex. in l. 1. ff. de acqui. possess. nume. 88. uersi. ex isto dicto &c. & puto dici instrumentalem, ad differentiam corporalis & realis. & solent fieri instrumenta super capturis possessionum in fauorem diuersarum, & sub eodem die. dicit enim Notarius, Constitutus talis coram me, seu coram executore, uel subexecutore ostensis literis &c. rogauit me, seu executorem, uel subexecutorem ut in possessionem Ecclesiæ. S. N. immitterem, seu immitteret: ex tunc ille faciendo tangere cornu altarum, pannos, pulsare campanas, & alios actus similes immisit &c. Deinde accessit ad prædia, seu domos, & accipiendo de glebis terræ, de folijs arboris &c. ac aperiendo, & claudendo hostium, seu per aspectum, quando nō patet accessus, ut per Abb. & Feli. ubi supra. & sic datur possessio instrumentalis, tam spiritalis, quam temporalis: & sic tam beneficij, quam illius bonorum profanorum: & talem possessionem instrumentalem possent eodem die capere mille. Possumus etiam reputare possessionem instrumentalem eam, quæ resultat, seu colligitur ex † instrumento locationis, quod, quantum ad ipsas partes probat, secus quoad extraneos, Rot. 87. no. quod instrumentum locationis in antiq. Alex. consi. 10. 11. & 12. uolu. 4. Feli. in c. inter dilectos nume. 8. de si. instrum. Possessio etiam instrumentalis illa dici potest, que probatur per instrumentū æstim. de qua in l. si pater, & ibi Pau. de Cas. col. 1. uersi. in tex. ibi, nec induxit. C. de actio. emp. Sozi. consi. 89. in causa agitata col. 5. num. 12. uersi. optimè facit. uol. 1. Tandem illam dicam possessionem

- sessionem instrumentalem, quæ resultat ex probatione facta, seu facienda per instrumentum. Redeundo igitur ad principale quæsitum, uideretur respondei debere, regulam non habere locum in possessore instrumentali: quia possessor talis, non dicitur uerus, & proprius, sed fictus, ut ex supra deductis colligitur. & ex tex. in c. per tuas cum glo. in uer. in possessione: ubi, quod per tales inuestitura quis non adipiscitur possessionem. Affli. super. seu. in c. quid sit inuestitura num. 3. & seq. ubi, quod est signum traditionis, seu licentia possessionis apprehendendi, non autem uera traditio: uerba autē sunt intelligenda secundū proprietatem, & ueritatem, nō autem secundum fictionem. l. 3. §. hæc uerba, Siue quis negocia. cum glo. in uer. hæreditatem. ff. nego. gesto. l. hæres. & ibi Bart. ff. de acqui. possess. In contrarium uideretur, quod immo † instrumentalis possessor gaudeat eisdem priuilegijs, quibus alij possessores, & sit uerus, nō autem fictus possessor, facit Roma. consi. 337. quoad primum nu. 6. uersi. præterea ipsa uerbalis receptio. Rot. supra alleg. 301. no. quod per traditionem in anti. ubi, quod per traditionem annuli ab habente collationem factam acquiritur possessio. per Feli. post But. in c. cum aliquibus col. penul. de re. iudi. Sozi. consi. 131. in præsentī consultatione nu. 8. col. 1. Et aliās de anno. 1548. sub die. 18. Iunii. R. D. mei de Rota in una Fauentina capellanix coram. R. P. D. Achille de Grafsis, in qua ego scripsi, concluderunt possessionem ueram probari per uerba instrumenti contentia, quod subexecutor prouidit de capella procuratori. N. ipsum q; procuratorē per bireti sui traditionem, ac capiti impositionem inuestiuit existens in dicta capella. Insuper † probatio per instrumentum publicum dicitur euidentis, & notoria. Inno. in c. 2. de cōfir. uti. uel inuti. Abb. in c. cum olim. in ult. nota. de cens. & in c. cum dilecti. in. 1. nora. de donat. latè per Iaso. post Bart. in l. 1. col. 6. nume. 10. uersi. cir. primam de instrumento. ff. de no. ope. nunci. Deci. consi. 682. In causa. D. Lucretiæ num. 3: Hiero. Grat. consi. 155. dubitatur, an sit locus nume. 15. uol. 2. probatio igitur possessionis resultans ex instrumento ualida, & euidentis reputari debet. Pro solutione omnium contrariorum applicando supradicta ad regulam nostram, ego distinguerem sic. Aut concurrunt possessor uerus, realis, & corporalis, & possessor instrumentalis: & regulæ erit locus hoc modo, quia ille uincet instrumentalem, si † instrumentalis possessio fuit capta illo existente in possessione: quo casu est debilis, & parū uel nihil considerabilis. Paul. de Cast. in præalleg. l. si pater ante numerum. 3. ubi, quod possessio non probatur per æstimum, quando apparet alium fuisse in possessione. C. de actio. emp. sequitur Sozi. consi. 89. in causa agitata num. 12. uol. 1. & ita distinguit Rot. 716. dic si aliquis in antiq. & 8. Bisigne. de præben. an inductus in possessionem in antiquo. pulchrè per Sozi. consi.

consil. 131. in præfenti consultatione nume. 8. uol. 1. & assignat rationem, quæ est, quod duo non possunt in solidum possidere, optime per Cur. Iuni. consil. 108. circa controuersiam nume. 20. uersi. non ob. etiam præmissis. Immo si concurrunt duo probantes per instrumenta eodem die confecta: secundum Rotam illa possessio iudicatur potior & ualidior, quæ fuit effectualis cum fructuum perceptione, prout etiam testatur D. Sarnen. in 47. quæst. regulæ de Anna. nume. 2. uersi. hinc est, quod quando duo possessores concurrunt &c. Aut concurrunt instrumentalis possessor, & nullo modo possessor, & tunc subdistinguerem: aut instrumentalis possessio fuit capta nemine existente in possessione, † sed non potuit propter potentiam uel impedimēta realiter, & corporaliter apprehendi, & continuari: & tunc dicerem sufficere instrumentalem, seu uerbalem possessionem in conspectu rei. l. 1. §. si iusserim. ff. de acqui. posses. Antro. de Bur. & Abb. in præalle. c. autoritate de institu. Rot. 301. no. per traditionem in anti. Roma. consil. 337. quoad primum num. 6. uersi. Item, quod traditio uerbalis facta in conspectu rei operatur illius actualem traditionem &c. plenè per Nico. Mil. in suo reperto. in uer. possessio tunc acquiritur per aspectum, & per Feli. in præalle. c. cum aliquibus col. penul. de re. iudi. nume. 5. uersi. limi. opin. hoc casu igitur locus erit regulæ, & instrumentalis possessor præferetur non possessori. Aut tertius erat in possessione, contra quem non agitur, nec ipse agit, & etiam instrumentalis possessor contra nullo modo possessorem uidetur potior. tamen hoc ultimum non caret difficultate, & uidendum esset, an nõ possidens daret & dare posset de possessione illius tertij: & plura hinc inde adduci possent, quæ alij cogitent, sufficiat mihi annuisse, & firmasse regulam habere locum in possessore instrumentali, distinguendo, ut supra.

- 1 VIGESIMOSECVNDO, iuxta eandem partem quæro, An † possessor uigore breuis, quod sine uirio spolij, & attentatorum in possessionem immittatur expulso possessore priore, factus, comprehendatur in regula?
- 2 Pro parte negatiua facit, quod † uerba intelligi debent secundum ius, modum, seu cursum ordinarium, nõ extraordinarium. l. Seio. §. medico. ff. de annu. lega. Sozi. in. l. qui Romæ. §. Callimachus col. 5. ff. de uerb. obli. Deci. in c. inter cetera col. penul. nu. 5. de appel. & consil. 430. quod supra nu. 7. & seq. & consil. 632. nu. 10. & seq. Insuper uerba intelligi debent naturaliter, & simpliciter, nõ autem secundum quid, seu accidentem. l. si. C. de his, qui ueni. æra. impe. l. 3. §. 1. ff. de iure. l. 1. ff. de donatio. l. 1. §. hoc interdicitum. de cisterna. & ibi no. Barr. in si. de perlis fictis. ff. de fonte. Barr. in. l. si quis posthumos nume. 1. ibi, & istud, quod hic dicitur, est uerum, quod magis inspicitur natura, quam aliquod impedimentum accidentale. ff. de libe. & posthu. & in. l. si. nume. 1. ff. de offi. Procons. Et uidemus, quod

- quod filiorum appellatione in legatis non ueniunt filij adoptiui: quia non sunt filij naturales, sed ciuiles. l. si ira quis. §. ff. de lega. 2. Neque etiam ueniunt in fideicommissis. l. fideicommissum. ff. de condit. & demon. ubi, quod si quis per fideicommissum sit grauatus restituere hereditatem, si sine liberis decesserit: intelligitur de liberis natiuis non adoptiuis. pulchrè per Cur. Iuni. consil. 145. facti contingentia nume. 21. & 26. Nec etiam ueniunt in emphiteusi facta pro se & filijs. Specu. in titulo de loca. seu de emphite. §. nunc aliqua quæst. 68. nume. 88. Sed interpretando, quod regula comprehendat tales possessores in uim Breuis huiusmodi, esset accipere uerba iuxta cursum extraordinarium, & accidentalem: ergo de ordinarijs ac naturalibus possessoribus intelligere debemus. Secundo pro hac parte facit, quod † possessio à nemine auferri debet, nemoque illa priuari, etiam per literas, seu factum iudicum, seu superiorum, immo etiam nec per rescriptum ipsius principis, nisi ordine iudicario præmissis, & seruatis seruandis. l. extat. ff. quod metu. cau. l. meminerint & l. si quis in tantum. C. unde ui. l. si. C. si per uim uel ali. mo. c. 1. & si. ut lit. penden. c. uolumus. 16. quæst. 4. Quod procedit etiam si possessor sit iniustus. l. 2. 1. responso. C. ut ne. priua. titu. l. 1. §. qui à me ui. ff. de ui. & ul. arma. c. licet Episcopus de præben. lib. 6. Rom. singu. 766. incipit, possessio etiam iniusta. Rapha. Fulgo. consil. 2. Petrus tenetur in si. Deci. consil. 400. uiso eleganti nume. 6. Cassado. Deci. 4. de seq. posses. nu. 2. ubi quod etiam priuatus à beneficio non est amouendus à sua possessione, nisi iuris ordine seruato. cum igitur iura prohibeant tales possessionum occupationes, quicquid factum fuerit, pro inualido reputari debet. unde succedit regula, non præstat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum. de reg. iur. lib. 6. cum uulg. Tertio, dato, quod quis priuari possit sua possessione per has uias, uel similes, puta per sequestrum ad euitandum rixas: uel in casu cle. 1. de seque. posses. † possessionis tamen comodo priuari non debet, puta quod in dubio is, qui possidet uincat: quod probandi onus alteri incumbat, & circa alia commoda ex possessione resultantia. Bart. in. l. interesse. ff. de acqui. posses. & in. l. si oleum nume. 2. ff. de dolo. Bal. in. l. uni. C. de prohi. seque. posses. nume. 1. ibi, non tamen propterea de reo fit actor, quia remanent reliquæ præambulæ possessionis &c. & ibi Saly. ante numerum. 3. uersi. unum scias, quod ubi dixi, quod perditur, non sic perditur, quin reliquæ, id est effectus eius dicantur remanere, ideo non propterea de reo petitur efficitur &c. Docto. in c. examinata de iudi. & in cle. 1. de seque. posses. & ista est communis opin. prout per Fran. Cur. in tracta. de sequestris. quæst. 20. nu. 77. Quantum igitur attinet ad commoditatem possessionis, non iste uigore Breuis, sed alter iuuantur. Quarto & ultimo, † Princeps non intendit

// præiudicare iuri alterius c. & multiplici uerfi. unde, quia non fuit nostræ
 intentionis de decim. c. ex parte el. 2. in fi. c. super eo. ante fi. de offic. de-
 8 // lega. c. quamuis de rescri. lib. 6. & quasi in terminis nostris, quod † Prin-
 cipis manus appositio, non tollat iura, & priuilegia possessionis, tenuit
 Henr. Boic. in præalle. c. examinata de iudi. Syl. de beneficio par. 2. quest.
 9. nume. 3. Bartho. Cassado. consi. 47. super deductis num. 5. uerfi. Immo
 dicit, & per D. Sarnen. in 46. quæst. de Anna. ante fi. Immo habemus re-
 gulam claram de iure quæsto non tollendo, Papa non intelligitur per
 similia Breuia tollere fauorem præcedentiarum huius regulæ, & alia com-
 moda possessoribus cõpetentia. Quæ tanto magis procedent, si in simili-
 bus Breuibus non sit expressè derogatum præfatæ regulæ, De non tol-
 lendo iuræ quæsto, & etiam huic nostræ regulæ. Pro parte uerò affir-
 matiuâ facit, quod Regula loquedo de possessoribus, loquitur indefini-
 9 // tæ: † ergo æquipollere debet uniuersali. l. si seruitus. ibi, & humanius est
 uerbo generali omne lumen significari: & tamen supra nõ erat præmis-
 sus sermo generalis, sed indefinitus, uidelicet Ne luminibus officiarur. l.
 si pluribus in prin. & ibi Bar. ff. de lega. 2. l. si plures gradus, & ibi Bart. ff.
 de lega. 3. latè Dyn. super rub. de reg. iur. lib. 6. nu. 5. & seq. & ibi Anchar.
 col. 3. uerfi. Tertio quæro. c. quia circa cum glo. in uer. indefinite. de pri-
 10 // uilegijs. Inno. in c. auditis in uer. exceptionem, & ibi Abbas de præscrip.
 & Abb. in c. 2. de coniug. lepro. sequitur igitur, quod regula comprehendit
 omnes & quoscunque possessores: ergo & istum uigore breuis factû,
 qui possessor est. Secundo facit, quod paria sint qualiter alicui natu-
 // raliter in esse, uel per priuilegium. est tex. in l. cum ex oratione in princ.
 & ibi omnes ita lumman. ff. de excu. tuto. & ibi Bal. infert ad legitima-
 tum à principe ex post facto. legitimatio enim operatur habilitatem ab
 initio hoc est, ac si habilis natus esset, ad text. in l. imperialis. §. 1. in fin. ibi
 quasi nunquam fuissent, sed ingenui nati essent. per quem tex. infert ibi
 11 // Bal. col. 2. nume. 1. quod † spurius restitutus natalibus, id est legitimatus
 per Imperatorem, nõ debeat uocari spurius. nam perinde est, ac si esset
 legitime conceptus. facit tex. in l. quæris. ff. de nata. restit. §. reliquis & §.
 illud ad fi. in Auren. qui. mo. natu. effici. sui. ibi, nihil à filijs legitimis dif-
 ferentes. & Cur. Iun. consi. 157. præsupponitur in facto nume. 16. & seq.
 Deci. consi. 169. & diligenter ante numerum 2. consi. 207. pulchrum est
 dubium nume. 6. & consi. 541. uisa donatione num. 5. uerfi. & prima facie.
 Tertio, negari potest ralem possessorem in uim breuis esse factû, uel non
 naturalem, solum enim quæritur, an quis possessor sit, an non. parum
 12 // enim curandum est per quam uiam, uel per quæ media. † possessio enim
 id est ipsa acquisitio possessionis, quoad actum & modum acquirédi per
 nos ipsos, & sic prout in esse producitur, plus facti, quàm iuris habet. l. r.
 // uerfi. §. ad i.

§. adipiscimur. ibi, eam rem enim facti nõ iuris esse. & ibi per glo. in uer.
 eam rem. & per Bar. nam. 2. ff. de acqui. possess. l. denique. & ibi Bar. in 2.
 nota. ff. qui. ex cau. maio. l. cum hæredes primo respõso. ff. de acqui. pos-
 13 // sess. l. 1. §. Scœuola. ff. si quis testa. lib. esse ius. sue. Quarto, † non refert, quid
 ex æquipollentibus fiat. l. Iulianus ait. ff. de condi. & demon. l. si mater.
 & ibi glo. si. dar concordant. C. de impu. & alijs substi. Bart. in l. Gallus. §.
 & quid si tantum num. 3. ff. de libe. & posthu. Ias. in l. si quis mihi bona. §.
 sed quid, si mandauit in. r. nota. ff. de acqui. hære. siue igitur possessor sit
 14 // aliquis uia ordinaria, seu cõsueta, siue alia illi æquipollenti, prout est ista
 uigore Breuis, non est curandum. Quinto & ultimo, † possessio, quæ ap-
 prenditur autoritate Regis, seu Imperatoris. non potest dici uiciofa,
 sed iusta, & iuridica, ac releuans. l. iuste possidet. ff. de acqui. possess. à for-
 15 // tiori. si enim autoritate Prætoris, fortius autoritate Regis, uel Impera-
 toris. & cessat spoliū ubi interuenit autoritas Regia, seu Imperialis.
 Cyn. in l. meminerint. C. unde ui. Alberi. de Rosa. in l. si de ui. ff. de iudi.
 col. ult. Rot. Belleme. 749. licet per appellationem ante fi. ibi, facit, quod
 princeps. nõ attentat cum sit supra ius & c. Deci. Neapo. Mathe. de Af-
 16 // fli. 302. Aliud dubium nume. 2. ibi, quia Regia autoritate intrauit, & sic
 non potest dici spoliū & c. Paris. consi. 99. Adriano agenti nume. 18. &
 17 // seq. uol. 4. ubi, quod expulsus autoritate Papæ non potest agere recu-
 perandæ, & quod possessio Papæ autoritate data etiam per uolentiam
 sit bona. Quid tenendum? certè periculosum est in hoc quæsto nouo,
 dubio, & ancipiti, pedem figere. ego tamen distinguerem sic. Aut quæ-
 rimus, an possessor uigore talis Breuis præferatur illi primo possessori,
 quem uigore Breuis spoliauit, seu possessione priuauit: & dicerè, quod
 non. Immo. quod ille, qui prius possidebat quoad præcedentiam regu-
 18 // læ præferri debeat: & satis erit quod Breue tanquam exorbitans opere-
 tur circa hoc, quod cellet spoliū seu attentatum: non autem tollat re-
 gulam, cui non derogauit: nec tollat alia commoda, priuilegia, & præce-
 19 // dentias possessoribus competentia, & competentes. Possessio enim uio-
 lenta, seu aliàs à iure damnata, non prodest, nec tuetur possessorem, ni-
 si in quantum priuilegium, seu titulus suffragatur. Bald. in l. ius eius in fi.
 C. de probatio. And. de Iser. in titulo quæ sint regalia in §. extraordina-
 20 // ria ante numerum 63. uerfi. possessio, seu quasi, quam allegant & c. Tho.
 Gramma. in consi. ciuilibus, consi. 11. summi opificis. nume. 8. & seq. Aut
 loquimur quoad tertium non possessorem cū isto possessore uigore Bre-
 21 // uis concurrentem: & crederem hunc præferendum, tanquam uerum,
 & legitimum possessorem. Aut, & tertio, concurrunt tertius nunquam
 possessor & ille uigore Breuis priuatus: & putarem esse etiam locum re-
 22 // gula, & hunc priuati, quia non factio, nec culpa sua, illi tertio nunquam
 // uerfi. §. ad i. possessori

possessori præferendum. Si enim iste uigore Breuis uincit illum tertium nunquam possessorem, & iste anterior possessor uincit illū uigore Breuis, ergo uincet illum uictum ab eo, quem ipse uincit, per regulam, † Si uinco uincens te, ergo uinco te: de qua in l. de accessionibus uersif. nam qui me potior est. ff. de diuer. & tempo. præscri. quæ regula semper uidetur procedere, quando circa idem, & quando est eadem ratio uincendi. Bart. in dista. l. de accessionibus uersif. aut circa idem. Cyn. in Auren. licet. C. de natura. libe. & Bar. post glo. in l. Claudius num. 2. uersif. uenio ad ultimam glo. ff. qui potio. in pigno. habe. latè per Sozi. consi. 28. fuit quidam uol. 4. nume. 1. & 4. & nume. 29. Paris. consi. 47. si consideramus nume. 113. uol. 3. Istud tamen tertium membrum non caret dubitatione. durum enim uidetur, quod iste uerè non possessor possessorū priuilegijs contra tertium gaudeat.

- 1 **VIGESIMOTERTIO** iuxta eandem partē quæro, an † Regula ista habeat locū in possessoribus spiritualium tantū: & sic in possessore absq; perceptione fructuum? Pro parte affirmatiua facit, quia spiritualia sunt digniora & preciosiora, cum cōcernant animam. c. præcipimus in prin. 12. quæsti. 1. c. cum sit ars arrium. de æta. & qualita. c. cum infirmitas de pœni. & remisf. † Potentius igitur & dignius attendi debet. trahit enim ad se, & uincit minus dignum. l. quæritur. ff. de sta. homi. s. si quis in aliena tabula uersif. ridiculum est enim picturam Apellis, uel Parrhasij in accessionem uilissimæ tabulæ accedere. Insti. de re. diui. c. quod in dubijs cum glo. in uer. cōsecratio. ubi quod sacrum, tanquam dignius, trahit ad se non sacrum de conse. Eccle. uel altra. Cassado. 5. de reser. nume. 3. Insuper tūc quid est propter aliud. solum consideratur id, propter quod est. l. etsi nō sunt. §. perueniamus, & ita ibi summat Bart. & l. cum aurum in fi. & ibi Bart. ff. de au. & argen. lega. §. si tamen alienam purpuram Insti. de re. diui. qui tex. est nota. ad hoc, quod etiam magis dignū accedit minus digno, quia ratione accessionis desinit reputari magis dignū. glo. in uer. Ecclesias in cle. per literas de præben. Bal. in l. in legatis ante fi. uersif. & utrū hæres legata ueste possit separare mapillos &c. C. de lega. Roma. sing. 622. lego mulieri. pulchrè in singu. Anto. Corset. in uer. legatum. clarè autem constat redditus & fructus ecclesiasticos depuratos & institutos esse propter spiritualia, & illa tractantes. c. 2. & 3. & c. cum secundum Apostolum de præben. debet igitur solum considerari spiritualitas, spiritualiumq; possessio. Tertio, uidetur pro hac opin. tex. in c. commissa. §. 1. ubi, quod annus ad faciendū se promoueri currit à tempore commissi regiminis ipsius Ecclesiæ, illius que possessione. & glo. in uer. pacificam, exponit, quod currit à tempore, quo habet liberum exercitium animarum: nec possessionem beneficiorum sufficere, nisi habeat liberum

- liberum curæ exercitium. de electio. lib. 6. & glo. in c. si tibi concessio in uer. uacare cir. medium. uersif. sed contrarium credo, & dico, quod bene currit tempus, ex quo habet exercitium curæ animarum liberum & pacificum. de præben. eo. lib. Gemini. consi. 125. dubia siue conclusiones in 3. quæsti. ante numerum 8. uersif. super 3. Et sic attenditur. solum possessio spiritualitatis. Paris. consi. 39. An regula nume. 24. ibi, cum in administratione spiritualium consistat uera possessio uolu. 4. Pro parte uerò affirmatiua allegari potest, † Possessorem uerum illum dici, qui fructus & prouetus percipit. glo. in uer. finiatur. & ibi Bal. in l. 3. C. fini. regun. Bart. in l. Titia. ff. de solutio. & in l. 2. nume. 3. ibi, quia uidi eum locare, fructus recolligere &c. Deci. consi. 56. In causa appellationis nume. 3. & 4. & melius consi. sequē. col. 2. post prin. uersif. primus enim testis, & consi. 125. In causa spoliacionis col. 1. uersif. & uerba prædicta satis probant possessionē, quia detinendo, & fructus percipiendo, probatur possessio &c. Aimo Craue. consi. 107. Antonius Cofferi. nume. 2. uersif. secundo, quia est probata possessio ex perceptione fructuū &c. Insuper, cum regula ista loquatur de possessore beneficij, dico, quod † beneficium non censetur habere, seu possidere, qui non percipit illius fructus, etiam si pro Episcopo, Ecclesia, seu fabrica reseruati sint. c. si tibi concessio de præben. lib. 6. ubi, quod per adeptionem secundi curati non uacat primū, si alius percipit fructus Collecta. in c. de multa. eo. tit. col. 3. nume. 22. uersif. sed quid prælati mihi habenti beneficium curatum confert aliud, cuius fructus recipit, uel alius usus &c. & pro hac parte faciunt adducta per D. Sarnen. ad alium effectum quæst. 47. super regula de Anna. ubi plura cumulat, quæ applicari possunt præsentī dubio. Ego tamen in casu proposito, qui satis disputabilis uidetur, partem hanc negatiuam ueriores puto, etiam per rationes, de quibus in proxima sequen. quæst. cum distinctio- ne tamen prout in ea.
- 2 **VIGESIMO QUARTO** è conuerso quæro, † An Regula procedat in possessore temporalium tantum? Et uidetur dicendum quod sic per rationem, de qua in præceden. quæst. quod possessio consideretur in perceptione fructuum, & cōsecutione temporalium. Contrarium teneo, quod immo nec sola possessio temporalium, nec sola spiritualium, sufficiat quoad terminos regulæ nostræ: & sic cum regula dicat, possessor beneficij, debebat fieri interpretatio de integro, uero, & omnimodo, ac effectuali possessore. uerba enim intelligi debent in potiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager uecti. uel emphiteo. petra. Deci. consi. 522. In causa nume. 1. & in l. semper in obscuris nume. 7. ff. de reg. iuris. Sozi. consi. 304. alijs ultimo. uiso statuto lib. 2. col. 1. uersif. tertia & ultima ratio est, quod uerba statuti debent intelligi in potiori significatu &c. subdens sed fra-

ter utrinque coniunctus dicitur in potiori significatu & c. sic in casu nostro possessor beneficij in spiritualibus & temporalibus dicitur in potiori significatu: ergo de eo intelligi debeat. Accedit, quod interpretatio ista erit ex proprietate uerborum. † Beneficium enim duo in se continet, uidelicet spiritualitatem, & temporalitatem, siue introitus super possessionibus, seu alijs rebus profanis. c. sanctorum. s. si que. ibi, & tam de possessionibus, quàm de Ecclesiasticis capellarum officijs & c. 70. distin. c. eos qui. 81. distin. Ancha. in c. 1. nume. 4. uersu. quoad tertium. de reg. iur. lib. 6. Syl. de beneficio in. 1. quaest. 1. par. nume. 5. uersu. quoad tertium. & quod beneficium debeat habere utrunq; no. Oldra. consi. 166. Thema, ordinarius ad instantiam. sub titulo de seque. posses. col. 1. nume. 2. uersu. ad secundum. ibi, praeterea beneficium ipsum duo habet in se, scilicet fructus temporales, & spiritualitatem, & quidem potentior pars est spiritualitas ratione dignitatis & c. & plura adducit, quae huic opin. inferuire possunt. Vnde cum proprie & uere loquendo ad positionem beneficij utrunque ex praedictis requiratur: sequitur, quod possessor beneficij iuxta iuris interpretationem, utrunque habere debebit, quorum si alterum deficiat, non poterit uere uocari talis: nec ad positionem spiritualitatis sequatur acquisitio temporalitatis, quoad acquisitionem possessionis. Bal. in. l. de pupillo. s. si in pluribus in. 1. nota. ff. de no. ope. nunci. ubi, quod si prelatus adeptus est possessionem spiritualem, non sequitur, quod adeptus sit temporalem. & idem etiam contra dicendum est, ut de se patet. Et sic ego concludo, quod Regula ista, ut possessor eius prouilegio gaudeat, requiratur utrunque, uidelicet spiritualitas & temporalitas. Non tamen negauerim, quod si quis adeptus sit possessionem utriusque, sed per quoddam tempus non percipiat fructus, puta in casu. c. si propter tua debita de reser. lib. 6. uel in terminis. c. si tibi concesso de praeben. eo. lib. uel ex aliqua alia causa per aliquod temporis spatium fructus percipere non possit: uel quod uno anno nulli collecti sint fructus: quin ad effectum regulae huius dicatur possessor, alterique non possessori praefatur: pro quibus faciunt tradi. per D. Sarnen. in pra'alleg. questu. 47. super regula de Anna.

1 VIGESIMOQVINTO subsequenter quero, † An possessor spiritualium omnium, sed temporalium pro parte, gaudeat regula hac? Ex deductis in proxima praecedent. quaest. uideretur dicendum, quod requiratur etiam possessio integra omnium fructuum, & idem probatur in iure, quod possessoris appellatione ueniat integer possessor, prout dicimus † haeredis appellatione uenire haeridem ex asse, & sic integrum, & omnimodum haeridem. l. si defensor. s. qui interrogatus. ubi, interrogatus, an sit haeres, responderit, nec adijciat ex qua parte sit haeres, intelligitur ex asse.

facit text. in. l. si quis cum totum in princ. ff. de excep. rei. iudi. ubi, quod
3 idem est petere totum fundum, uel fundum simpliciter. † simpliciter enim quid prolatum intelligitur de toto. l. 1. s. edere. ff. de eden. ubi, quod edere dicitur ille, qui totum edit. l. si in rem aliquis agat cum glo. 2. in uer. totam. ubi, quod si simpliciter dicat rem peto, rem totam petisse uideatur. ff. de rei uendi. l. de pupillo. s. qui nunciat. & ibi Bar. ante numeru. 2: ubi, quod si quis uult petere totum, sufficit quod simpliciter proponat. ff. de no. ope. nunci. c. 2. & ita illud tex. ad hoc inducit Abb. col. 4. nu. 9. uersu. secundo dicit glo. ubi, quod libellans simpliciter petens, rem totam petere uideretur: ponderans, quod ibi petebatur terra, non autem apponebatur, quod declaretur quota pars terrae petebatur. idem per Alexan. consi. 113. uiso & diligenter in fi. uol. 4. Deci. consi. 292. & pro tenui. col. 2. nume. 4. ubi, quod in dubio concessio uideretur facta de toto iure cedentis. ne & totali possessione. loquitur tex. in c. 2. post prin. quod met. cau. ibi, qui dum a domo & uniuersa possessione expelleretur & c. Sed ad hoc responderi potest, quod ibi text. exprimit utendo termino uniuersali. Quantum ad regulam nostram, interpretando eam secundum terminos iuris, praefata declaratio uideretur satis conuenire, quod possessor is intelligi debeat, qui sit totalis possessor. In plerisque tamen casibus
4 inuenio aequiperata ista duo, quod † quis sit integer possessor, uel pro parte, est tex. in. l. sciendum. s. 1. ff. qui satisda. cogan. ubi, quod possessor immobilium non tenetur satisfacere: subdens, quod possessor ille dicitur,
5 qui possidet agrum, seu solum ex asse, aut ex parte. † Dominus etiam pro parte uere Dominus dicitur. l. illud. ff. de ritu nupti. l. 1. s. Domini appellat
6 tione. ff. ad sena. consul. Syllania. † Lis super omnibus beneficijs aequiparatur liti super maiori parte beneficiorum ad effectum excusandi a tutela. l. propter litem in princ. ff. de excu. tuto. l. si ut allegas. & ibi Saly. in summa. C. eo. s. item propter litem uni. glo. 1. quae extendit illum tex. loquentem expressè de omnibus beneficijs ad maiorem partem beneficiorum. Insti. eo. † Spoliatus tota substantia, & spoliatus maiori parte ad effectum exceptionis spoliationis a tertio factae aequiparantur c. 1. uersu. illum autem spoliatum cum glo. in uer. substantia de resti. spolia. lib. 6.
7 Et pro proximè deductis facit, quod † ad hoc ut accidens denominet
8 subiectum, oportet, quod ipsi subiecto conueniat in totum, uel pro maiori parte, prout secundum Philosophum appellabimus coruum nigrum, licet habeat rostrum, uel unguis alterius coloris, & Zenonem Citricum nigrum (qui uere talis fuit) licet haberet dentes albos, ad instar Aegyptiorum. illud enim accidens, uidelicet nigredo, uel albedo denominationem dabit subiecto, seu corpori secundum totum: appellado niuem albam, quia tota alba: uel uocado mulierem candidam, licet habeat oculi
los

los nigros, uel pedem nigrum. Si autem ponamus scutum dimidium album, & dimidium nigrum, nec illud simpliciter album, nec simpliciter nigrum dicere possemus: sed bene secundum quid, prout pulchrè & philosophicè loquens ad materiam legalem applicat. Io. And. in c. sicut nobis col. 1. nume. 3. de uer. signi. lib. 6. cuius dicta nudus Legista uel purus Canonista non percipiet. & propterea uerificari poterit illud, quod Iurium professoribus necesse est, scientias plures didicisse, uel saltem aequaliter degustasse. ille autem, qui cū Poeta latino in Buccolicis cantare poterit, Fistula dulce canit septem compacta cicuris: & hęc & omnes quascunq; alias scientias melius omnibus intelliget. Redeundo unde digressi scimus, dubium propositū, quod satis pro utraque parte disputabile est, redigi potest ad quatuor casus. Quorum primus indubitabilis est. aut enim supponimus aliquem possidere omnia spiritualia, & omnia temporalia, & sumus in claris, quod regulę erit locus. Aut dicimus aliquem spiritualium omnium possessorem, temporalium uerò aliquorum: & erimus in illa demonstratione mulieris candidę habētis pedem nigrum. Aut, & tertio, erit possessor temporalium pro dimidia parte, & erimus in exemplo scuti dimidij albi, & dimidij nigri: quod nec dicitur album, nec nigrum uerè, & propriè, sed secundum quid: ita in istum possessorem temporalium pro medietate dicam nō comprehendī in regula, quę propriè & strictè interpretari debet. Ad iura contraria, quę dominum pro dimidio, similemque possessorem, similemque heredem pro domino, pro possessore, & pro hęcde accipiunt: respondeo cum præceptore meo D. Philippo Dec. in. l. id quod nostrum nume. 5. ff. de reg. iur. uers. & concludendo & c. quod illud uideretur procedere in casibus spiritualibus, qui habent particularem rationem, & procedere tex. in contrarium allegatos. & ista solutio mihi satis placet. & concordat cum præfata demonstratione mathematica, seu philosophica. nam secundum proprietatem possessor pro dimidia nō poterit dici uerus & simplex, seu absolutus possessor, & sic non ueniat sub nostra regula. Quartus casus est, quando integer possessor spiritualium est possessor in temporalibus pro maiori parte, & licet articulus sit disputabilis, hunc tamen in regula nostra comprehensum crediderim. pro quibus facit. c. frequens cum glo. in uer. substantia de ressi. spoli. lib. 6. supra alleg. facit etiam Rot. 61. sufficit impetranti in addi. in no. uers. nam tunc requiritur, quod administrationem beneficiorum ecclesiasticorum uel maioris partis, ut dicatur pacificè possidere. Facit etiam demonstratio supra posita de muliere candida habente pedem nigrum. nam sicut ex illo modo dico accidenti nigredinis, non uocabitur nigra: sed propter accidens albedinis, quod est pro maiori parte, nominabitur alba uerè, & propriè:

priè: ita in casu nostro nominabitur uerus & proprius possessor, quia pro maiori parte.

- 1 VIGESIMOSEXTO iuxta eandem partem quæro, † coloratus titulus ad effectum nostrę regulę quis erit? D. Sarnen. ad effectum regularum Annalis & Triennalis tractat in pluribus locis: eius dicta non refero, quia illa reassumam seruando illius ordinem. Quantū nunc ad rem nostram attinet, considero, quod interpretaturus coloratū titulum, de quo
- 2 in regula, recurrere debeo ad alia iura. † Verba enim unius legis per alias declarantur: promptum est enim iura iuribus concordare, iura que a iuribus interpretari. l. uni. in princ. C. de inoffi. doti. in Auten. de exh. reis ante fi. & in Auten. ut cleri. apud propri. Episco. ante fi. ibi, & per hanc sacram declarata sunt legem. Siue uelimus dicere regulas similes esse statutis, adhuc † uerba statutorū à iure communi interpretationem recipiunt, ad illud que quoad fieri potest, referri debent. l. ut gradatim uers. & si. l. municipal. ff. de mune. & hono. glo. in. l. si. §. in computatione in uer. non hæ in fi. C. de iur. delibe. c. cum dilectus uers. ceterum, cum supra dictum statutum de consue. c. ad audientiam cum glo. in uer. in Apostolicę & glo. seque. ubi statutum, quod absentes non percipiant, interpretatur per alia iura, quę declarant aliquos absentes haberi pro præsentibus. de cleri. non ressi. Roma. in. l. stipulatio ista col. 2. nume. 8. ff. de uer. obli. Sic etiam dicimus † rescripta à iure communi interpretari, & declarari. l. 2. & l. si. & ibi Docto. ff. de consti. Prin. c. olim tibi. de uer. signi. c. causam quę de rescri. c. licet, & ibi glo. 1. de præben. c. super eo. post mediū. ibi, non ramen est nostrę intentionis. de officio delega. Lud. Roma. in dicta. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus nu. 8. uers. quid tamen in rescriptis. ff. de uer. obli. Alexā. in. l. ex facto col. 2. nume. 10. uers. item not. quod rescriptum Principis debet interpretari secundum ius commune & c. de uulga. Sozi. consi. 195. cir. primum col. 2. ante numerum 3. uers. item rescripta in quantum fieri potest uolu. 2. latè per Feli. in præ. alleg. c. causam quę in uer. interpretatio rescripti num. 5. Deci. consi. 33. uiso puncto col. penul. uers. tertio præmitto, quod rescriptum & c. Ad rem nostram sumenda interpretatio esset à iure communi, quod quia fieri non poterit, cum iura id expressè declarantia non habeamus, eam
- 5 à Docto. & aliter, ut possumus, perquiramus. Præmitto † colorem, & titulum in iure quasi pro eodem accipi. l. Sulpitius. ff. de donat. inter ui. & uxo. ibi, si color uel titulus (ut sic dixerim) donationis quæritus est & c. titulus autem ille diuersus est ab eo, de quo nunc loquimur. Alibi sumitur color pro fitione, seu simulatione, prout in. l. sed Iulianus adiicit, si color quæritus sit & c. ff. ad Macedo. in. l. n. præced. eti decidum fuerat si. lium familiās fideiubendo nō iuari Macedoniano, postea in dicta. l. Iu-

lianus. cauetur aliud esse, si color quæstus sit, ut filius familiæ pecunias accepturus, & qui reus principalis cõstitui debebat, fideiuberet alio reo dato: & sic aliud fieri simulabatur, quàm in ueritate faciendum esset. Ita etiam accipit Seneca epi. 16. Quæ scribis, unde ueniant scio, non sunt ficta, nec colorata. & Val. Max. lib. 8. cap. 2. libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Ego uerò ad effectum nostri quæsti, cum non habeamus iura sufficienter declarantia, † coloratum titulum omnem illum dicam, prima facie, primoque aspectu validum; & sic titulum apparentem, coloratum esse titulum. Alij uerò dicunt titulum colorare possessionem, quando processit ab habente potestatem, nec tunc requiri ostendi ualiditatem tituli, nisi quoad formam extrinsecam. nec enim admitti quæstionē de ualiditate, uel inualiditate tituli, prout latè per Guid. Pape. quæsti. Delphi. 85. curia parlamenti: cum quo residet præceptor meus D. Philip. Deci. consi. 220. In causa beneficii circa mediū, uersi.

7 & de hoc etiam est dictum & c. Et in summa † coloratus titulus uidetur dici posse ubicunq; nō inducitur priuatio ipso iure, etiam quod sit defectus in conferente. Lap. alleg. 16. an ualet collatio nume. 2. & 3. & alle. 103. sæpe mihi col. 3. nume. 2. & seq. Abb. per illum tex. in c. in nostris col. si. nume. 23. uersi. sed nunc quæro, quia supra. Imol. col. 10. nume. 25. & Cardin. col. 7. in 8. quæsti. ubi quærit, quæ sit colorata possessio. Anto. de But. col. 10. num. 20. uersi. uenio ad secundum. de concess. præben. Calder. consi. 13. sub titulo de uer. signi. Felin. in c. in nostra corel. 36. nume. 32. de rescr. Rip. in rub. de causa posses. & propri. col. 10. num. 37. & 38. uersi. aliàs possessio. Cassado. Deci. 7. proponebatur dubium nume. 3. super regulis. Paris. consi. 125. Annullatio nume. 28. & latè per D. Sarnen. in 27. quæsti. regulæ de Trien. nume. 4. & ante, & post.

VIGESIMO SEPTIMO iuxta sextam partem, quod præsentis in curia absentibus præferantur, † quæro de qua curia intelligendum, & quomodo curia hæc accipienda sit? Et uidetur, quod de omni curia, quod dupliciter proba primo. quia indefinita æquipollet uniuersali: perinde est igitur, ac si dixisset in quacunq; curia, & sic tam curia Papæ, quàm Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & aliorum collatorum. Secundo propter identitatem rationis aliarum curiarum, ac curiæ Romanæ, uidemus enim quod † sicut seruiens summo Pontifici, & sic in curia Pontificis præsens, percipit fructus in absentia. c. cum dilectus et. c. ad audiētiā de cler. non resi. Idem etiam disponitur in seruentibus Archiepiscopis, seu Episcopis. c. de cætero & dicto c. ad audiētiā eo. c. scire debes 7. quæsti. 1. ubi, quod Episcopus in Ecclesia est, & Ecclesia in Episcopo. & faciunt alia iura per glo. in dicto c. de cætero. in uer. in seruitio allegata: quæ no, quod, qui est in seruitio Episcopi, pro præsentis reputatur quoad perceptionem

ptionem beneficij. eandem æquiparationem facit Ioan. And. in c. fi. de consue. lib. 6. col. 2. nume. 3. ubi, quærens, an stante consuetudine, quod solum præsentis permutare possint, existens in seruitio Papæ permutare possit? distinguit utrum censeatur residens, existens in seruitio Ecclesiæ uel Episcopi, quasi pro eodem ponat esse in seruitio Papæ, uel Episcopi. Mil. in reperto. in prin. in uer. absentes in seruitio Papæ. Contrarium est concludendum, quod immo de curia Romana solum regula loquitur. cum enim Princeps Romanus loquitur de curia, intelligendus est de sua loqui: sicuti cum loquitur de iure, de suo intelligit. est rex. in §. sed ius. uer. sed quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, nostrum ius significamus. Institu. de iu. natu. gen. & ciui. quod etiam suaderetur capiēdo interpretationem per anonomasiam seu per excellētiā, prout enim ibi subditur, appellatione Poetæ apud nos Vergilius uenit, & glo. in uer. Virgilius, dicit appellatione Apostoli in diuina scriptura uenire Paulum: & appellatione sapientis Salomonem. facit Deci. consi. 429. licet in causis nume. 5. & consi. 685. In casu proposito nume. 5. ubi,

3 quod † Iuris appellatione, uenit ius Romanum seu ius commune. Idem igitur dicamus in curia. Nec est uerū, quod eadem ratio militet quoad hanc regulam, in alijs curijs, prout apparebit ex infra dicendis. Curia igitur (de qua hîc) erit curia Romana, id est sedes Apostolica. pro eodē enim ponuntur idem que significant. c. 2. & c. præsentis de præben. lib. 6. & dixi supra in prima quæst. 5. regulæ num. 16.

1 VIGESIMO OCTAVO quæro, † An regula ista comprehendat quoscunque in cu. Ro. præsentis, uel solum eos, qui in ea inseruiunt, seu aliquid in curia, uel pro curia, seu sede Apostolica operantur? Et quod sit restringenda ad seruiētes, seu curiales, uel circa curiam se exercentes,

2 probatur. primo, quia, quādo † unica tantum ratio in dispositione coniecturari potest, illa pro expressa habetur. l. Milites agrum. ff. de mili. testa. l. 2. ff. de libe. & posthu. Bal. in l. quamuis. C. de fideicom. Abb. consi. 75. col. 3. nume. 7. uol. 1. Cur. Iuni. consi. 6. circa has quatuor col. 1. in fi. Ratio autem fauoris præsentis in curia Romana est, propter seruitia, quæ summo Pontifici, & sedi Apostolicæ, ac Cardinalibus, & alijs prælatis præstantur. & quod in assecutione beneficiorum ratio laboris & seruitij sit ualde consideranda, concludit Hostien. in c. statuimus col. 1. uersi, sed & ratio laboris maioris, & seruitij longioris & c. de maio. & obedi. unde pro expressa haberi debet hæc ratio. Si igitur præsentis in curia nihil operentur, non debent hoc, & alijs priuilegijs propterea concessis

3 gaudere. Secundo, † constitutio, seu statutum interpretari debent secundum alia iura, & cum illis conformari. l. uni. c. de inoffi. dori. in princ. l. ut gradatim uersi. & si lege municipali. ff. de mune. & hono. c. cum dile-

Etus uerſi. cæterum cùm ſupra dicta ſtatuta de cõſue. Roma. in. l. ſtipu-
 latio iſta. ſ. in ſtipulationibus nu. 8. ff. de uer. oblig. & dixi latius ſupra, ea-
 dem regula, quæſti. 26. nume. 2. & ſequen. nos autem habemus iura alia
 priuilegiatiua in beneficialibus, quæ requirunt ultra præſentiam ſerui-
 tium, prout eſt tex. in c. cùm dilectus. ibi, fructus præbendæ ſuæ aſigne-
 tis eidem in noſtro ſeruitio commoranti. & poſtea ibi, qui circa nos
 ſe obſequiales exhibent. col. ſi. uerſi. ſecundo fallit. de iudi. & ſic nõ ſuffi-
 cit, quòd in curia Papæ commoretur, niſi inferuiat, ſi uult priuilegio il-
 lo gaudere. & c. ad audientiam ibi, ſiue in Apoſtolicæ ſedis ſeruitio con-
 tingeret derineri: & ſic etiam requirit ultra præſentiam, ſeruitium. de
 4 clerici. non reſi. Et uidemus, quòd † Cardinales, qui ſunt in præſentia
 principis, alijs Cardinalibus abſentibus præferuntur. Bal. in rub. ff. de offi.
 procu. & Feli. in c. clerici. Et etiam Milites, qui ſunt in præſentia Princi-
 pis præferuntur. l. uni. C. de præpo. labo. lib. 12. & tamen non ſufficit ſola
 præſentia, ſed requiritur, quòd milirent, prout illum tex. intelligit Feli.
 ubi ſupra. uerſi. ſecundo fallit. Tertio, fortificantur prædicta, quia quan-
 do aliquid poteſt exprimi diuerſis modis, & exprimitur ſub uno nomi-
 ne, ſeu ſub uno uerbo, ex quo præſumi poteſt, quòd factum fuerit cõn-
 5 templatione magis uno modo, quàm alio diſponendi: † tunc ſumenda
 eſt interpretatio à uerbo, ſeu nomine expreſſo, argumento. l. annua. ſ. à
 Titia. & ibi glo. in uer. nominatorum. ff. de annu. lega. c. quoniam abbas
 de offic. delega. ubi, quòd delegatio fuit facta ſub nomine dignitatis, &
 propterea tranſit ad ſucceſſorẽ, quæ ſi ſub nomine proprio facta fuiſſet,
 non tranſiſſet. larẽ per Rot. Belleme. 39. ſubrogatus in locum. & per Ge-
 mini. poſt Archidi. in c. ſi gratioſe col. 2. uume. 11. & 12. de reſcr. lib. 6. Cùm
 autem Papa in regula noſtra potuiſſet exprimere alia uerba, dicendo,
 Præſentes in Vrbe, ſeu præſentes Romæ: & ipſæ expreſſerit per uerba,
 Præſentes in curia, uidetur feciſſe intuitu, & contemplatione curialira-
 tis, & ſeruitij in curia præſtandi. ſi enim dixiſſet præſentes in Vrbe, ſeu
 Romæ præſentes, uiſus fuiſſet ſimplicem præſentiam requiſuiſſe. Quar-
 6 to † Arguendo ab abſurdo. l. nam abſurdum. ff. de bo. liber. Alex. conſi. 83.
 lib. 2. nume. 5. Deci. conſi. 19. col. 3. in ſi. magnum uideretur abſurdũ, quòd
 uagans, & ocioſus, Romæ exiſtens, & qui forſan diu, noctuque crapulæ
 & laſciuijs operam daret, prout plerique ſunt ad Urbem accedentes, in
 eaque degentes, qui nihil boni penitus agunt, credentes, immo proſi-
 tentes ſibi hęc omnia licere, cùm nõ habeant, qui eorum uitas & actio-
 nes intueantur, & perquirant: præferretur in adeptione beneficiorum
 probò, & digno ac officijs diuinis continuo inſiſtenti: quòd durum ui-
 deretur. ad euitandum igitur abſurdum interpretatio facienda ſit, quòd
 Papa intellexerit de his, qui in curia Romana præclare & optimè ſe
 exercent,

exercent, ac digni ſunt propter eorum merita, & labores alijs antepo-
 ni. Et pro prædictis faciunt tradi. per Io. de Sylua. in tract. beneficij par.
 4. quæſt. 6. nume. 6. dum quærit, an omnes in curia Romana officiales
 gaudere debeant priuilegio, quòd non residentes pro residentibus ha-
 beantur. Prædicta opin. uidetur iuridica, & æqua: Qui tamen uellet
 contrariam opin. tenere, eam fundare poſſet, præſupponẽdo, quòd pri-
 uilegium huiusmodi prælationis per regulam ſit conſeſſum loco, & non
 perſonis: dico loco principaliter, licet perſonis in conſequentiam. & in
 hoc non refert, an fuiſſet dictum præſentes Romæ, ſeu in Vrbe, uel in
 curia, prout in tertio motiuo in cõtrarium factò: ſatis eſt enim, quòd Pa-
 7 pa uoluit priuilegiare ipſum locum curiæ, ſeu ipſam rem, uidelicet ipſam
 curiam. Tunc ſic, † perſonæ omnes exiſtẽtes in loco priuilegiato, etiam
 non ſe exercentes, ut alia, prout dicimus de perſonis non militanti-
 bus exiſtentibus in loco hoſtili, gaudent priuilegijs datis ipſi loco. Vnde
 etiam non Milites poſſunt teſtamentum condere modo, & forma, qui-
 bus Milites ipſi. eſt tex. in. l. uni. ff. de bono. poſſeſ. ex teſta. mili. eſt etiam
 text. clarus in. l. ſi. ff. de teſta. mili. & per glo. communiter approbaram
 in. l. ſeriniarios. C. eo. Deci. conſi. 284. uiſo puncto, col. 1. uerſi. & quia etiã
 eſt ſpeciale, ut in loco hoſtili & c. etiam melius col. 3. poſt prin. dum tenet
 contra Alex. ibi, ſed reſponderi poteſt, quòd illa iura loquuntur uniuer-
 ſaliter de omnibus, qui ibi reperiuntur. & poſtea ante ſi. col. 3. uerſi. ulti-
 mo non ob. quòd immo ille tex. uidetur generaliter habere locũ in om-
 nibus perſonis, quæ in tali loco reperiuntur & c. Idem concludit Pariſ.
 conſi. 32. ad reſolutionem num. 25. uerſi. comprobatur etiam uol. 2. Vnde
 remanet cõcluſio, quòd quicumque ſint in ipſa curia præſentes, gaudeant
 priuilegio ipſi loco conſeſſo, etiam ſi nihil penitus opertẽur. Ad contra-
 ria reſpõderi poteſt, & primo ad primum, negando, quòd unica tantum
 ratio, quæ eſt ſupra ſpecificata, reddi poſſit: & alia inter quas illa prin-
 cipalior, quòd pro decore & utilitate ipſius ſedis Apoſtolicæ ad hoc, ad
 eam ex omnibus partibus Mundi perſonæ cõcurrant, & propterea ple-
 raque priuilegia ad eam confluentibus conſeſſa ſunt, prout inter alia
 uidere eſt in c. 2. de priuileg. lib. 6. & in Bulla Eugeniãna cõtra ordinarios:
 quæ eſt in uiridi obſeruãtia, & ira exordiuntur, Quòd de diuerſis Mundi
 partibus ad ſedem Apoſtolicam confluit multitudo. Ad ſecundum re-
 ſpondeo, quòd dato, quòd ſecundũ alia iura interpretatio facienda eſ-
 ſet, melius quadrant dicta. l. ſi. ff. de mili. teſta. & l. uni. ff. de bono. poſſeſ.
 ex teſta. mili. pro declaratione huius noſtri quæſiti, quæ quaſi in termi-
 nis loquuntur, quàm iura ſuperius in cõtrarium allegata, quæ ad diuer-
 ſos fines, & effectus tendunt: & ratio caſuum eſt ſatis diuerſa. Inſuper
 reſponderi poteſt, quòd ſatis eſt, quòd exiſtẽtes in curia ſunt in poten-
 tia in

ria inferuendi, licet forsan actu non seruiant. Ad tertium est responsum supra, quod siue habuerit respectum ad curiam, uel ad Urbem, nihil refert: cum sit factum, quod loco ipsi privilegium sit concessum. ultra quod negari potest, quod id sit factum magis una cōtemplatione quàm alia, sed potius forsan ad inferendum, quod tale privilegium conceditur solum existentibus ubi sit curia: adeo quod, si curia (ut aliàs fuit Auinioni) alibi esset, forsan, existētes Romæ nō gauderent tali prærogatiua. Ex præmissis etiam sequitur solutio ad quartum. sint enim uacui, seu steriles, seruiant uel non, sat superque est, sint in loco privilegiato. Insuper pauci tales non habent subuertere generalem dispositionem, nec magis tales inertes sunt in curia Romana, quàm alibi. immo hīc pauci uacant, & qui negligunt, negliguntur. Immo qui alibi in suis proprijs laribus uitam silentio transigunt, ueluti pecora, uentri obediētes contra sententiam Crispi Salu. in prin. coniura. Catelinæ, illimet (iuxta eundem) negocijs intenti præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærunt: & si qui forsan somno, uinoque sepulti, inutiles penitus apparent, non est mirandum: cum & inter diligentissimos, & expertissimos apes ignauium fucus habitare soleat.

VIGESIMONONO quæro iuxta eandem partem, An habeat cum iure conformitatem? & Glossator dicit, quod est præter ius, sed tamen quod à iure toleratur alleg. l. uni. C. de castren. pecu. omni. palati. lib. 12. quæ ratio, licet in alia materia satis diuersa, facere uidetur in eo, quod privilegiat existentes in præsentia Imperatoris, & eos qui eius signa comitantur: uidetur differre à casu nostro. quia sequentes Imperatorem, qui præsto sunt actibus & c. ut ibi, uidentur quasi esse in castris, & in actu militari: at existētes in curia nihil, ut plurimum, pro summo Pontifice operantur: & quatenus opererentur, non essent in periculo uel uicini periculis, seu laboribus. dat postea aliam responsionem uideri meo satis frigidam uidelicet, quod præsentibus in curia, graues iniurias perferunt & c. ad not. in Auten. habita. C. ne fil. pro pat. melius dixisset, quod existentes in curia inuigilant studijs & sanctitati, uel saltem quod id facere deberent: & utinam id esset. fateor bene quoad extremū insudant inferuendo maioribus, & propterea cū fauor Cardinalium satis in eo consistat, quod ad sint summo Pōtifici, & sint præsentibus in curia ut dixi supra in 7. regula, & latè per D. Sarnen. in 17. quæst. de Impe. ben. uacan. per obitum fam. Car. & in prima de Valore nu. 11. rāquam pro maiori parte cōmorantes in Cur. Ro. inferuiant immediatè, uel mediatè summo Pontifici, uel Cardinalibus uel alijs prælatis, meritò habeant istam prærogatiuam, uel potius privilegio huiusmodi gaudeant ipsi curiæ, & sic loco, concesso: prout dixi in proxima præcedenti quæst. Vel etiam potest dici, quod

2 ci, quod ÷ Romana curia habet priuilegia aliorum studiorū generalium, etiam circa absentes ab eorum beneficijs, quod percipiāt fructus in absentia. c. 2. de priui. lib. 6. c. si. de rescri. ubi concessiones, quæ ibi reuocantur, parificabant, quod quis esset in scholis, aut in Romana cur. lib. 6. & ibi glo. in uer. Romana. Est tamen aduertēdum, quod dicta iura, & alia, quæ allegari possent, non loquuntur quoad præcedendum super beneficijs: immo concludendū est hanc sextam partem regulæ nullam conformitatem cum iure habere, & si quam haberet, nulla maior considerari potest, quàm illa rex. in. l. si. ff. de mili. testa. quod sicut locus hostilis priuilegiatus est, ita & locus curiæ, prout in præcedenti quæst. dixi. Sequitur quod hæc pars regulæ est exorbitans, odiosa, & restringenda: quod tanto magis concludemus, si Philosophorum dogmata intueamur. quid enim refert gratia in aliquo loco præsentibus an absentibus fiat iuxta sententiā Epicuri, de qua per Diogenē Laert. in eiusdem uita post epistolam de Metheoris Pythocli transmissam sub has uerbis? Nam siue crucietur excarnificeturque sapiens, futurum nihilominus felicem, gratiamque amicis, præsentibus atque absentibus habiturum. sapiētem solum, atque item in itinere & c. Aliud priuilegium præsentium in curia, quod uigore expectariuarū possint acceptare in genere beneficia uacantia extra curiam, & habita notitia uacationis declarare in specie. ponit Cassado. Deci. 3. in princi. solent præsentibus in curia, sub titulo de concess. præben.

3 **TRIGESIMO** iuxta eandem partem quæro, quid si ÷ præsens in curia statim habita, seu obtenta gratia recedat, an sit locus regulæ? Pro parte negatiua facit, quia præsens non dicitur in loco aliquo, qui nō persistit. est rex. in. l. si pro parte. §. uersum autem sic accipimus, ut duret uersum. ff. de in rem. uers. l. postlimij. §. captiuus. ibi, & non habuerat animum Romæ remanendi. ff. de cap. & postli. reuers. l. 1. §. habitare. ibi, qui nō ibi inhabitat, sed tantisper hospitatur. ff. de his, qui deiecer. uel effuder. glo. in. l. 2. §. permittitur, in uer. Domum. ibi, licet non sit modò præsens. & ibi Barr. nume. 7. ff. de lib. agno. Bald. in. l. si quis hæredem nume. 6. uers. Item facit ad quæst. de marito, ubi uxor instituta, si assumpserint habitū tertij ordinis, si postea deponat, priuatur. & ibi etiam Saly. in 2. oppo. C. de instit. & substit. Roma. consi. 255. quoad primum ante si. uers. primo, quia dum Papa & c. latè per Deci. consi. 177. quod supra col. si. faciunt tradi. per Feli. in c. Rodolphus de rescri. nume. 13. ubi quærit de nato in ciuitate ex parentibus transeuntibus. & tanto magis prædicta præcedere debent, cum ista pars regulæ (ut dixi) uideatur à iure exorbitare. Qui tamen uellet contrarium tenere, posset respondere, quod cōtraria præcedant in actibus nō perfectis, uel iam completis, uel in habentibus tra-

cum successuum, seu de futuro, prout exemplificat Deci. ubi supra. In
 super, quod sufficiat, sit præsens tempore prouisionis beneficij, nam cum
 hic disponatur, quod inter obtinētes gratias beneficiales, præsentes ab-
 3 sentibus præferantur: ista qualitas præsentia litatis adiecta uerbo, Obtri-
 nent, intelligitur & requiritur secundum tempus uerbi. l. in delictis. §. si
 extraneus. qui rex. loquitur propriè in terminis nostris de præsentia re-
 quisi. ibi, cum eo tempore præsens non fuerim. l. Titius, & ibi Bart.
 ff. de mili. testa. l. 3. ff. de au. & argen. lega. Bar. in. l. ex facto. ff. de uulg. &
 pupil. Dec. consi. 114. & pro tenui. in. l. 129. & pro tenui nu. 5. ubi dispo-
 sitionem testatoris, quod eligatur, & præferatur præbyter, interpreta-
 tur, quod præbyteratus requiratur tempore electionis. & Deci. consi.
 684. consului aliàs nu. 4. Mil. in repert. in uer. qualitas adiecta: ubi etiam
 quod nõ sufficeret, quod ante uel post illud tempus adesset. Idem dici-
 4 mus in substitutione, si decesserit sine filijs. tempore enim mortis super
 existentibus filijs, euanescit substitutio, quicquid postea de liberis con-
 tingat: per text. in. l. cum uxori. C. quan. dies lega. cedit. pulchrè per Ol-
 dra. consi. 21. Thema tale est numè. 1. sequitur Deci. consi. 377. uisus & di-
 ligenter. numè. 1.

TRIGESIMO PRIMO è conuerso quæro, quid si solito persistere in
 curia, tunc tamē absenti, sed cito reuersuro. fiat gratia; an habeat locum
 priuilegium istius regulæ? Et uideretur responderi debere affirmatiuè,
 2 Quia præsens reputatur & in eo loco esse, à quo statim reuersurus dis-
 cesserat. dicta. l. postliminii. §. captiuus. ibi, quia iurauerat Carthaginem
 se reuersurum & c. & l. nihil. ibi, si ea mente ueniret, ut non illò reuerter-
 retur. nec enim satis est corpore domum quem rediisse, si mēte alienus
 est. ff. de capt. & postli. reuers. Bal. in auth. habita. numè. 21. uers. sed quid
 dictus scholaris, qui recedit finito libro & c. C. ne filius pro pat. & not.
 Alex. in addit. ad Bar. in. l. præsens de procu. in uer. præsens uideretur me-
 dium. Feli. in c. quoniam frequenter. ut lit. nõ conte. & qui casualiter ab
 est, non dicitur abesse. l. quæsitum in fi. & ibi Bar. ff. de lega. 3. Dec. consi.
 533. aliàs scripsi numè. 3. & pro præmissis omnibus Nico. Mil. in repert. in
 uer. præsens in loco censetur. Contrarium est tenendum, quia regula re-
 quirat ueram præsentiam, & non fictam: & etiam quia, ut dixi, exorbi-
 rat à iure, ideo nõ extendenda ad casum fictum: Item quia, ut probaui
 in præceden. quæst. ista qualitas requiritur tempore obtentæ gratiæ. Et
 cum, ut dixi, ista pars regulæ sit strictè interpretanda, præsentis in stri-
 cta significatione dicimus intra muros, absentes uerò extra muros. Io.
 And. in c. ubi periculum col. 1. numè. 5. de electio. lib. 6. per illum text.
 uers. hoc sacro. & ibi pulchrè per Gemina. numè. 5. & 6. quæro quan-
 do dicantur Cardinales absentes. sequitur Feli. in præleg. c. quoniam
 frequenter

frequenter ut lit. non conte. nu. 10. uers. tamen propriè, & strictè absens
 dicitur, qui non est in ciuitate & c.

TRIGESIMO SECVNDO quæro, † An absens causa sedis Apostolica
 gaudeat prærogatiua huius regulæ, ut præsens reputari debeat. Pro par-
 2 te affirmatiua facit, quod † absens pro Episcopo, seu causa Episcopi pro
 præsentis reputatur, & præsentium priuilegijs gaudet. c. scire. 7. quæst. 1. c.
 de cætero & c. ad audientiam uers. decernimus de cleri. non res. & c.
 ff. in. fi. de uer. signi. lib. 6. Bal. per illum text. in. l. iuris peritos uer. no. ex
 hac. l. arg. ubi, quod clericus, qui est in seruitio sui prælati, reputatur pro
 præsentis: & ita non est facienda distinctio loci, quasi dicat, non est cu-
 randum, in quo loco sit. sat enim est, quod inferuiat suo prælato. ff. de
 3 excu. tuto. Idem etiam dicimus in † absente pro sua Ecclesia. c. ex parte
 el. 2. & in præalle. c. ad audientiam in fi. de cleri. non res. c. uni. eo. lib. 6.
 post medium. ibi, aut euidens Ecclesiæ utilitas excusaret. Oldra. consi.
 48. ius commune in prin. Paris. consi. 31. licet regulariter num. 2. & nu. 18.
 4 & seq. uolu. 4. Sic & † Absens pro Romana Ecclesia, seu pro sede Apo-
 stolica præsens omnino reputari debet. c. cum dilectus de cleri. nõ res.
 pulchrè per Oldra. in dicto consi. 48. ubi, quod tanto magis procedat in
 absentibus pro seruitio Romanæ Ecclesiæ: quæ mater est omniū, & ma-
 gistra, & quæ omnium Ecclesiarum gerit sollicitudinem, siue curam,
 Mil. in reperto. post princi. in uer. absens in seruitio Papæ. Fede. de Sen.
 cõsi. 246. de iure communi post medium. uers. Item si canonicus est ab-
 sentis pro seruitio Ecclesiæ suæ, uel d. Episcopi, uel Papæ. Nic. Boe. Dec.
 17. & super hoc num. 7. & 8. & per totam Dec. Insuper facit dictum Bal.
 in rub. ff. de offi. Procons. in fi. ubi uoluit, quod Cardinales in curia, & in
 præsentia Papæ sint digniores alijs existentibus extra, intelligēdo & li-
 mitando prout facit Feli. in c. clerici de iudi. col. fi. nu. 5. in 2. fallen. quod
 sit uerum, nisi Cardinalis extra curiam esset legatus: tunc enim infert,
 quod sit æqualis, & sic gaudeat eisdem priuilegijs, ac si præsens esset. &
 summa quidem ratione, quia inferuiens sedi Apostolicæ, & pro ipsa, ac
 pro summo Põtifice absens, præsens reputari debet, omnibusque pri-
 uilegijs præsentibus competētibus frui. Et si aliud obseruaretur, seque-
 retur inconueniens, quod nemo uellet exire curiam Romanam, nec se
 itineri, laboribus, ac periculis inutiliter exponere. Cum tamē uideamus
 per Legatos seu Nuncios Apostolicos, prouincias regi; ad fidem & de-
 bitam obedientiam nationes plerasque reduci, populos mitigari, & in-
 strui, ipsosque summos Principes ad concordiam & unanimitatem in-
 duci, & impelli. Prædicta opin. uideretur sustentabilis, & humana, me ta-
 men ualde retrahit conclusio supra facta, quod pars ista regulæ non ha-
 beat cum iure cõmuni conformitatem, & sic sumus in stricta interpre-

ratione: & cum impossibile sit, quod absens sit praesens, licet quandoque pro praesente habeatur: quod tamen est ex fictione, & contra proprium significatum uerbi, prout uoluit Archidi. in c. si. de consue. lib. 6. Et licet ibi Io. And. & Gemini. num. 6. & seq. super dubio supposita consuetudine, quod soli praesentes optari possint, an qui est in seruitio Papae optare possit, diuersimodè distinguant, & respondeant: Ego breuiter dico, quod casus iste fictus, nec à iure, nec à Doctoribus ad effectum nostrae regulae est æquiparantur. Vnde cum simus in materia stricta, odiosa, & exorbitanti, quicquid supra dictum sit, facile sustineri posset talem causa sedis Apostolicæ absentem non gaudere praerogatione huius partis regulae: sed bene supradictis & alijs priuilegijs, de quibus in iure est cautum. Immo ipse Domini. ubi supra, uidetur concludere, quod dispositio contra ius commune loquens de praesente, non habeat locum in eo, qui per fictionem habetur pro praesente. sequitur Deci. consi. 541. uisa donatione col. 4. in prin. nume. 14. consi. 695. col. 3. ante si. nume. 21. Vel etiam dicere possumus istum esse casum omisum à statuto, remaneat ergo in dispositione iuris communis, ad Bald. in. l. si plures col. penul. uersi. in contrarium uidetur, quod iste est casus & c. C. de condi. infer. cum ergo in iure communi non habeamus hunc casum ad terminos nostros reducibilem decisum, dicendum talem absentem, in regula non comprehendit.

TRIGESIMOTERTIO quæro cum Glossatore hic, An pars istius regulae habeat locum in ordinario, ita ut prouisus ab eo in curia existens praeratur Apostolico à curia absentis? Ipse breuibus agens cõcludit pro affirmatiua, siue ordinarius prouidens sit in partibus, siue in curia. allegat Inno. in c. quia diuersitatem ante si. de concess. praeben. ad probandum, quod ordinarius potest beneficia Romæ conferre: allegat etiam c. si tibi absentis. de praeben. lib. 6. forsân ad probandum, quod collatio potest fieri absentis, de quo tamen non erat dubitandum, & sic ipse remanet nihil aliud adducens. Ab ipso igitur, & non ab alio quæstionem huiusmodi propositam, sed non discussam inuenio: quam tãquam utilem, & in dies praticabilem, ad partes disputabo. Et primo, pro parte negatiua cõtra Glossatorem facit, quod omnes partes istius regulae uidentur intelligendæ cæteris paribus. si autem exemplificamus, prout facit Glossa. quod eodè tẽpore duo sint prouisi, unus à Papa, alter ab ordinario, † Apostolicus praerari debet. c. si à sede. §. si uerò neuter, & ibi oēs. de praeben. lib. 6. cle. l. in si. ut li. penden. sequitur igitur, quod cum in casu proposito cætera non sint paria, non sit locus regulae. Secundo, † Verba ubi non cõueniunt, dispositioni non est locus. l. dies cautioni. §. toties & ibi no. Bart. ff. de dam. infe. l. ita autem in prin. & ibi Bar. ff. de admini. tuto. c. indemnitatibus. §. penul. de electio. Deci. consi. 364. uisus his col. 2. post medium.

uerba

uerba autem aliqua regulæ non conueniunt extra curiam, prout ante si. ibi. Qui prius literas Apostolicas & c. ordinarij autem literæ non sunt, nec dici possunt Apostolicæ: ergo regula non loquitur, nec operatur in ordinarijs, nec extra curiam. Tertio, & fortius, cum etiam ista pars regulæ possit intelligi super uacaturis: disponit enim quod de concurrentibus super uacantibus, seu uacaturis praesentes in curia, praerantur: † ordinarius autem, seu quiuis alius (excepto summo Pontifice) non potest concedere gratiam ad uacatura. c. 2. & seque. & c. ex renore de concess. praeben. c. dilectus filius el. 1. §. cum ergo de praeben. c. licet in princ. eod. lib. 6. cum glo. in uer. uacaturis: sequitur quod ista pars regulæ non respicit: nec comprehendit ordinarios. Quarto, quia iste casus à Glossatore positus, quod ordinarius in partibus existens, prouideat praesenti in curia Romana, uidetur rarò contingens. † Lex igitur, siue cõstitutio non uidetur ea, quæ rarò accidant respicere & concernere. l. nam ad ea. ff. de legi. l. ea, quæ rarò. ff. de reg. iur. l. iusto primo responso in si. ff. de usu. cã. glo. penul. in c. literas, quæ alle. concordan. de desponsa. impu. Deci. consi. 344. applaudet rationes ante numerum 2. uersi. quia dispositio statuti & c. Quinto & ultimo, in dubio interpretatio facienda ueniret pro hac parte negatiua. cum ut in alijs praecedentibus quæst. probatū sit, partem istam regulæ esse exorbitantem, & odiosam: unde meritò collationis ueniat. Pro parte uerò affirmatiua facit identitas rationis, collationis Papæ, & ordinariorum quoad dubium propositum. cum enim (ut aliàs dixi) priuilegium istius partis regulæ sit locale, id est concessum loco, uide licet existentibus in curia, & sic respectu ipsius loci, hoc est ipsius curiæ, ut plerique incitentur ad eam sequendum: sequitur quod siue prouisio fiat per Papam, siue per ordinarios, dummodo in fauorem existentium in curia, idem sit, nec aliqua rationis diuersitas assignari possit: quod sit ut † indefinita æquipolleat uniuersali. l. si plures gradus. ff. de lega. 3. l. si pluribus, & ibi Bar. ff. de lega. 2. Bart. post glo. in. l. i. ff. de reg. iur. nume. 3. Cur. Iun. consi. 107. praesupponitur in facto nume. 3. & 4. ubi, quod etiam procedat in statutis: etiam correctorijs. Indefinita igitur operabitur hoc modo, quod omnes praesentes in curia à quocunque, seu qualitercunq; prouisi, quibuscunque absentibus praerantur. Quid tenendum? prima opin. contra Glossatorem uidetur pluribus argumētis fundata, qui uerò uellet ipsius opin. tenere, ad contraria supra adducta posset respondere ut infra. Ad primum necesse esset negare, quod tota ista regula intelligitur cæteris paribus: praesertim quod in ea parte, in qua Papa uoluit illam procedere cæteris paribus, id expressit, prout fecit infra in 9. par. ibi, & cæteris paribus, oriundus non oriundo: & cum in illa parte tantum hoc expresserit, in alijs uidetur aliter uoluisse, argumentò. l. cum Praetor

HH ij cum

cum uulga. ff. de iudi. Et quandoquidem necessarium esset tenere, quod omnes partes debeant intelligi ceteris paribus, posset negari esse in consideratione istam disparitatem prouisionis ordinarij ab Apostolica, cum in reliquis sint pares, uidelicet in dara, & in omnibus alijs. Et si qua disparitas sit, & inferioritas in illa ordinarij, tantus sit fauor præsentialitatis in curia, quod ista per regulam nostram præponderare debeat. Ad secundum fundamentum responderi potest, quod satis est, quod uerba huius partis conueniant. pars igitur ista, quia in ordinarijs uerificari potest, uerificetur, & si alia non possunt, non extendantur. Ad tertium respondeo, quod uerificari poterit ista pars regulæ quoad Papam in uacantibus, & uacaturis: quod uerò ad ordinarios, quod ad uacantia tantum:

7 Nec inconuenit, quod eadem dispositio, eademque res, diuersis causis. diuersisque rationibus, diuerso iure censeatur. l. miles. §. pro parte. ff. de lega. 2. ubi in prælegatis, pars habetur iure hæreditario, pars iure legati. & per illum tex. dixit Bal. in l. filium quem col. 3. in. 4. oppo. uerfi. ista ratio. C. fami. erciscun. quod eadem res diuisibilis, concurrentibus diuersis causis potest diuerso iure ceneri. & per Abb. in c. cum in tua. in fi. de decimis, & nouissimè per And. Tiraq. in pulchro tracta. Vtriusque retractus. glo. 18. §. 1. nume. 23. pagina mihi. 348. Ad quartum, quod iste sit casus rarò contingens, hoc negari potest, cum ius disponat posse absentis beneficium conferri, c. si tibi absentis de præben. lib. 6. Insuper possunt dari tres respõsiones, de quibus per præceptorem meum D. Philippum Dec. in præalleg. l. ea quæ rarò. ff. de regu. iur. uidelicet, quod secus sit, si naturaliter contingat, per tex. in l. si maior quinquagenaria. C. de legit. hæredi. Item nisi de illo iure speciali expressè dictum sit. Tertio, quod contraria procedant, antequam actus sequatur, secus est eueniente postea illo casu speciali. Potest dari etiam alia respõsio in casu nostro, que est, quod licet uno respectu, uidelicet quãdo ordinarius est in partibus, & prouider existenti in curia: tamen in altero casu uidelicet, quando est in curia, & prouidet existenti in ea, istud non solum non est ratum, immo ratum est contrarium. solet enim prouidere suis, seu secum commorantibus, uel alijs in curia presentibus ad eorum, uel aliorum preces. Ad quintum respõderi potest, quod dato, quod pars ista regulæ sit exorbitans, & odiosa, non excluditur ista interpretatio, quæ est comprehensua, non extensua: & tanto magis concurrente identitate rationis ad Alex. & alios in l. si constante. ff. solu. matr. Ex præmissis constat, quod quæstio ista est satis disputabilis, licet Glossator sicco pede pertransierit.

1 TRIGESIMO QVARTO iuxta. 7. & 8. par. quero, † An sint iuri, & rationi consonæ, & sic fauorabiles, & ampliandæ? Et concludo quod sic. regula enim uult, quod si sint duo præsentis in Curia Romana, seu sint

duo absentes, quorum præsentium unus, seu quorum absentium alter sit beneficiatus, alter non: ille qui non est beneficiatus præferatur. & sic in effectu uult, quod inter duos pares in curia, uel inter duos absentes inter se non beneficiati, beneficiatis præferantur. In primis ista habent conformitatem cum iure diuino. Iubet enim Deus Leui. 19. post princ. & Deutero. 24. ante fi. ne diuites agrum suum penitus demeterent, neue omnino uindemiam facerent, sed spicarum, & racemorum partem, quibus pauperum uita sustentari posset, dimitterent. Absorum igitur esset,

2 ut unus plura beneficia obtineret, alter uerò, nullum. † Beneficia enim respectu temporalium, fructuumque & reddituum instituta fuere, ad effectum ut qui altari seruiret, de altari uiueret, iuxta uetus Testamentum Deutero. 18. in princ. & iuxta Apostolum. 1. Corinthi. 9. ante medium. c. ex his in fi. 12. quæst. 1. c. cum secundum Apostolum. de preben. ubi, quod

3 † clerici uiuere debent de patrimonio I E S V C H R I S T I. si igitur unus est beneficiatus, alter non, consequens est, & rationale, ut iste beneficietur potius, quàm ille iam beneficiatus ulterius repleatur: cum ille habeat unde se ex altari sustentet, hic non: & de iure beneficiato non debet aliud beneficium conferri. c. 1. & sequ. 21. quæst. Et adeo iura abhorrent † beneficiato aliud beneficium conferri, ut nisi de beneficio, quod obtinet, fiat mentio, resultat nullitas prouisionis ipso iure. c. cum adeo. & c. postulasti in fi. & c. si proponente. & ubique per Docto. de rescri. & c. cum teneantur de præben. c. 1. de cõsue. lib. 6. glo. si. in fi. in c. super inordinata. de præben. Quæ dispositio procedit etiam in Legato. c. si. de offi. Lega. lib. 6. cle. si. de offi. ordi. Fede. de Sen. consi. 73. factum tale est.

5 Insuper † arguendo de matrimonio temporali, ad spirituale, ad c. inter corporalia post princ. de transla. Episco. c. quoniam frequenter. §. porro in prin. ubi causa electionis, & matrimonij æquiparantur: sicut igitur nõ licet habere duas uxores, ita nec regulariter habere duo beneficia, per Collectan. in c. de multa num. 11. de præben. uerfi. quid si clerico conferantur duo beneficia & c. Sequitur igitur, quod ex omni ratione nõ beneficiatos maiori fauore prosequi debet Papa, prout meritò fecit in hac regula.

1 TRIGESIMO QVINTO iuxta easdem partes quero, † An regula ista procedat in non sufficienter beneficiato? Ista quæst. potest duobus modis intelligi. uno, an non sufficienter beneficiatus, ex privilegio huius regulæ præferatur beneficiato sufficienter. altero, an non sufficienter beneficiatus, uigore huius regulæ excludatur à non beneficiato. Viderur

2 concludendum, quod † beneficiatus non sufficienter pro non beneficiato habendus sit, ad text. in c. studeat in fi. ubi, quod beneficium tale conferatur, quo & ipse, & sui sufficienter possint habere suæ sustentationis sola-

nis solatium. 50. distin. c. cum adeo, ubi, quod rescriptum Papæ non valet, quia scripserat pro sufficienter beneficiato, quod beneficiaretur. igitur contrarium dicendum fuisset, si scripserat pro non sufficienter beneficiato: & c. postulasti ante si. ubi, quod non dicitur carere beneficio, cui est prouisum competenter de prouentibus perpetuæ Vicariæ: ergo si non competenter, diceretur carere beneficio, & sic pro non beneficiato habitus fuisset. & postea sequitur, quod pro habente sufficientis beneficii subsidium, pro eo beneficiando, non de facili Papa rescribit: secus ergo pro non sufficienter beneficiato. de rescr. c. cum teneamur de præben. ubi quod ad mandatum Papæ non tenetur quis prouidere illi, qui tacuit se habere sufficientis beneficium, cum glo. in uer. sustentari in prin. & faciunt cumulata Io. de Syl. in tracta. de beneficio par. 1. quæst. 5. in 8. requisito nume. 167. cum pluribus sequen. Insuper pro hac opin. uidetur tex. in terminis in t. c. is cui. de præben. lib. 6. ubi habens facultatem Apostolicam prouidendi de beneficio personæ idoneæ, non potest prouidere sufficienter beneficiato: à contrario sensu, prouidere potest non sufficienter beneficiato: & ita concludit ibi glo. in uer. sufficientis. & Archidi. post prin. uerfi. non potest. sumpto argumento à contrario uidetur, quod possit prouidere ei, qui non habet sufficientis, & postea nume. 1. sequitur Gemini. num. 9. & Fran. num. 3. super 3. glo. amplians ex mente Rotæ, etiam si quis haberet tria, uel quatuor beneficia insufficientia: uoluit allegare in no. 445. si Legatus col. 3. uerfi. dicit tex. quod non, dummodo illud beneficium sit sufficientis, aliàs si haberet tria uel quatuor insufficientia & c. facit Paris. consi. 40. quamuis Ioannes nu. 17. & seq. uol. 4. Accedit, quod iura, quæ prohibent beneficiatum beneficiari, limitantur habere locum solum in sufficienter beneficiato, prout tex. in c. super inordinata cum glo. si. quæ exponendo uer. Beneficiati, intelligit de sufficienter beneficiatis, & tex. in c. quia in tantum. ubi, quod quis non debet habere plures Ecclesias. de præben. iuncta declaratione. Archidia. in præallega. c. is cui num. 1. eo. lib. 6. & ibi plura allegat. & per Abb. in dicto c. quia in tantum in l. nota. ubi limi. nisi Ecclesiæ sint tennes. Contrariam opin. ueriorum puto, quod immo ad effectum nostræ regulæ non sufficienter beneficiatus comprehendatur. Tum quia est iuri consona, fauorabilis, & amplianda, ut in præceden. quæst. probaui: & sic cum ex proprietate uerborum beneficiati etiam non sufficienter, beneficiati uerè dicuntur, ut in iuribus supra allega. uerba igitur cum conueniant, dispositioni locus esse debet. Ita autem in princ. & ibi no. Bar. ff. de admini. tuto. c. indemnitatibus. §. penul. de electio. Tum etiam quia ratio regulæ, quæ uidetur esse, ne unus repleatur beneficijs, alter uerò sterilis remaneat contra præceptum diuinum, de quo Leuiti. 19. post prin. & Deutero. 24. ante fi.

te si. & dixi. in præceden. quæsti. Insuper arguendo à matrimonio temporali, fat sibi sit qualem, qualem quis sibi uxorem parauerit. dicente aliquis aliam ducam uxorem: Mea enim est breuis staturæ, est deformis, uel parum utilis: imputet sibi, qui ralem duxit. debebat enim scire, cautius negociari. sic & ille imputet sibi, qui tenue beneficium acceptauerit, seu impetrauerit iuxta glo. in c. Clericus in uer. necessitatem post princ. uerfi. sic nisi iste sciens à principio recepit pauperem. unde imputet sibi. 21. quæsti. 1. Immo clericus, qui non est sufficienter beneficiatus, habet remedium sui laboris, ut etiam in sudore uultus sui uescatur pane suo ad c. clericus uictum 91. distin. Syl. de beneficio par. 1. quæst. 5. nume. 170. Ad omnia contraria responderi potest, quod loquuntur in diuersis terminis, & propter odium, & ambitionem impetrantiu: Et quod satis est nobis, quod ex proprietate uerborum interpretatio, de qua supra, sustineatur. Insuper negari potest, quod beneficiatus non sufficienter, haberi debeat pro non beneficiato: immo in mentione facièda communis est opin. quod t de quocunque etiam modico beneficio, mentio fieri debeat. c. cum adeo c. postulasti c. si proponente de rescr. c. cum teneamur. cum glo. in uer. sustentari post princ. ibi, sed tutius est, quod de ipso faciat mentionem, quantumcunque sit modicum & c. præalleg. c. super inordinata cum glo. si. in si. de præben. c. si motu proprio in 2. responso. & ibi per glo. in uer. modicum. & glo. seq. glo. in præalleg. c. is cui. de præben. lib. 6. in uerbo. sufficientis. ibi, dummodo in collatione faciat mentionem de primo & c.

1 TRIGESIMOSEXTO quæro, tan appellatione beneficiati ueniat pensionarius ad effectum nostræ regulæ? Pro parte affirmatiua facit, quod

2 t beneficii appellatione uenit pensio ex iuris interpretatione. glo. in cle. 2. §. dignitatem in uer. quodcunq; beneficium de uir. & hone. cleri. Feli. in c. postulasti num. 8. in 4. declara. de rescr. & in c. de quarta col. 5. nu. 16. uerfi. sicut pensiones, & præstimonias & c. de præscrip. Caccialu. in tract. pensio. in ult. quæst. nume. 2. & Hiero. Gig. in e. tracta. quæst. 28. num. 11. uerfi. & primo, secundum Caccialu. Secundo, cum ut supra in 34. quæst. probatum est, pars istius regulæ est omni iuri consona, ac fauorabilis extendèda, & amplianda: nos autem habemus, quod in materia fauorabili, t beneficii appellatione indistinctè uenit pensio. Abb. in c. ad audientiam el. 2. de rescr. in l. no. uerfi. dicerem tamen ponèdo ueritatem, quod annua pensio est beneficium, sumendo beneficium latè. Io. Crot. de Monte Ferra. in rub. de rescri. in prin. Gig. in præalleg. tracta. pensio. quæst. 28. nume. 18. in 2. limi. & Feli. in præalleg. c. de quarta. de præscrip. nume. 16. & ante uerfi. & si aliqua dispositio iuris, uel regularum continens materiam extendibilem & c. Terrio, pro ista parte affirmatiua facit idem

cit identitas rationis, quæ fuit privilegium paupertatis, & ut qui altari seruit, de altari uiuere debeat. cum igitur regula iuri, & rationi conformis disponat, quod præferatur, & sic prius beneficietur nõ habes, quam habens: siue habeat beneficium, siue pensionem, idem censeretur debet: satis igitur est prouisum habenti pensionem, sicut habenti beneficium. At ubi t eadem est ratio, eadem debet esse iuris dispositio. l. si postulauerit .s. ratio. ff. de adulte. l. illud uerfi. sed magis uisum est. ff. ad leg. Aquil. & ibi glo. in uer. æstimari dat concordan. l. à Titio. & ibi latè Iaf. col. 3. ff. de uerb. oblig. Oldra. consi. 185. Thema tale est, Titius. in fi. ubi etiam, quod runc non dicatur lex extendi, sed enucleari. & glo. in. l. sed & si lege in .s. & puto posse in uer. habeant ante si. inuehit contra notantes, seu considerantes diuersitatem casuum ratione contemptra. ff. de peti. hæredi: & Calderi. consi. 1. an sit licitum sub titulo de regula cir. medium uerfi. nec ob. dicit, quod ratio est lex communis. Quarto, in materia regularum uidemus æquipari istos duos casus, siue quis habeat beneficium tantu ualoris, siue tanta pensio sibi debeat, & super hoc facta fuit regula cancellariæ. prout testatur, & eam declarat Staphi. super signatu. fol. 22. à ter. in uer. ex prædictis etiam colligitur uerfi. tandem propter prædictas opin. Docto. & c. & D. Sarnen. qui loquitur quasi per eadem uerba in tracta. expecta. nume. 76. & 77. Similiter igitur uidetur facienda equiparatio, seu interpretatio in regula nostra. Pro parte uerò negatiua, quam ueriores puto, facit, quod t beneficij appellatione non uenit pensio regulariter ex proprietate uocabuli, est text. in c. quamuis el primo de præben. lib. 6. ubi, quod uigore mandati de prouidendo de beneficijs, non potest prouideri de pensione. & ibi not. Gemini. quod appellatione beneficiorum non comprehenduntur pensiones. facit etiam text. in c. ad audientiam el. 2. ubi beneficium, & annua pensio ponuntur ut diuersa. prout ibi etiam Abb. in. 1. nota. de rescri. Rot. 209. no. quod pauper in anti. & 11. Bisigne. de præben. utrum si intitulatus ad certam pensionem in antiquo. Syl. de beneficio par. 1. quæst. 3. nume. 11. uerfi. ex quibus etiam sequitur, quod appellatione beneficij & c. Caccialu. in tracta. pensio. quæst. 30. in prin. & nouissimè per Gigan. in eo. tracta. quæst. 28. in prin. cum igitur simus in interpretatione regulæ cancellariæ, quæ ad instar statuti secundum proprietatem uerborum declarari debet, nõ debemus ab ipsa proprietate, & uero significatu uerborum recedere, uulg. l. non aliter. ff. de lega. 3. Et quod in regulis cancellariæ, beneficiu & pensio ponantur pro diuersis firmat solennis Doct. Hier. Gigan. in alle. tracta. pensio. quæst. 67. ante si. uerfi. Quia in regulis cancellariæ. Secundo dato, & non concessio, quod aliquando appellatione beneficij inueniamus factam interpretationem de pensione, tamẽ nunquam crediderim inueniri,

inueniri, quod appellatione beneficiati, ueniat pensionarius. immo nullo modo pensionarius potest dici beneficiatus, sed contra beneficiatus dicitur, licet pensionem soluat. Oldra. consi. 168. ad primam quæsti. ante si. sequitur Staphi. super signatu. fol. 22. à ter. uerfi. hoc etiam sentit Oldra. & D. Sarnen. in tracta. expecta. nume. 75. uerfi. ut dicitur, quod pensio non dicitur beneficium & c. Tertio, secundum comunem usum loquendi, maxima est differentia, an dicamus, quem beneficiatum, an pensionarium: & nunquam dicendo beneficiatum, intelligemus pro pensionario. t Communis aurem usus loquendi, seu communis intelligentia præfertur etiam propriæ significationi uocabuli. l. Labeo. ff. de suppelle. lega. l. cum de Lanionis. s. alinam molendinariam uerfi. optimum. ff. de fun. instr. l. librorum. s. quod tamen Casius uerfi. nemo. n. ff. de leg. 3. c. quãquam 2. quæst. 7. c. quamuis. & ibi Abb. de uerb. signi. Deci. consi. 472. restator legauit nume. 12. Cassado. Deci. uni. de cleri. non res. ubi facit similem ponderationem, & quasi in casu nostro. Immo in terminis fortioribus decidit Abb. consi. 47. illud de iure quæritur uol. 2. nume. 4. ubi post subtilem disputationem, an præstimonium comprehendatur sub nomine beneficij, ponens plura signa præstimonio conuenientia, atq; alijs beneficijs, tandem uerfi. sed his nõ obstan. concludit attenta comuni intelligentia, aliud dicendum esse, quod immo t præstimonium nõ ueniat appellatione beneficij. sequitur Feli. in præalle. c. postulasti nume. 8. in 4. declara. de rescri. Si igitur stante communi usu, præstimonium, cui quasi in omnibus conuenit definitio, seu descriptio beneficij, sub illius nomine nõ uenit, multo minus pensio diuersissima à beneficio: & multo minus appellatione beneficiati pensionarius, cum unum nomen ab altero penitus diffonet. Ex præmissis patet solutio ad contraria. sigillatim autem respondendo, nõ obstat primum motiuum, quia procederet adiecto uerbo uniuersali, puta Quilibet beneficiatus. Insuper attrito communi usu loquendi, non est ulterius quærendum. Ad secundum dico, quod non uenit ex proprietate uocabuli, unde nõ debet fieri talis interpretatio in regulis cancellariæ, quæ sunt propriè interpretandæ, ut dixi. Nec ob. tradi. per Feli. in præalle. c. de quarta de præscrip. ante numerum 16. ubi etiam loquitur in regulis, quia eius opin. non est uerè firmata, & in hoc melius uidetur loqui Gig. in alle. quæst. 67. ante si. de pensio. Insuper resistit (ut dixi) communis usus loquendi. Insuper Feli. loquitur, in regulis resistentibus fraudi, in quo casu non sumus. Vltimo loquitur, quando per uerba uniuersalia, extra quem casum nos sumus. Ad tertium, negatur, quod sit eadem ratio. in multis differt. maius enim odium est habere plura beneficia, quam plures pensiones. potest enim unus habere beneficium de iure, licet redditus essent ad mille ducatos, & tamen non potest

potest habere centum beneficia, quorum quodlibet ualeat decem ducatos. at in pensione quid refert, habeat unam pensionem, mille, ac centum pensiones decem ducatorum? Insuper pensionarius non tenetur residere, nec pleraque alia facere, quæ beneficiari. Et quatenus etiam adesse similitudo rationis, propter communem usum loquendi, de quo supra, faciēda est interpretatio, ut præmissi. Ad quartum facilis est responsio, quod nunc non uiget illa regula, sed expirauit. & quatenus esset æquiparatio, foret in diuerso casu, & ex alia ratione. Immo cum regula illa facta fuerit, tacite inferitur, quod aliter de iure sine illa regula dicendum fuisset, alioquin, si idem de iure fuisset, frustra regula emanasset.

- 1 TRIGESIMOSEPTIMO quæro, † An beneficiari appellatione ueniat intrusus ad effectum huius regulæ, in tantum quod concurrētibz duobus super beneficio, intrusus super alio beneficio seu detentor, uel de facto tantum possidens, tanquam alias beneficiarius, excludatur? Pro parte
- 2 negatiua facit, quod † beneficiarius, seu beneficium obrinens ille dicitur, seu reputatur, qui habet ius in beneficio: non ille, qui est merus detentor. c. 1. & 2. de reg. iur. lib. 6. ubi canonica institutio, seu titulus consideratur, non autem possessio de facto. c. si graciosi in fi. ibi quæ canonicè obtinēt: & sic non sunt in consideratione beneficia, quæ quis de facto obrinet. de refer. eo. lib. c. uni. de eo, qui mittitur in possess. cum glo. in uer. obtinētis. & in uer. uitiolus, & ibi Doct. eo. lib. c. si tibi absentis. ubi beneficium dicitur illius, qui habet ius in eo. de præben. eo. lib. 6. Bartho. Belenci. olim Rotæ Auditor in tracta. de chari. substi. quæst. 121. Paris. consi. 74. gratia super dicta uol. 4. nume. 21. Contrariam opin. ego teneo, pro qua adduco primo, quia † beneficiarius omnis dici possit, qui beneficium tenet, siue iuste, siue iniuste. Rot. 273. nor. quod ubi Papa in antiq. ubi, quod uerba Obtinet beneficium, sunt generalia, & sic intelligenda siue de iure, siue de facto, dum tamen sit in possessione, ad nota. per Archidia. in c. si sententia de senten. excom. lib. 6. ubi, quod si mandatur Terra alicuius Domini interdicto supponi, extenditur ad Terram, quam tenet Dominus de facto, & non de iure. Cassado. 2. de constitu. num. 2. D. Sarnen. in 6. quæst. regulæ de Impe. ben. uacan. pro obi. fami. Car. in fi. & dixi supra in 12. quæst. 3. regulæ in prin. licet contrarium in casu illo teneam per rationes, de quibus ibi. concludo igitur, quod beneficiarius, seu beneficium obrinens de iure ille etiam dici potest, qui de facto, & absque iuris colore, illud detinet. Secundo, ex communi usu loquendi, qui in interpretatione uerborum attendi debet. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. c. quamuis, & ibi Abb. de uerb. sign. & latius probaui in proxima præceden. quæst. nume. 6. appellatione beneficiari omnis uenit, qui beneficium possidet, seu detinet, donec ab eius possessione remoueat:

hæc q

II

& ita

- & ita cōmuniter dicitur, Tales sunt beneficiari S. Perri, Talis est beneficiarius in tali Ecclesia, id est tenet, seu possidet beneficium. Tertio, non debet esse melioris conditionis intrusus, & inuasor, quam iusto titulo possidens. c. de multa de præben. extra. execrabilis Io. 22. iuncto c. eum qui beneficium eo. lib. 6. In dicto. n. c. de multa, cauebatur, quod per assentionem secundi curati uacaret primum. quæritur modo in dicto. c. eum qui, si quis secundum curatum iniuste occupauerit, seu de facto detineat, an similiter primum uacabit? deciditur, quod sic, ne stultus, seu improbus melioris sit conditionis iusto possessore: neue deteriores anteponantur bonis iuxta illud Plau. in Pœnu. in prolo. Ne palma detur quouquam artifici iniuria, Neue ambitionis causa extrudantur foras, Quod deteriores anteponantur bonis. Sic dicamus in casu proposito, si non beneficiarius præfertur beneficiario iusto, & probato, eodem modo & beneficiario iniusto, & improbo. † Dispositio enim cōtra iustitiam, & legitime factum operatur, & cōtra iniustitiam, & indebitè actum. Io. An. in c. Ioannes col. si. uerfi. si uerò ex parte. ubi, quod clericus in minoribus contrahens matrimonium cum consanguinea, & sic indebitè, & nulliter, priuatur beneficijs, perinde ac si iustè & legitime contraxisset, ea ratione, quia quantum in eo fuit, contraxit. de cleri. coniuga. Sequitur Ludo. Roma. consi. 483. dubitatur primo nume. 5. & seq. uerfi. tertio, quia uidemus. Ultimo, siue dicamus rationem huius partis regulæ esse, ne unus plura beneficia habeat, alter nullum, & ista ratio militabit in isto detentore. occupat enim possessionem ipsius beneficij, illiusque fructus, qui potissimum in beneficio considerantur: siue dicamus rationem fuisse prouidendi paupertati clericorum, seu ut altari seruiētes de altari uiuant, & hoc casu iste intrusus, antequam à possessione remoueat, cum percipiat fructus, habet quod perit. satis enim sibi prouisum, prout in simili de impetrantibus in forma pauperum pōderauit Staphi. in tract. utri. signi. fol. 23. uerfi. ulterius pro declaratione dictæ regulæ. Donec igitur intrusus remanet, non gaudeat prærogatiua huius regulæ, & cōtra eum prærogatiua procedat, ut scilicet ipse pro beneficiario indistinctè reputetur: & sibi impuret, quod beneficium occupauerit, seu occupatum detineat.

- TRIGESIMO OCTAuo, iuxta nonam partem ibi, Et cæteris paribus
- 1 oriundus non oriundo, † quæro quomodo accipiatur iste adiectiuus. Oriundus, & qui comprehendantur in regula sub nomine Oriundorum? Et pro pleniori declaratione præmitto, quod habemus ista tria adiectiua similia uidelicet, oriundum, ortum, originarium. † Oriundus *αποτοπος* qui originem ducit ex eo loco, unde maiores eius fuerunt. Linius. 4. belli punici, Hippocrates & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Siraculis. i. ab Siraculis originem trahentes: unde parentes suere. Idem lib.

hæc q

II ij ab urbe

ab urbe cōdita, Is lōgè Princeps Latini nominis erat, si famæ credimus, ab Vlize, Dea que Circe oriundus. glo. in c.1. de usur. lib. 6. in uer. alienigenas. ibi, oriundus autem de ciuitate dicitur & c. sequitur Iaso. in l. hu. iusmodi. §. legatum nume. 18. uers. aduerte tamē, quod ille dicitur oriundus de aliqua ciuitate, cuius pater in ea natus est, & originem ducit, licet filius alibi nascatur. ff. de lega. 1. Ortum uerò & natū pro eodem capimus, dicendo aliquem ortum, seu natum ex parentibus Campanis, ad tex. in l. 1. ff. ad munic. uel ortum ex tali uico. l. qui ex uico ortus est. ff. eo. & aliquem ortum, seu natum in tali ciuitate, ad text. in l. filios. C. de munic. & origi. lib. x. Originarius *Αρχικός* primarius, primigenius, principij naturam habens, & is est, secundum Budeum, qui contrahit municipatum origine principaliter. De originarijs habemus titulum supra allega. C. de munic. & origina. lib. x. & glo. super rub. dicit, quod dicitur originarius ab origine patris, non sua, per l. filios eo. ubi, quod filius sequitur originem patris, licet natus sit in ciuitate matris, & sic originarius qui & originalis dicitur. l. cum neq; originales. C. de Inco. lib. x. uidetur capi pro eodē quod oriundus. pro eodem capit Azo in sum. C. de muni. & origi. col. 2. nu. 7. uer. quid ergo fiat. ibi, originarij ergo dicuntur ab origine, non sua, sed paterna & c. quam lectu. quidam dicunt esse Pilei, seu Pellei, prout ibi intitulantur. originarius etiam uidetur capi posse pro orto, seu nato, & sic respiciat propriam originem. l. origine propria & l. si. cum glo. 1. C. de munic. & origi. & in l. ciues. C. de Inco. eo. lib. x. Accipitur origo pro propria seu paterna, prout in glo. 1. & pro utroque accipit Bal. in l. 1. in pluribus locis. C. de munic. & origina. Originarius igitur, si patris originem respiciat, oriundum designabit. si uerò propriam, idem erit, quod ortus, seu natus. Secundum igitur proprietatem uerborum, regula nostra loquens de oriundis, illos propriè comprehendere uidetur, qui originem in loco beneficij, super quo agitur, à patribus trahunt. origo igitur propria non sufficeret ad causandum, quod aliquis prærogatiua huius regulæ gauderet. uerba enim regulæ non conuenirent, & sic nec dispositio. sequitur igitur, quod ortus Romæ, aliunde oriundus, non gauderet prærogatiua regulæ hinc in Vrbe: quod tamen durum uideretur. Amplio igitur ultra omnes partem istam regulæ procedere etiam in orto seu nato tantum, licet non oriundo. quam ampliationem tribus fundamentis confirmo. Primo ex propria uerbi significatione, oriundus pro orto, seu nato accipitur. l. assumptio primo responso. ibi, ex qua oriundus est. cum glo. in uer. oriundus. quæ exponit, id est ortus. ff. ad munic. Plaur. in Poenu. in 2. sce. §. actus Agora. Ergo hinc apud me hospitium tibi præbebitur. Nanque haud repudio hospitium, neque Carthaginem, unde sum oriundus. Pœn. Di dent tibi omnia, quæ uelis, sed quid

sed quid ais? quā potuit fieri, ut Carthagini gnatus sis, hinc autem habuisti Aetolum patrem? Patet igitur, quod illa uerba, Sum oriundus, interpretanda sunt, id est sum ortus. Ita etiam accipit Columel. lib. 1. cap. 3. Nam quemadmodum sapiētis est, fortuitos casus magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. quod facit, qui nequam uicinum suis nummis parat, cum à primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit & c. Ut etiam è contrario Ortus pro oriundo sumitur. Cæsar lib. 2. de bello Gallico ait, plerisque Belgas esse ortos à Germanis: qui locus communiter interpretatur à bonarum literarum professoribus pro oriundos esse. Secundo, rationes quæ considerari possunt in hac regula, de quibus in proxima seq. quæst. militant tam in orto, & non oriundo, quàm oriundo, & non orto. immo fortius militare uidentur in orto tantum, quàm in oriundo solum, cum t̄ causa proxima, & immediata potior, & fauorabilior sit. l. qui hæredi in prin. ff. de condi. & demon. ubi cōditio, quod seruo decur, etiam quod sit in capax, nō impletur, si decur Domino. Dominus enim est mediarus, seruus immediatus, & proximus. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. l. ex facto. §. si. ff. ad Trebellia. Bald. in l. 1. nume. 2. uers. quæro an si dicatur. C. de cōdi. infer. Tertio, tanto magis prædicta procederēt, si præsens pars regulæ dici posset fauorabilis, & amplianda: de quo statim uidentum erit. Ex uerbis igitur, & mente regulæ puro comprehendī etiam natos, licet non oriundos.

TRIGESIMONONO, subsequenter iuxta eandem partem quæro, an sit rationi, & iuri conforme, quod t̄ oriundus non oriundo præferatur in asssecutione beneficiorum Ecclesiasticorum? Et pro parte negatiua facit ratio, quod apud Deum non est acceptio personarum c. noui ille. uers. ceterum scriptū nouimus. de iudi. c. uenerabilis. §. nos igitur. de præben. ergo neque in rebus diuinis esse debet. immo t̄ non debet haberi respectus, seu consideratio originis, seu loci in distribuendis beneficijs, sed habilitatis & meritorum. c. nos qui. & c. nos loca. 40. distin. c. undecunque 56. distin. c. ad decorem de institut. ubi reprehenditur Patriarcha Constantinopolitanus à summo Pontifice, mandatque ipse Papa eum moneri, ut conferat omnibus undecunque originem duxerint. & ibi datur optima ratio, quod in omni gente, qui facit iusticiam acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario possideri. Insuper nuda origo nō uidetur in consideratione per ea, quæ cumulat Sozi. consi. 288. circa primam col. 5. uers. ex quibus infero, quod nudo tantum nomine cum seq. uol. 2. Accedit, quod uidemus in cathedra Petri, quæ est summa totius rei Christianæ, sedere homines ex omni natione, & tamen dicitur Pontifex Romanus: & secundum prædicta uidetur, quod Romanus

nus præfici deberet. Immo in fortioribus terminis, stante populi sermone, quòd uolebat Papam creari Romanū, uel Italicum, & cū ex ordine uerborum appareret, quòd intentio populi dirigebatur principaliter in Romanum, cōsuluit Bal. in consi. seu quæst. de scismate posita post rub. C. si quis ali. testa. prohi. nume. 19. & 20. quòd electio Papæ Urbani, non Romani, & ad mores Gallicos transformati, tenuit, & ualuit. Et facit illud Pauli, Non solum Romanis, sed & Græcis & Barbaris, debitor sum &c. Potest etiam ratio philosophica adduci, quòd nihil referat ex quo loco quis sit, seu originem trahat. unde plures Philosophi interrogati, cuius essent, responderunt se mundanos, seu de mundo esse: quasi nihil referret, quis potius ex uno, quàm ex alio loco esset. Idem considerauit Poeta Satiricus dicēs, Summos posse uiros, & magna exempla duros, ueruecū in patria, crassoq; sub aere nasci. Cōtrariū uerius putato, quòd immo ista pars regulæ sit omni rationi, & omni iuri cōsona. & primo quòd rōni & iuri naturali patet, quòd sicut patriæ de iure nature debitores sumus. l. ueluti de Iusti. & iur. ubi, sit æquiparatio istorū trium, uidelicet religio erga Deum, amor erga parētes, & patriam. & talis etiā æquiparatio erga parētes & patriā sit in. l. postliminiū. §. filius. ff. de capt. & postli. reuer. immo amor patriæ ibi præfertur. & dulcis est amor patriæ. l. qui habebat in prouincia post prin. & ibi etiam not. glo. 1. in si. ff. de leg. 3. & faciunt tradi. per Deci. consi. 661. in casu ante nu. 10. & succedit illud Catonis, Pugna pro patria. Insuper † Patriæ, & reip. nostræ nascimur, ad tex. singu. in. l. 1. §. si ea quæ. ibi, parrus enim iste alendus est, qui & si non tantum parenti, cuius esse dicitur, uerū etiam reipublicæ nascitur. ff. de uen. in posses. mitten. Bal. in auten. & omnino. col. penul. ante numerū 14. C. ne uxor pro mari. Barba. consi. ulti. in 4. uol. consi. Alexan. col. 2. nu. 6. Alcia. in tracta. præsumptio. par. 3. præsump. 37. nu. 6. Eadem ratione naturali, & patria suis fauere, suos fouere, & suos alere debet, magis quàm exteros. Et ista † origo dicitur immutabilis, eiusq; iura dicuntur naturalia, & immutabilia. l. assumptio originis. ff. ad munic. l. in adoptionem quidem. C. de adopt. l. origine. & ita ibi summat Bal. C. de munic. & origi. lib. 10. l. penul. cum glo. si. ff. de senato. Sozi. consi. 35. circa prædictam nume. 7. uer. tertio probatur uolu. primo. Accedit alia ratio naturalis siue supernaturalis, quæ est, quod † Regio quælibet habeat diuersitates morum & qualitatum. l. cum de lanionis. §. asnam molēdinariam uerfi. optimum ergo. ibi, in qua præsumptione sint, qui in quaque regione commorantur. & ibi glo. declarat præsumptione, id est cōsuetudine. cum qua transit ibi Bar. ff. de fund. instruc. & cum ista consideratione tex. & pro prædictis faciūt trad. per Claudium Ptholomeum lib. 2. quadripar. cap. 3. col. 2. ubi, postquam probauit diuersitatem regionum, illasque

illasque habitantium concludit, quod Europa inter Septentrionem, & Occidentē collocata, cuius triplicitatis sunt Domini, Iuppiter, & Mars, in qua cōsistunt Italia, Hispania, Gallia, & aliæ Prouinciæ ibi nominate, habeat homines, qui nō humiliētur, sed libertatē appetant, & arma cōcupiscant, laborent, & sint bellicosi, nec non periti regiminis, nitidi sint, ac mundi, & magnanimi. Idem, & magis specificè cōcludit sumus archi rectus & philosophus Vietruuius lib. 6. cap. 1. col. si. loquēs etiam de Italia & Vrbe Roma. cuius uerba præclara & notabilia, nequis hæc legens ad alienas Bibliothecas confugere habeat, & ut maior fauor oriundorū Romæ, inter quos etiam ego sum, appareat, subicio. Cum ergo à natura rerum hæc ita sint in mūdo collocata, ut omnes nationes immoderatis mixtionibus sint disparatæ, placuit, ut inter spatia totius orbis terrarum regionumque medio Mundi † populus Romanus possideret fines. Namque temperatissimæ ad utranque partem, & corporum membris animorumque uigoribus pro fortitudine sunt in Italia gētes. Quemadmodum enim Iouis stella inter Martis feruentissimam & Saturni frigidissimam, media currēs temperatur: eadem ratione Italia inter Septentrionalem, Meridianamque ab utraque parte mixtionibus temperatas, & inuictas habet laudes. Itaque consilijs refrangit Barbarorum uires, fortimanu Meridianorum cogitationes. ita Diuina mens Ciuitatem populi Romani egregia, temperataque regione collocauit, uti orbis terrarum Imperio potiretur. Quòd si ita est, uti dissimiles regiones ab inclinatio-nibus Cæli uarijs generibus sint comparatæ, & ut etiam natura gētium disparibus animis, & corporum figuris, qualitatibusque nascerentur: non dubitamus ædificiorum quoque rationes ad nationum, gentiumque, proprietates aptè distribui debere, cū habeamus ab ipsa rerum natura solertem, & expeditam monstrationem. hæc ille. Si igitur tantum cōsiderari debet Regio, & locus, & natiuitas, etiam quoad ædificia, prout iste dixit, tanto magis habēda uenit cōsideratio in beneficijs, illorumque distributione, habita consideratione præmissorum. Cōcurrit etiam † dispositio legis ciuilibis præferēs originarios exteris. l. Diuus. ff. de tuto. dar. ab his. ubi in tutela præfert originarios exteris. l. si. C. de offi. Prætor. ubi in Prætura in Vrbe, præfici debent originarij, alijs exclusis. Resp. & publica negotia originarijs committuntur, & à rure reuocantur. l. unic. C. si curia. reli. ciui. facit tex. in. l. 2. in si. ibi, ciuibus nostris debere conferrī. ubi sit subuentio originarijs, & ibi not. Bar. Quòd ciues postri super elemosinis nō debent illas extraneis pauperibus dare. C. de anno. ciui. lib. 11. adduci potest etiam tex. in. l. uni. C. non lice. habita. metroco. ubi extranei à possessione excluduntur lib. 11. facit illud Ciceronis. potiores nobis (inquit) sunt ciues, quàm peregrini. & Lucas de Pen. in. l. quisquis. C. de omnī

9 omni agro desert. lib. 11. in tracta. præsumptionum, qui ascribitur Alcia. par. 3. præsum. 3. nume. 3. & seq. Et in terminis nostris, quòd terra diuina præferant originarios alij, probatur Deutero. cap. 18. in prin. & post medium. ubi, quòd Deus tibi suscitabit Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, illique obedies. & est rex. in. l. in Ecclesijs. C. de Episcopis & cleric. c. nullus inuitus 61. distinct. & licet loquatur in Episcopis, tamen ratio rex. est communis ad alia beneficia. c. bene el. 2. ante si. ibi, nec uellemus ei præficere alienum. de postulatio. prælat. Inno. in c. quia diuersitatem ante si. de concess. præben. ubi dicit, quòd iustum est, quòd Episcopus provideat clericis in terra propria. Abb. in c. ad decorem ante si. de instit. ubi subdit, quòd esset ualde honestum & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficiaretur, & sic unus nõ occuparet beneficia, uel stipendia alterius: ne daretur materia depauperandi beneficia, & propter faciliorem residetiam & c. glo. & Abb. in si. & alij in c. si proponente de rescrip. Dec. consi. 541. ante numerũ 15. uisa donatione. & 655. nu. 23. late Sylu. de beneficio quæst. 26. par. 3. qui facit etiam mentionem de hac regula. Paris. consi. 38. nume. 13. & 14. lib. 4. Ad contraria responderetur, ut infra. & primo ad c. Nos qui. & c. Nos loca. 40. distinct. quòd ibi supplenda est dictio Tantum, ut per glo. etiam ibi suppletur hoc modo intelligendo: quòd non spectetur origo tantum, sed etiam alia, uidelicet uirtutes & merita & c. & sic respondeo ad illud consi. Sozi. licet ad aliud propositum faciat, & ad alia similia contraria: quòd in beneficialibus non debet inspicere nuda & sola origo, sed etiã alia. & propterea sapienter addita est clausula in regula nostra uidelicet, Cæteris paribus, per quam clausulam responderetur ad omnia iura, quæ in contrarium allegari possent. Nec etiam obstat. c. ad decorem de instit. quia non negatur ibi, quòd non sit fauendum originarijs: sed quia in defectum originariorum Patriarcha solum conferebat nationi Venetæ, & non alijs nationibus, propterea reprehenditur, prout ibi declarat glo. magna. & Abb. & alij. Nec obstat aliud, quòd apud Deum non sit acceptio personarum, quia in casu nostro provideatur beneficijs magis, quàm personis, & militant illæ rationes, de quibus per Abb. in dicto c. ad decorem. Nec ipse Deus omnipotens negat, uel prohibet magis uni, quàm alteri, suadente causa, uel ratione, conferri posse beneficia. immo ipse idem magis dilexit Ioannem, qui supra pectus Domini recubuit, & pro ecclesiæ uniuersalis regimine Petrum alijs præposuit. Minus obstat illud, quòd summus Pontifex Romanus eligatur etiam non originarius, seu Romæ ortus: quia Pontifex Romanus non est solum Episcopus Urbis, sed uniuersus orbis, licet per antonomasiam appelletur Romanus. Et cæteris paribus non solum beneficia, Urbis officia, dignitatis administrationes, ac Cardinalatus

dinalatus immo etiam ipse Papatus concedi deberet magis Romæ oriundis, seu ortis, quàm alijs exteris, & magis Italis, quàm alterius nationis: & tanto magis, quia Romanorum est imperare, ut supra dixi. & facit illud Poetæ de Vrbe Roma loquentis, Imperium sine fine dedit. tamen quia Papa est eligendus de gremio ipsius Ecclesiæ. c. in nomine Domini ante medium uersu. eligatur autem de ipsis & c. distinct. 23. in quo gremio sunt ex omni natione, igitur ex omni natione potest Papa eligi. Est bene uerum, quòd inter officiales Curie ac inter summos uiros sacre Rotæ Auditores, qui duodecim tribus, seu toti orbi iura reddunt, & inter dignissimos Cardinales expedit, quòd ad sine & præficiantur aliqui ex principalioribus nationibus, ne uideantur alij postponi, & excludi, ac quasi repelli ab Vrbe, quæ dicitur cõmunis patria: & etiam quia tales exteri melius, & magis intrinsecè nosse existimantur mores, & consuetudines litigantium exterorum, ac locorum, unde lites Romanæ confluunt: & sapientum est hanc cognitionem, & diuersitatem hominum, & Urbium considerare, perquirere, ac magni facere. & hæc laus fuit præcipuè sapienti Vlixæ attributa iuxta illud Horatii lib. 1. Episto. in Epistola ad Lollium, Qui domitor Troiæ multorum prouidus urbes, Et mores hominum inspexit. & idem in Poetica, Qui mores hominũ multorum uidit, & urbes.

QVADRAGESIMO iuxta decimam partem ibi, Et Diocesanus non Diocesano, quæro, † qui ueniant appellatione Diocesanorum ad effectum nostræ regulæ: ne autem per terminos ignotos procedamus, unde denominata sit Diocesis, & quid sit præmittam. Et licet & latini, & uulgares plenã cognitionem huius uocabuli Diocesanici habere prædant, ut plurimum tamen etiam in prolatione huius dictionis Diocesis aberrant. eam enim barbarè proferunt penultima correpta, quam producere deberent. quid igitur dicerent, si non Diocesim sed Diocesim profertendũ esse assererem? Mirandum què de illis est, qui dictionem istam nouam esse asserunt freti forsan opinione tenentium Diocesim à Papa Dionisio constitutas, & diuisas, ad tex. in c. 1. 13. quæst. 1. & glo. 1. ante si. in c. pro uincia. 99. distinct. † Diocesis igitur, quæ græcè *διοκωνισ* dicitur, idem est, quòd gubernatio, administratio, siue iurisdictio, à *διοκων*, id est gubernatore, siue reor. & nomen istud antiquum est. Cice. episto. lib. 3. epist. 8. Appio Pulchro. Quid enim erat, quòd me prosequerentur in castra, Taurumque transirent, cum ego Leodicea usque ad Iconium iter ita fecerint, ut me omnium illarum omnium Diocesium, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus, legationesque cõuenirent? Idem Seruilio lib. 13. episto. 68. incipit, Ex prouincia mea Ciliciensi, cui scis *γερουσιαστικη* Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiaris usus, quàm An-

drone Artemonis &c. Aliqui Diœcesim, quasi diuisionem dictam putant, uel diuisionem esse. diuidit enim fines uniuscuiusque Episcopatus c. Episcopum de Diœcesi. 7. quæst. 1. ubi, quod nullo modo Episcopus transire debet de Diœcesi ad Diœcesim. c. Episcopi in princi. 9. quæst. 2. Cardi. in cle. dudum uers. extra ciuitates in. 1. quæst. ibi, Diœcesis autem dicitur idem, quod diuiso, qua termini Episcopatum diuiduntur. de sepultu. Ad principale quæsitum redeundo, † Diœcesani uario modo capiuntur. & primo pro Episcopis, & superioribus. cle. uni. §. uolumus cum glo. in uer. Diœcesanis. cū qua transit ibi Cardi. quæst. 4. de foro comp. Cardi. cle. uni. quæst. 8. de supple. negli. præla. alibi autem Diœcesani solum pro Episcopis capiuntur, ut in cle. 1. iuncta glo. 1. & 2. & ibi Cardi. in 1. quæst. de uita & hone. cleri. glo. in uer. Diœcesanis in cle. 1. de iu. patro. 10. de Firmo. in prælud. tracta. de Episco. nume. 10. col. 3. uers. item Episcopus solus dicitur Diœcesanus in tota Diœcesi &c. de quo per Felin. post alios, qui dupliciter limitat in c. olim in prin. de præscr. Sed aduertendum est, quod glo. allegata nō excludunt, quin superiores ueniant, sed tantum inferiores. Insuper norandum est, quod quando appellatione Diœcesani dicimus comprehendī Archiepiscopum, intelligere debemus quoad suam Diœcesim propriam, non autem quoad prouinciam. Cardi. in cle. uni. §. eadem in. 1. quæst. nume. 3. de supple. negli. præla. De istis autem Diœcesanis non loquitur regula nostra. Secundo, † Diœcesani stricto sumpto uocabulo dici possunt Parrochiani, qui subsunt Baptismali Ecclesia, cū illa Baptismalis Ecclesia Diœcesis dicatur. 16. cau. in thema. post princi. ibi, à clericis Baptismalis Ecclesia, in cuius Diœcesi Parrochiana Ecclesia illa cōsistebat. Archidia. in c. Episcopum post prin. ibi, & secundum hoc etiam Baptismalis Ecclesia, uel capella potest dici Diœcesis 7. quæst. 1. & glo. super rub. C. nō lice. habita. metroco. lib. 11. pro eodem ponit parrochiam & Diœcesim. de istis autem Diœcesanis nec regula nostra loquitur. Tertio, † Diœcesani lata sumpta interpretatione omnes de prouincia seu unius prouincię dici possunt, cū Diœcesis pro prouincia capiatur, & è contrario. l. iudices, qui in partibus Diœceseos suæ iun. summa. Bart. C. de nau. lib. 11. ibi enim accipitur pro prouincia c. Episcopi, qui extra suam Diœcesim. iun. glo. 1. quæ exponit prouinciam, seu regionem, & eam sequitur Gemini. 9. quæst. 2. c. quicumq; cum glo. in uer. prouinciam in princ. 16. quæst. 3. c. studeat post princ. ibi, id est sex ex uicinis prouincijs fratres, & coepiscopos suos 50. distin. c. sanè de fo. compe. Archidi. in c. Episcopum num. 2. uers. Aliquando Diœcesis sumitur pro prouincia. 7. quæst. 1. c. Sequeretur igitur, quod omnes de prouincia conducerentur sub regula ista, cuius contrarium uerius puto. uerè enim & propriè loquendo Diœcesis & prouincia inter se differunt.

Prouincia

Prouincia enim est subiecta, Patriarchæ, seu Archiepiscopo: Diœcesis uerò Episcopo: nisi etiam de propria Diœcesi Archiepiscopi loquamur. uideatur tex. in c. 1. de censibus à princ. usque ad §. sanè in diuersis locis de cens. lib. 6. Io. Fran. Paui. olim Rotæ Auditor meritiſſimus de offic. & pote. capi. sede uacant. in 10. quæst. 2. par. prin. in uer. & no. quod Diœcesis nu. 42. uers. aliàs tamen differunt Diœcesis, & prouincia &c. Cōcluderem igitur regulam nō extendi ad omnes de prouincia, cū ex proprietate uerborum talis interpretatio fieri non possit. † Diœcesanorum appellatione propriè illi ueniunt, qui sunt de territorio Episcopi. Diœcesis enim dicitur territorium Episcopi, siue distinctio, uel diuiso finium Episcopatum c. Episcopum 7. quæst. 1. & ibi Archidia. in prin. c. unio. 10. quæst. 3. Cardina. in cle. dudum uers. extra ciuitates in 1. quæst. nume. 4. uers. Diœcesis autem dicitur idem, quod diuiso, qua termini Episcopatum diuiduntur. de sepultu. Felin. in c. Rodolphus de rescrip. col. 6. uers. & ad istam cōclu. ibi, est autem Diœcesis territorium Episcopi &c.

7 An autem † Diœcesanorum appellatione ueniant ciuitatenses, seu illi de ciuitate, de quo in c. significante & præalleg. c. Rodolphus de rescrip. c. cū Episcopus. de off. ordi. lib. 6. c. uni. de re. permu. eo. lib. Breuiter ad rem nostram, duæ conclusiones eliciendæ ueniunt. una, quod quando dictio ista Diœcesis profertur à iure, uel constitutione, indistinctè comprehendat etiam ciuitatem. Gemini. in c. quamuis el primo. §. quanquam nume. 4. uers. quæro, quare hic tex. de præben. lib. 6. Felin. in alleg. c. Rodolphus num. 8. in 3. conclu. uers. dicit etiam, post Io. de Fan. & per Pet. And. Gramma. Rotæ Auditorem in repe. c. uni. de re. permu. lib. 6. super glo. in uer. Diœcesis in prima conclu. uerbum igitur istud Diœcesanus à regula nostra, & sic à iure, seu constitutione prolatum, comprehendet etiam ciuitatenses. Secunda cōclusio erit secundum Abb. in dicto. c. Rodolphus de rescri. col. 3. nume. 5. uers. ad secundum similiter distingo, quod in materia larga appellatione Diœcesis, ueniat ciuitas, secus in materia stricta. Rot. Belleme. 141. si primus. sequitur Felin. in dicto c. Rodolphus in 3. conclu. ubi latè, quibus addo. nota. singu. Matthe. Matheſi. 95. no. mirabilem regulam, quod ubicunq; unum uocabulum haber duo significata, unum largum, aliud strictum &c. ubi infert ad casum nostrum quod Diœcesis in materia fauorabili, ciuitatem etiā comprehendet, secus in materia odiosa. hanc tamen regulam pulchrè limitat, nisi aliter dicendum sit propter communem usum loquendi regionis, Pet. And. Gamma. ubi supra in 2. conclu. Applicando ad regulam nostram, si fauorabilis dici potest, de quo in proxima seq. quæst. sequitur, quod illos de ciuitate etiam comprehendat. Sed aduertendum est, quod non uidetur necessaria ista discussio, quia in casu ciuitatis prouisum uidetur in specie, dicendo,

KK ij cendo,

cendo, quòd præcedat oriundus nõ oriundo: tamen plures casus adduci possent, qui saltem dubij remanerēt nõ facta ista interpretatione, quòd
 8 ciuitatenses cõprehendantur, & inter alia habemus, quòd † Diocesano-
 rum appellatione ueniunt etiã domicilium habentes. glo. 1. in c. statutũ. §. cùm uerò eiusdem ciuitatis. & glo. in uer. unam dietam in si. ubi, quòd Diocesanus, cùm aliud nõ adijcitur, debet intelligi Diocesanus domicilij: & dicit audiuisse curiam Romanam ita seruare. de rescr. lib. 6. & ibi Domini nume. 17. uerfi. mihi uidetur, quòd tota difficultas &c. & postea uerfi. ex si. tamen glo. no. quòd propriè. Diocesis propriè dicitur, ubi quis habet domicilium, licet alibi natus fuerit. & idem Phi. Franc. ante numerum 13. ubi no. ex illa glo. quòd illa propria est Diocesis alicuius, in qua quis habet domicilium habitationis, licet ex origine alibi sit natus. eandem glo. approbat idem Franc. in c. præfenti. §. sanè nume. 3. super glo. in uer. originis. de præben. lib. 6. pro quibus tamè uideatur omnino consi. Rui. 100. uisis statutis uol. 5. nume. 1. & nume. 9. ubi declarat dictam glo. in uer. unam dietam. Si igitur sustineri possit, quòd Diocesanorum appellatione uenirēt incolæ, seu habitatores Diocesis, & ciuitatis, cùm in præceden. par. regulæ dictum sit, oriundum non oriundo præferri, incola, seu habitator ciuitatis non uidebatur in illa parte comprehendi, qui tamen in ista sub nomine Diocesanorum uenire possit. sed quia ista requirunt altiore indaginem, non prosequor hñc.

QVADRAGESIMOPRIMO iuxta eandem partem successiuè quæro,
 1 † An sit rationale, & iuridicum, quòd Diocesanus, non præferatur? Et breuiter cõcludo, quòd sic, per ea, quæ latè deduxi suprã in 39. quæst. quæ pro maiori parte applicari possunt etiã præfenti parti regulæ: præfertim quia † dispositio loquens de ciuitate habet etiam locum in Diocesi. glo. 1. in c. unico de re. permu. lib. 6. cū qua trásit Abb. in c. cùm cõringat in secundo not. de foro compe. facit Rot. Belleme. 141. si primus. & Domin. in dicto c. uni. nume. 13. ibi, sed dic, quòd intentio glo. non est, quòd rescriptũ sub uer. Diocesis includat ciuitatem: sed intendit, quòd si impetretur rescriptum in ciuitate super beneficio uacaturo, quòd id, quod dicitur hñc de impetrante in Diocesi, idem dicemus de impetrante in ciuitate &c. & cum ista opin. transit Feli. in c. Rodolphus de rescr. col. 6. uerfi. & si sit mentio de Diocesi: & postea declarat, quòd Diocesis est territorium Episcopi. deinde uerfi. 4. inducit loquens super eadem
 3 glo. Idem concludit ibi, solu. non dicit glo. &c. & in specie, quòd † Diocesanus debeat præferri, seu haberi in magna consideratione, facit text. in c. nullus, cum glo. in uer. ciuitatis in princ. 61. distin. & text. in c. sacrorũ post prin. 63. distin. & in c. hortamur 71. distin. c. fraternitatis de cleri. nõ res. ubi clericus unius Diocesis, nõ debet recipi, in alia Diocesi. & c. si. de

si. de cleri. peregr. c. si. de tẽpo. ord. lib. 6. Fede. de Sen. cõsi. 95. super dubitatione col. 2. uerfi. Item super eo, quòd quæritur, an in locũ deficientis, ubi concludit in locum deficientis monialis patronum potuisse eligere, seu præsentare, quam uoluit: dummodo de ciuitate uel Diocesi. Ioan. Firma. in tracta. Episcopo. lib. 2. quæst. 48. ubi, quòd Episcopus potest eligi extra Diocesi, si in Diocesi nõ sit idoneus. Rocc. de Cur. in tracta. Iurispatro. in uer. honorificum nume. 15. uerfi. limi. tamen istam conclusioni sit de aliena Diocesi ipse præsentatus &c. Sylua de benefic. 3. par. quæst. 26. col. prima ante numerum 2. & col. 3. ibi, intendit providere clerico in sua patria, siue Diocesi &c. Et pro præmissis uideatur omnino Lamber. in tracta. iurispatro. 24. arti. 7. quæst. 1. par. 2. lib. fol. 227. ubi ad plenum disputat, an nõ existens de ciuitate, uel Diocesi præsentari possit: & ante numerum 19. post multa cõcludit, ut reperitis idoneis in Diocesi, illi præsententur, & instituantur. Et fuit necessaria ista decima pars regulæ ad tollendum illud dubium, an appellatione ciuitatis ueniret Diocesis, uel territorium, de quo per scriben. in dicto c. Rodolphus, ubi per Feli. plenissimè, & melius omnibus per Gemini. in c. felicis. §. si. col. penul. nume. 6. de præben. lib. 6.

QVADRAGESIMOSECVNDO iuxta ultimam partem ibi, In reliquis uerò singulis &c. † quæro, qui sint isti reliqui? Et primo uidendum est, quomodo capiatur istud uerbum Reliquus: & habemus text. in l. Lucius Titius curator Gaij in prin. ibi, qui Sempronius reliqua traxit. ubi duplex uidetur fieri posse interpretatio, uno modo † reliqua, id est omnia, quòd ille Sempronius omnia contraxerit, seu administrauerit. altero, quòd reliqua exportãtur, id est cetera, seu residua. Habemus etiam text. in l. Offidius. ff. de lega. 3. ubi quæritur, quid ueniat reliquorum appellatione: & Bar. declarando illum text. concludit, quòd nõ continetur pecunia iam exacta, uel quæ usibus patris familiãs est deposita: & sic sequitur quòd nõ omne residuum comprehenditur. quòd procedit etiam adiecta dictione uniuersali, dicendo Reliquum omne. ad text. in l. si ex pluribus in princ. ff. de solu. ubi Bart. no. quòd clausula restringitur ad specificata tantum, si salua ratione recti sermonis fieri potest. habemus etiam text. in l. cæterorum & reliquorũ appellatione. ubi, quòd reliquorum appellatione etiam omnes continentur. ff. de uerb. signi. & l. cùm optio. ff. de opti. lega. Roma. sing. 699. uerba illa, quæ solent. in si. Reliquum apud linguę latinę primarios acceptum inuenimus pro eo, quòd superest, ut in commenta. Cæsa. lib. 1. per hæc uerba demonstrant sibi præter agri solum nihil esse reliqui. Aliter accipit Cice. 4. Acad. dicens. Sunt enim multi, qui omnino græcas non amant literas, plures qui Philosophiam, reliqui, qui etiam si hæc non improbent &c. & sic duobus modis

modis exponi potest. uno, id est ceteri præter illos nominatos. & sic ponat tres gradus, unum eorum, qui non amant literas græcas: alterum eorum, qui non amant Philosophiam: tertium, qui comprehendat omnes alios homines. Altera interpretatio est, quod dicitur Reliqui comprehendat aliquos ultra nominatos, non autem omnes. non enim omnes homines Mundi tales sunt, ut inter istos comprehendatur. Ex præmissis omnibus tres opin. eliciuntur. una, quod reliquorum appellatione, omnes penitus ueniant, etiam iam expressi & alij. secunda opin. quod ueniant omnes alij non expressi, & sic ceteri omnes ab expressis. tertia est, quod ueniant aliqui ex non expressis tantum. Ad rem nostram redeundo, dico par. ultim. huius regulæ triplicem intellectum recipere posse. primus sit secundum primam opin. quod inter nominatos in regula nostra & inter quoscunque alios, ubi cadere possit dubium concurrentiæ super beneficio, prius præsentantes præferantur. Secundus intellectus iuxta secundam opin. erit, quod inter omnes & quoscunque alios in regula, non expressos præcedentia sumatur à præsentatione literarum: & sic quod concurrentibus illis, de quibus in c. duobus de rescr. lib. 6. uel quibuscunque alijs in hac regula non contentis, potior sit literas præsentans. Tertius intellectus iuxta ult. opin. sit, quod nullus ueniat ex expressis in regula, sed aliqui in ea non expressi, non autem omnes: & sic non tollat seu confundat omnes præcedentias alias à iure repertas, & statutas: & inter alia iura tolleret dispositionem tex. in c. eum, cui canonicatus in si. de præben. lib. 6. & infinita alia iura. Quilibet ex intellectibus præfatis est disputabilis, quis autem uerior sit, cogitent omnes: sat mihi sit annuisse. ego illum tenerem, qui minus ius commune offendit. Quartus intellectus, dum hæc scripsissem, mihi in mentem uenit non absolus, & in se rationalis, ut ex proxima subsequen. quæst. apparebit, dum modo tamen literæ conueniat: qui est, quod omnes concurrentes ultra contentos in regula, siue præcedentia sint de iure communi, pura per c. duobus de rescr. lib. 6. siue ex consuetudine, uel priuilegijs, ut inter nobiles, inter curiales, inter officiales, uel alios: ceteris paribus attendatur literarum præsentatio. & sic si concurrant duo creati in canonicos, duo nobiles, uel duo milites Sancti Petri, uel duo scriptores Apostolici, & cetera sint paria, ille præferatur, qui prius literas præsentauerit. Et quod intellectus huiusmodi literæ consonet, pondero clausulam supra positam, Et ceteris paribus oriundus, non oriundo. uoluit enim Papa, quod tunc oriundus præferatur non oriundo, quando cetera sunt paria. postea sequitur, Et Diocesanus non Diocesano. intelligo repetitam illam clausulam, Ceteris paribus. dum uerò subdit, In reliquis uerò singuli, qui literas Apostolicas executoribus præsentauerint: similiter repe-

- 3 ita ceteri debet illa clausula, Ceteris paribus. clausula enim præcedens sequentia determinat, immo est maioris uirtutis, & efficaciam ad determinationem sequentium, quam sequens clausula ad determinationem præcedentium. l. quisquis, & ibi glo. Bar. & omnes. ff. de lega. 3. Bar. in l. filium. ff. quan. dies lega. ce. & in l. curia col. 1. ff. de cõdi. & demon. Roma. Sing. 665. scias, quod conditio in si. Mathesi. nora. 151. no. singulare dictum, quod maioris efficaciam &c. Cur. Iun. consi. 14. ante numer. 2. & consi. 22. cir. si. Dec. consi. 92. uiso puncto col. 2. uerfi. quarto hoc comprobatur. & consi. 500. In causa, quæ Mantuæ col. 3. ante si. nu. 8. uerfi. & quia clausula præcedens est maioris efficaciam &c. Rui. consi. 23. lib. 4. nume. 4.
- QVADRAGESIMO TERTIO successiuè iuxta eandem ultimam partem quæro, præsentatio, de qua in ea, quid operetur? & an ista ultima pars habeat similitudinem cum iure communi? Et breuiter respondeo,
- 2 quod ista præsentatio, quæ sit executoribus, est magni momenti, quia isti executores sunt, seu efficiuntur collatores: & impetrantes, seu prouisi talibus executoribus prius præsentantes literas præferuntur. omnia ista probantur per Rot. 459. circa tertium, præsertim nume. 6. in antiq. & 100. si unus, & 106. gratiæ in no. quæ est eadem in antiq. 462. not. quod gratiæ. & istud ultimum probatur etiam per c. duobus, secundo responso. de rescr. lib. 6. licet loquatur solum de gratijs ad uacatura: regula autem nostra tam de uacantibus, quam uacaturis, ut in princ. regulæ præmissi, tamè satis est, quod eliciatur ratio, & similitudo cum iure communi: & si tales executores habentur loco collatorum, isti primo præsentantes uidentur primo prouisi: unde meritò præferendi. Immo potest dici, quod habeat conformitatem etiam cum iure Ciuili, per l. si pluribus in fin. ff. de lega. 1. ubi ceteris paribus præfertur in electione rei, uel precij, diligentior in contestando litem, prout etiam inter procuratores occupantis melior est conditio. l. pluribus. ff. de procurat. c. si duo. §. secus de procurato. lib. 6. Et inter duos æquale ius habentes, potior, ualidiorque est conditio præuenientis. latè per Roma. consi. 47. uisis necessarijs post prin. Et diligentia in infinitis casibus prodest, quorum plures cumulauit diligens satis R. D. Sarnen. super regula de triennial. Et quod primo præsentans præcedat, firmat Rot. 402. not. si unus in antiq. Mil. in repert. in uer. gratia in communi forma pauperum. Sraphi, super signatu. fol. 32. uerfi. idem dico. Sarnen. in tracta. Mandat. de prouidendo nume. 112. Paris. consi. 101. si quærimus nume. 7. uol. 4. Et tenendo quartum intellectum, de quo in proxima præceden. quæst. quod hæc ultima pars regulæ intelligenda sit ceteris paribus, non ob. c. eum cui in si. de præben. lib. 6. ubi non attenditur præsentatio: nec faciunt contrà alia iura, quæ adduci possunt: quia respondeo, quod termini sunt diuersi.

ibi enim cætera non præsupponuntur paria, prout hic:

- 1 QVADRAGESIMO QVARTO Quæro, † quis præferatur inter omnes istos nominatos in regula? Et qui uellet decidere per iura, & rationes unumquemq; casum ex nominatis, omnes inter se cõferendo, unumq; alteri, ad extremum laboraret. sat sit dicere, quòd arguendo ab ordine literæ, primo nominatus secundo nominato, & posterioribus, & sic secundum ordinem scripturæ quilibet alteri præfertur, seu postponitur. unde habens gratiã Motu proprio, omnibus alijs postea nominatis præfertur. graduatus omnibus alijs, præter quàm haberi gratiam Motu proprio, prout etiam sentit hic Glossator. Et ista conclusio probatur in iure,
- 2 secundum quod † argumentum ab ordine scripturæ satis ualidum reputatur. l. quotiens. ff. de usufruct. ubi, si duobus alternis annis usufructus relinquatur, prius nominatus incipit habere. facit. l. Gallus. §. quidam rectè cum glo. in uer. non exprimat. ff. de libe. & posthu. c. mandato de præben. lib. 6. & † ordo scripturæ in dubio semper attendi debet. Bar. & Bal. in. 1. consi. C. in. §. quibus. l. generaliter. §. siquidem. ff. de fideicom. liber. ubi, si testator nominauit aliquos seruos ex precio hæredi relicto manumittendos: si precium nõ sufficiat ad omnes, inspicitur ordo uerborum, seu literæ. glo. in c. quorundam in uer. prædicatorum de electio. lib. 6. Bal. in nota. consi. scismatis, postro post rub. c. si quis ali. resta. prohi. col. xj. in uer. sed in contrarium nume. 19. uerfi. discutiamus insuper populi sermonem. latè per Feli. in c. cum dilecta de rescr. col. 3. in uer. ordo scripturæ. ubi ponit regulam cum quinque limitationibus, seu declarationibus. Cassado. Dec. 9. nume. 2. eo. Deci. consi. 161. pro. D. præposito col. 1. uerfi. quinto hoc suadet. 485. nume. 8. 504. nume. 9. uerfi. secundo perscrutando. & 609. nume. 10. ubi, quòd primo nominatus debet institui propter ordinem scripturæ. & in terminis nostris, quòd debeat attendi ordo regulæ prærogatiuarum, concludit Cassado. in præalle. Deci. 9. de præben. nume. 3. ubi loquitur in terminis huius regulæ, quòd habes Motu proprio præferatur nõ sic gratiam habenti, & graduatus nõ graduato, & sic de alijs. firmat Paris. consi. 38. licet in prin. & consi. 119. super hoc in princi. uolu. 4. uideatur tamen Deci. Cassado. 2. de priuili. & omnino per Dec. in. c. Nicolao de appellat. ubi optimè discuit, quãdo ordo scripturæ attendendus sit, ubi nume. 2. postquam impugnavit communem opin. concludit, quòd si in materia dignitatis, & prælationis fiat prior nominatio, argumẽtum concludit. & postea uerfi. sed tamen, concludit etiam quoad omnia prius dicta nõ esse recedendum à communi opinione. Concludo igitur in regula nostra prærogatiuas procedere, secundum ordinem literæ seu scripturæ. Verùm quia periculosa est conclusio ita generalis, prout præmissi, omnes casus in regula positi essent inter se

inter se conferendi, & ad plenum discutiendi, unde si quis contrariam opinionem sustinere uelit, quòd immo nõ debeat attendi iste ordo scripturæ, uideat omnino Sozi. consi. 9. prosequendo ordinem uol. 1. col. 4. nume. 16. uerfi. ad primum responderetur, quòd non est uerum, quòd ordo scripturæ attendendus sit &c. & ibi plura adducit, quæ huic quæst. applicari possunt. Tamen in dubio nõ est recedendum à priori opinione: † quam limito, nisi sequatur correctio iuris, tunc talis ordo attendendus non est. glo. in uer. non exiltat, quam ibi ad hoc not. Franc. ante num. 4. de iura calum. lib. 6. & idem Franc. in c. mandato col. 2. in 7. limita. de præben. lib. 6. Et ex ijs remanebit expedita ista quæst. & præsens regula, ad laudem Dei, & Deiparæ, & si Iuniores aliquem fructum ex meo labore colligent, non mihi, sed Diuino nomini dent gloriam.

Regula Decima septima.

De non tollendo ius quæsitum per quamcunque commissionem.

NTEM Ne per uarias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis, in causis plerunque fiunt, suggestiones, iustitia postponatur, idem Dominus noster decreuit, & declarauit, suæ intencionis fore, quòd deinceps, per quamcunque signaturam, seu confessionem, aut gratiam, uel literas Apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus huiusmodi, etiã si motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem, à sanctitate sua emanauerint, uel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum, quomodolibet tollatur.

ARISTIPPVS Cyrenaicus, qui primus Socraticorum quæstu Philosophatus est, naufragio cùm eiectus, ad Rodiësum littus animaduertisset geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur, Benè speremus: hominum enim uestigia uideo. Irã mihi exordientum fore centui super hac 17. regula. cùm enim hætenus, quasi sub cæca caligine ambulauerim, neminem quæ obuiam habuerim, qui digito iter monstraret,

monstraret, tandem ad loca habitata perueni, statimque duo magni viri mihi sese obtulerunt: quorum unus breui sermone se expedierit: alter vero copioso progressu plura disseruerit. ij sunt duo Hispani, quibus datum est nare Corinthum. Regula igitur ista amborum Hispanorum facta Rotæ Auditorum D. Cassado. & D. Sarnen. dictis factis illustrata fuit. In materia igitur discussa paucis agam, addendo si quid opportunum putauero, uel impugnando, ubi impugnationi locus erit. Rubrica istius regulæ est eadem cum illa Innocentij VIII. ac Pauli III. & aliorum. Sed aduertendum est, quod nigrum est generalius, & plenius rubro. & istud præsertim euenisse credo, quia ista regula, quæ est eadem cum illa Pauli tertij: plura continet, quàm antiqua regula. unde licet regula mutata fuerit, seu suppletiones additæ illi fuerint, rubrica tamen eadem remansit. Regulabitur igitur ista rubrica à nigro, cum nigrum sit generalius, & plenius rubro. glo. in Auten. de ince. nupt. in princ. in uer. fancimus. Alex. I. in. l. i. nume. 9. & Ias. nume. 1. ff. si cer. peta. Cur. Iuni. consi. 54. nume. 10. Et regula, quia sub una eademque structura uerborum nõ potest comodè diuidi, tamen intellectualiter diuiditur in duas partes principales. in prima exorditur, seu rationem constitutionis assignat. in secunda, quæ est ibi, Idem Dominus noster &c. ponitur ipsa constitutio: quæ ita est ampla, ut infinita dubia refecer, quæ prius oriebantur tempore aliarum regularum. Ex quibus additionibus, quæ etiam erant tempore Pauli tertij, apparebit, quod quasi tota dec. Cassado. super hac regula, quæ est. 39. in ordine, & aliqua ex quæstionibus D. Sarnen. nihil, uel parum hodie inferuiunt, prout una est illa. 2. quæ penitus tollitur per uerba regulæ clara ante si. ibi, Ac etiam ante motam litem, & est alia 8. ubi quærit, an regula huiusmodi habeat locum in cõmissionibus motu proprio concessis: & aliqua alia ad sunt, quæ parum, uel nihil operantur.

PRIMA quæstio, Iuris quæstici appellatione, quid ueniat?

SECUNDA quæstio, quis sit effectus clausulæ, Dummodo tempore data præsentium non sit alteri ius quæsitum?

TERTIA quæst. An regula restringatur solum ad ius quæsitum principaliter, uel extendatur etiam ad secundarium, & in consequentiam?

QUARTA quæstio, quid si Papa lite pendente referuat beneficia, quæ possidet Sempronius in fauorem tertij colligatis, an sit locus regulæ?

QUINTA quæst. An regula ista habeat locum in suspensionibus?

SEXTA quæst. An regula habeat locum in declaratorijs Papæ?

SEPTIMA quæst. semora Regula, An Legatus de latere, uel alius inferior, possit tollere ius quæsitum?

OCTAUA quæst. An regula habeat locum in rescriptis, seu concessionibus de plenitudine potestatis?

- 1** **PRIMO** igitur quæro, quid ueniat appellatione iuris quæstici, quoad effectum regulæ nostræ? & hoc scire est summè necessariū, ut ex infra dicendis apparebit. Et breuiter dico, quod uenit omne, & quodcunq; ius, super quibuscunq;, quomodocunq;, & quacunq; occasione, uerè & certitudinaliter quæsitū, siue sit ius in re, siue ad rem. Et primo facit, quod illa uerba in fine regulæ, Nulli sibi ius quæsitū: cum sint indefinita æquipollent uniuersali. l. si plures gradus. ff. de lega. 3. l. si pluribus, & ibi Bar. in prin. ff. de legat. 2. Secundo facit, quod dispositio regulæ est iuri communi cõsona, ac rationabilis, & fauorabilis. l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loc. pub. ubi Princeps concedendo intendit nulli præiudicium inferre: & sic nulli ius auferre, & citra cuiuscunq; iniuriam, seu præiudicium. Bal. in. l. nec auus, per illum tex. C. de emancipa. libe. c. super eo; ante si. ibi, non tamen est nostræ intentionis. de offi. delega. c. ex tuarum de autho. & usu pal. in fi. & ibi nor. glo. in uer. permittat. Dec. consi. 11. & pro tenui nume. 3. & 4. consi. 22. in casu col. 2. post medium. & latè consi. 292. & pro tenui col. 2. uerfi. uenio ad secundam. meritò igitur lata interpretatio fieri debet. Vnde tanto magis etiam procedit dictum Arguementum indefinitorum ad uniuersalia, quod cessare solet, quando sumus in materia odiosa. l. 2. cum glo. magna. & ibi Docto. ff. de libe. & posthu. Rui. consi. 3. col. si. ibi, sed quia decretum respectu dicti criminis uol. 5. Tertio, arguendo à ratione proemij, quæ attendi debet. l. si. & ibi Bar. nume. 3. ff. de hered. institu. Dec. consi. 373. nume. 12. 375. nu. 5. 388. ante numerum 3. est generalis cõtra omnes suggestiones, & ad omnem modum, per quem iustitia posponenda ueniret: sed quocunq; modo tolleretur quodcunq; ius quæsitum, esset locus suggestioni, & iustitia postponeretur: meritò dicta interpretatio fieri debet.

- 1** **SECUNDO** quæro, quis sit effectus clausulæ, Dummodo tempore data præsentium non sit alteri ius quæsitum? & D. Sarnen. hic in prima quæst. uideri meo nimia uitur prolixitate. breuiter igitur perstringendo
- 2** multa, duas subicio cõclusiones. Prima sit, clausula Dummodo, importat modum, nõ conditionem, ex sua propria natura. Bar. in. l. quibus diebus. §. termilius nume. 4. uerfi. quid de dictione dummodo. ff. de condi. & demon. Bal. in c. dudum el. 2. de electio. col. 6. uerfi. & hæc faciunt ad quæstionem. Deci. consi. 327. uiso casu. col. 2. in princ. uerfi. nec prædictæ cõclusioni. Ex quibus sequitur, quod propter istam clausulam gratia non dicitur suspensa, ut etiam ibi Deci. insert. nam non adimpleto modo, non reuocatur actus, sed debet agi ad eius obseruantiam, prout per iura prædicta. & est textus in. l. ea cõditiõne. C. de rescind. uend. Tamen
- 3** contrarium est dicendum in casu nostro, quod immo importet conditionem, & non modum: & sic quod eo ipso inducat suspensionem gratia

firmat. Deci. in dicto consi. 327. uol. 3. in fi. loquens de ista clausula in rescripto apposita, dans etiam rationem, quod rescripta regulentur à voluntate concedentis, per notat. per Inno. in c. cum Ecclesiastica nu. 2. uerfi. sed dices de exceptio. Et quod clausula faciat cōditionem, in terminis nostris cōcludit etiam Feli. in c. super his de rescri. col. 7. ubi etiam loquitur de ista regula cancellariæ nume. 11. uerfi. quinta regula. ubi loquitur per uerba, Si non est alteri ius quæsitum. & per eadem uerba, Si nō sit alteri, loquitur Rot. Belleme. 167. per illa uerba & c. Et eodem modo ista dicitio Si facit conditionem etiam iuncta dictioni, quæ de sui natura non faciat conditionem. Barr. in l. sub conditione nume. 8. ibi, nam illud est uerum, nisi quando cum dictione *Ut immiscetur dicitio si. ff. de solut. Ideo Barr. in l. si Titio cum in prin. ff. quan. dies legat. cedit Deci. consi. 89. uiso puncto col. 3. in prin. Ex præmissis sequitur, quod si tempore data, uel gratiæ concessæ, aliquis habeat ius in re, uel ad rem, gratia huiusmodi est resoluta, & nulla, & perinde ac si non fuisset concessa. Altera cōclusio est, quod ista clausula Dummodo nō sit & c. habetur semper pro apposita. Bal. in l. si. in prima lectu. num. 6. uerfi. item not. quod liberalitates. ff. de consti. princi. Feli. in c. causam quæ nume. 5. uerfi. & si princeps. de rescrip. Immo t̄ omnes clausulæ de stilo, uel consuetudine apponi solitæ, habentur pro appositis, licet non exprimantur. c. cum M. Ferrarien. uerfi. mandemus. ibi, uel fuerit, uel esse debuerit. & ibi not. Abb. nume. 5. & Feli. nume. 6. de consti. Dec. consi. 441. Præsens consultatio nume. 12. sequitur igitur, quod etiam ista conditio tacita, & subintellecta impediatur ortum, & suspendat. glo. in l. item quia in uer. male, post medium. ff. de pact. Alex. in l. 3. col. 1. ff. de lega. 1. Deci. consi. 2. & pro tenui nume. 4. ubi etiam defendit dictam glo. Sed in quantum D. Sarnen. hęc conatur concludere (post multa) magis operari istam clausulam subintellectam, quàm expressam: hoc mihi non quadrat, nec iura, & rationes per eum ad hoc allegatæ, uidentur urgere.*

TERTIO QUÆRO, An regula restringatur solum ad ius quæsitum principaliter, uel extendatur etiam ad secundarium, & in consequentiam? Et D. Sarnen. arguit ad utranque partem: tandem concludit pro prima opinione. Ego uerò contrarium teneo, quod immo omne ius quæsitum excludatur per regulam, per ea, quæ dixi in prima quæst. tum ex natura indefinitorum: tum quia regula est fauorabilis, & rationi consona; tum quia ratio proœmij in quocunque iure uerificari potest. & istæ cōsiderationes faciunt cessare allegata pro parte contraria. Nec illud fundamentum, quod statutum contra turbantes statum ciuitatis, intelligi debeat de turbantibus principaliter, non secundariò, & occasionaliter, per nota. per Bal. in l. 1. §. huius studij. ff. de Iusti. & iur. nume. 6. multum facit

facit: quia statutum, quando potest aliquid operari, est strictè interpretandum, & taliter quod se conformet cum iure communi, magis quàm fieri potest. Immo in l. si uerò. §. de uiro. 4. col. ff. solu. marr. Roma. consi. 318. quæritur etiam, ante si. Feli. super rub. de præscrip. col. 2. in fi. uerfi. responde ex doctrina & c. de præscrip. At tex. per Bald. allega. uidelicet. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus, cum glo. in uer. contenditur, concludit, quod per ciuiles contentiones non contenditur in exitium Reipublicæ principaliter, & sic huiusmodi statutum, secundum illam dispositionem interpretetur. nec mirum, quod tex. cum glo. id disponat, quia loquitur in materia odiosa, & pœnali, & in qua benigna interpretatio fieri debet. Et præfatus D. Sarnen. ad euitandum omnia contraria, distinguit: sed melior distinctio uidetur illa Areti. in consi. 7. procedendum est. col. 2. post medium uerfi. sed dicendum est. qui allegat Deci. Rot. quæ est. 331. incipit, supposito facto. in no. & istam distinctionē Areti. sequitur etiam Feli. in tracta. quando literæ Apostolicæ in. 5. limita. ubi cōcluditur, quod t̄ etiam spes à causa de præterito originem habens, uidetur esse considerabilis, sicut ius quæsitum per. l. post emancipationem. §. illud, & ibi Bar. ff. de libera. lega. Et ista distinctio Areti. & Feli. uidetur uera, & tenenda per ea, quæ ibi allegant, quæ transplantare superfluum esset. Nec illa cōsideratio, quod lite pendente uel non, facit ad regulam nostram: quia omnem casum comprehendit, & ante litem, & lite pendente. & illa uerba regulæ in fi. Nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur: sunt apta comprehendere omne ius quæsitum, etiam istud.

QUARTO QUÆRO, Si t̄ Papa lite pendente referuat beneficia, quæ possidet Sempronius in fauorem tertij colligatis, nunquid sit locus regulæ ista fuit quæstio de uerbo ad uerbum D. Sarnen. nona, quam dicit disputatam fuisse tempore Calisti, sed non habere resolutionem. Ex infra dicendis apparebit, quod D. t̄ Sarnen. ubi uidit arcana, & penetralia Rotæ, optimè se gessit: ubi autem loquutus est ex se ipso, & ex suo capite, plerunque debiliter, & frigide (iudicio meo) scripsit. Sequar igitur ordinem ipsius D. Sarnen. qui pro parte negatiua arguit hoc modo. Per huiusmodi reservationem, nihil Sempronio aufertur, quia post obitum nō posset disponere: nihil diminuitur ordinario collatori, quia cōferre non potest beneficia iam litigiosa: & nihil illi, in cuius fauorem fit, de præsentibus confertur, quod ius firmum sapiat: ergo non est locus regulæ, quæ loquitur de iure quæsitum non tollendo. nihil penitus allegat nisi cle. 1. ut litem pendens. ad probandum, quod ordinarius non potest conferre beneficia litigiosa, quæ tamen cle. non ita indistinctè procedit, ut per eum inducitur. immo non facit ad propositum, ut infra dicam. Et primo reassumo primam illationem, quæ non uidetur subsistere. nam ista cōsideratio, quod

quod Sempronio nihil auferatur, quia post mortem non posset *disponere*, non excludit, quin uiuens cessante reservatione potuisset *disponere*, etiam in tempus mortis & ultra: prout dicimus in testamento, per quod uoluntas testatoris disponit super eo, quod fieri uult post eius mortem. l. i. ff. de testa. & applicādo ad casum nostrum, Sempronius nisi superuenisset reservatio, potuisset resignare in manibus Papæ in fauorem cuiusuis uoluisset etiam cum regressu, etiam reseruando sibi omnes fructus tempore uitæ suæ, intantum quod & ipse fructus tempore suæ uitæ percepisset, & in euentum prioris mortis resignarij sibi prouidisset per uiam regressus: & post eius obitum relinquere potuisset successorem in beneficio sibi gratum, & à se dilectum, uel alicui regressui consentire. Auferuntur igitur sibi istæ commoditates, & ista eius libera uoluntas. Insuper auferitur sibi commoditas permutandi beneficium cum alio sibi forsan utiliori iuxta text. in l. i. ff. de contrahe. empr. cum glossella in uer. utilibus sibi, inutilibus alijs. & ex text. in c. quæsitum in fi. de rerum permutatione. & patet ad sensum, quanta sit utilitas, & commoditas, res, & beneficia permutandi. Ad secundam illationem, quod nihil ordinario collatori diminuatur, quia conferre non potest beneficia iam litigiosa, per dictam cle. ut lite penden. primo dico, quod dicta cle. non disponit hoc simpliciter, sed distinguendo, an uterque litigans in Cur. Roma. moriatur, an extra eam: & an alter in Cur. & alter extra, & aliās prout ibi. quæ cle. etiam limitatur, & declaratur, ut per Nicol. Mil. in suo repert. fol. 112. col. 3. & seque. in uer. litigiosa res sit. Secundo respondeo, quod ista consideratio non adaptatur casui nostro. nam dato quod ordinario aliquid diminueretur in non posse conferre, per hoc non esset in consideratione dispositio regulæ: alioquin sequeretur, quod quotiescunque Papa concedit gratias, expectatiuas, uel mandata de prouidendo, uel reservationem, quomodocunque esset locus huic regulæ in fauorem ordinariorum: quod minimè dicendum est, quia ordinarius non potest conqueri, quod summus Pontifex conferat, uel de beneficijs disponat: cum de iure communi † Papa habeat plenariam dispositionem in omnibus beneficijs Ecclesiasticis c. 2. in prin. de præben. lib. 6. cle. 1. in fi. ut lite penden. Syl. de beneficio par. 1. quæst. 4. nume. 21. Tertia illatio parum, uel nihil facit, cum quia non est uerum, quod sibi nihil acquiratur firmum, seu considerabile: quia (ut supra dixi) sola spes est in consideratione. Sed alio etiam respectu nō facit ad propositum, quia regula non tollit, nec denegat, posse alicui acquiri, sed prohibet ne alicui tollatur ius quæsitum. immo uidemus, quod plura conceduntur, & tamen regulæ nō est locus, ueluti in gratia, si neutri, & in plerisque alijs. patet igitur ex præmissis, quod omnes istæ cōsiderationes redduntur inanes.

unde

unde

unde nō sine causa D. Sarnen. uidens forsan prædicta nō urgere, recursum habuit ad aliam considerationem: quæ fuit, quod aliquæ ex regulis antiquis istum casum expressè ex uerbis comprehendebant: quæ cum nunc sublatae sint, constat summum Pontificem noluisse sub regula comprehendere. allegat Rot. & Feli. qui parum ad istum casum faciunt. & Deci. quæ possent ad istum casum adaptari, sunt. 377. not. quod si petatur cum seque. in antiq. ibi, si commissio contineat, quod procedatur summarie, simpliciter, de plano, sola facti ueritate inspecta, & nihil sit cassatum, & signatum, dicat, audiat &c. omnia uidentur concessa & seq. Dec. reterto eodem themate uideretur uelle, quod si clausula Audiat, nō habet distinctionem &c. nō ueniant omnia in commissione contenta, licet nō cassata tanquam nō expressa, uideantur neglecta. Et adaptando ad casum nostrum, cum Papa in regula nō curauerit apponi facere illa uerba aliarum regularum, uideri debeant neglecta. facit etiam pro præmissis Rot. 732. si aliqua. & 787. sciendum est in antiq. & melius Rot. Bisigne. 5. de rescript. & Feli. in c. super literis ante numerum 10. ibi, quod cancellatura

4 unius particulæ &c. Vbi † cassatio aliquorum in rescripto, inducit concessionem aliorum etiam, quæ de sui natura sine certa expressione non ueniret. pro quibus etiam allegatur tex. in l. Tribunus. §. cum aliquid. ff. de militari testa. Syl. de beneficio par. 3. quæst. 12. in 19. qualitate ante fi. ante numerum 27. uerfi. & similiter tenet Rota. Sed rectè considerando, unico uerbo omnia præmissa tolluntur, dicendo, quod nos sumus in diuerso casu, immo nullam conformitatem habente. Subdit postea idem Author aliam solutionem, quod casus iste uideatur comprehensus in noua regula, ex quo erat expressus in antiquis regulis, arguendo, quod

5 lex moderata debet interpretari secundum antiquam etiam abolitam: ergo regula moderna secundum antiquam abolitam, per theo. Bar. in l. si. ff. de falsis in l. i. ff. de coniun. cum emanc. liber. & in l. sed & posterior res. ff. de legi. Aduertendum est, quod dicta Bar. non faciunt ad casum nostrum. nam in dicta. l. si. duo cōcludit: unum, quod leges antiquæ quibus est derogatū, possunt allegari pro decisione causarum, quæ habuerunt causam de præterito. & hoc facit ad aliud, quod regula Pauli m. & aliorum, qui cum prædecessoribus istius expirarunt, possunt allegari pro casibus, qui tūc euenerunt: & hoc in Cur. est notorium apud omnes. Alterum est, quod quando quis uult allegare leges correctas in argumentum, potest: limitando hoc procedere, quando sunt in corpore Iuris insertæ, alioquin nō licet ex illis argumentum sumere. idem repetit in dicta. l. i. ff. de coniugen. cum emanc. liber. nu. 4. Cum autem tritissimum sit, quod regulæ cancellariæ nō sunt in corpore iuris insertæ, immo cum ipso cōditore expirant, dicta Bar. ubi supra faciunt cōtra ipsum D. Sar-

nen.

nen. Quò uerò ad Bar. in dicta. l. sed & posteriores. ff. de legi. hoc nò dicit. Sed quòd † statuto primo speciali nò derogetur per posterius generale: de quo etiam per Deci. consi. 43. & pro tenui nume. 2. 6. & 7. patet igitur, quòd omnes còsiderationes D. Sarnen. de quibus supra, redduntur inefficaces. Quid tenèdum breuiter inhæreo parti affirmatiuæ, quòd immo locus sit regulæ, quia tollitur libera facultas disponendi de beneficio: & quia Papa disponit super iure iam quæsito. nec negari potest, quin Sempronius possessor sublata tali reseruatione dicatur habere beneficium magis expeditum, & sibi magis charum, & iura satis habent in consideratione, quia gratia quandoque reddatur inutilis, ut est tex. in c. si super gratia ante fi. de offi. deleg. lib. 6. qui tamen uellet contrarium tenere, posset plura adducere, replicando etiam non posse uerè, & certitudinaliter prætendi præiudicium Sempronij, saltem còsiderabile, & in regula comprehensum: & quòd † futura, quæ habent se ad esse, & nò esse, sunt parum in consideratione. l. sciendum. §. si fundum. Nec ad rem pertinet, quòd euinci mihi ea possessio possit. ff. qui satis. cogan. facit optimè Rot. in no. 310. si reus col. fi. ante numerū 3. uers. ad quod. & Belleme. 7. 9. licet per appellationem col. fi. ibi, quia dico, quòd ralia futura & c. & per Feli. in c. in nostra in 7. core. de rescript. at in casu proposito poterat ira promoueri ille tertius, sicut Sempronius. Possent plura alia considerari pro utraque parte, quæ breuitatis causa omitto.

- 1 QVINTO QUÆRO, An † regula ista habeat locum in suspensionibus? Et D. Sarnen. incidenter tangit in 10. quæst. nume. 4. & sequè. dum loquitur de exceptionibus peremptorijs, & dilatorijs. Et pro parte affirmatiua ponderat text. in c. si super gratia in fi. ubi dilatio longi temporis uideatur æquiparari extinctioni gratiæ. de offi. delegat. lib. 6. & tradi. per Bal. in l. penult. ff. de excusat. tuto. qui tamen Bald. ut infra dicam, facit contrà. allegatur etiam. c. quamuis de rescript. lib. 6. Postea arguit pro alia parte, tandem distinguit, aut est suspensio modica, seu modici temporis, aut longi. & primo casu cesset regula: secundo uerò casu habeat locum. Ego autem indistinctè teneo partem negatiuam, quòd immo regula loquens de non tollendo iure quæsito, non se extendat ad suspensionem: 2 quia † suspendere, & tollere, diuersa sunt. Inno. in c. cum inter de cõsuet. in uer. licitum Bald. in dicta. l. penult. ff. de excusat. tuto. post princ. ibi, quòd aliud est aliquid suspendere ad tempus, aliud tollere. Et ideo dicimus, quòd licet ius quæsitum habeat expectans per acceptionem de beneficio, quòd cadit sub sua gratia: tamen non præseruatur à regula, quia ius illud per contrariam prouisionem nò tollitur, sed suspenditur. Rot. 244. licet de more. in no. præsertim col. 2. ante medium. ibi, tamen ex toto gratia sua nò perimitur: sed permanet sibi saluum ius aliud beneficium

neficium, acceptandi, prout idem còcludit Paris. notās huiusmodi Deci. consi. 119. super hoc nume. 7. Ad còtraria potest responderi. & primo ad c. si super gratia de offi. delegat. lib. 6. quòd loquitur in alijs terminis, nec bene potest ad casum nostrum applicari. Insuper illa suspensio, seu potius dilatio, uel non idem uerè operatur, uel propter causam, de qua in glo. si. in uer. longius. Ad Bal. fuit responsum, quòd immo concludit pro hac parte. Ad c. quamuis de rescript. lib. 6. dico, quòd nò loquitur in suspensione, sed in reintegratione, prout etiam optimè declarat Bal. in l. fi. col. 3. uers. tertio oppo. C. de sent. pass. Et ad consi. Oldradi. 223. quòd etiam in contrarium allegari posset. Ad omnia alia contraria, quæ possent allegari, respondeo, quòd loquuntur de peremptione iuris, non de suspensione.

- 1 SEXTO QUÆRO, An † Regula habeat locum in declaratorijs Papæ? Ista disputauit ad partes D. Sarnen. super hac regula quæst. 13. ubi plura cummulauit. & quæst. 9. de impretran. beneficia uacantia per obitum Card. & ibi distinxit, aut in continenti fuit facta declaratio, aut ex post facto. & primo casu uideatur inesse ipsi priori dispositioni. quæ ramen distinctio non uidetur congrua, nec iuridica. Breuiter regula nostra est clara, & etiam eadem erat tempore D. Sarnen. & cum loquatur per uerba expressa etiam in declarationibus, cessat omnis argumentatio. Còcludo 2 igitur pro parte affirmatiua, limitando tamen † uerbum Declarationibus, de quo in regula, intelligi debere de his, qui ueniunt non per uiam declarationis uerborum obscurorum, confusorum, seu dubiorum: sed suppletionis, seu additionis illorum, quæ prius non erant. & ista dicitur potius noua dispositio, uel noua còcessio, quæ tollit ius quæsitum. Ista fuit distinctio Paul. de Cast. in l. hæres palam. §. siquid ante numerum 5. uers. multoties etiam propterea facit aliquas declarationes. ff. de testa. & ultra deducta per Sarnen. pro hac interpretatione facit idem Paul. consi. 22. col. fi. consi. 148. col. fi. & consi. 248. col. 1. lib. 1. Bald. in c. 1. col. 3. de cõsti. Deci. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & optimè declarat Fran. Aret. consi. 84. diligenter ponderatis col. 3. nume. 5. uers. declaratio autem potest habere locum & c. Deci. consi. 114. & pro tenui nume. 5. & consi. 229. nume. 4. & Paris. consi. 50. D. Iacobus in fi. lib. 4. ubi distinguit, an declaratio concernat dubium in iure, an in facto. & primo casu illam nò tollere ius quæsitum: secus in secundo casu. Et applicando ad practicam pro 3 Iunioribus dico, quòd † si Papa concessit gratiam Mœuio super prioratu, seu alio beneficio Bononiæ, nisi sit aliqua certa coniectura, de qua Bononia senserit, declarando postea, quòd intellexerit de Bononia ultra montes, uel de Bononia in Lombardia, isti declarationi non obstant regula, quia ista est interpretatio, declaratio uerborum ambiguum,

prout in Bononia exemplificat Bar. tin. l. quotiēs in stipulationibus. ff. de uerb. obliga. ubi etiam ponit altam interpretationem dictionis Canis, quę potest interpretari pro stella, pro cane latrabili, & pro pisce. Sequitur, quod in similibus interpretationibus, & in illa quando prouideretur Titio, & sunt duo Titij: quando prouideretur de beneficio Sancti Petri, & sunt duo beneficia sic nuncupata: nunquam erit locus regulę: secus uerò quando Papa declararet aliquem fuisse familiarem, uel habuisse, seu habere aliquam qualitatem accidentalem. Et subiiciendo notabilem casum in Rot. decisum sub die 8. Februarij. 1549. in una fulginaten. Prioratus inter D. Alexandrum de Elmis, & Perruum Paulum, Coram. R. D. Vestiano disputatur, an declaratorię se. re. Pauli. super accoliratu, & familiaritate D. Alexandri obstaret regula. declarabat enim Papa tulum fuisse, & esse accolitur, ac familiarem suum, & cōtinuum commentum fuisse, & esse accolitur, ac familiarem suum, & cōtinuum commentum fuisse, mandando ita iudicari debere per quoscunque sublata &c. quibus non obstantibus cōclusum fuit esse locum regulę. Alium notabilem casum decisum super regulis declaratorijs aliarum regularum ponam super regula De publicadīs, ubi melius cadet. fuit enim disputatum super una regula Pauli. declaratoria regulę De publican. Limitarem tamen conclusionem supra factam, quod non obstat regula declarationi Papę, quando declarat de qua Bononia, seu de qua Ecclesia S. Petri intellexerit, nisi aliqua contraria coniectura capi possit, quę declarationem potius fauorabilem, quàm iuridicam, seu uerisimile reddat. prout Papa prouidit Irato, & Bononiensi de prioratu in Ecclesia Bononiensi: eius familiari Romano, de canonicatu S. Petri, seu de beneficiario, succedit, quod postea Papa declarat in primo casu sensisse de Bononia ultra Mōtes, uel in secundo sensisse de canonicatu, seu beneficiario S. Petri Bononię: dico istis declarationibus, tãquam in uerisimilibus, uel regulam, uel ius commune obstare, tanto magis si alia coniecturę concurrerent.

1 S EPTIMO quęro semota regula, An Legatus de latere, uel alius inferior possit tollere ius quęsitum? similem quęstionem ponit hic D. Sarnen. quę est 23. & ultima, sed sub alijs uerbis, ut uideri potest: ubi addit etiam ista uerba uidelicet, derogādo huic regulę, sicut Papa: quam additionem non pono, quia est superflua. nam Legatus etiam de latere non potest derogare regulis cancellarię, nisi expressam super hoc habeat facultatem, prout per ipsummet D. Sarnen. in 41. quęst. de infir. resignan. super qua regula aliquid super hoc tangam. Reduendo igitur ad quęstionem propositam, uidetur dicendum, quod Legatus de latere possit tollere ius quęsitum: quia Legatus de latere potest idem, quod Papa, in non specialiter reseruatis, immo potest etiam super ipsi Papę reseruatis, c. cum uenerabilis, ante medium. ibi, uel cōfirmatione à nobis, uel ab

uel ab ipsi, qui Vices nostras in illis partibus &c. de consue. & cum

3 † Apostolo omnia liceant. 1. ad Corinthios. 6. post mediū, ubi asserit omnia sibi licere. & idem dicit. c. 10. post medium. c. aliud 17. quęst. 1. & † Legatus sit loco Apostoli, Specu. in titulo de Lega. s. superest num. 6. uersi.

4 & Apostolus, cuius loco Legatus est, ubi omnia prædicta probantur: sequitur, quod Legato omnia liceant, & sic etiam tollere ius quęsitum, plura alia in argumētum adduci possent pro hac opin. cum potestas Legati à latere maxima sit, prout patet toto titulo de offi. Lega. per Specu. super dicto titulo, & per Barba. qui plura cumulat in tracta. de Cardin. legatis à latere, & nouissimè per Boe. in tracta. de potestate Legati à latere. Et ad cōtraria deducta hic per D. Sarnen. possent responderi, quod non loquuntur quoad Legatum de latere: qui cum (ut dixi) representet personam Apostoli, & personam ipsius Papę, non debet comprehendere sub aliqua generalitate. Nec obstat. Bal. per eum allegatus in l. 2. col. 10. ubi tamen nihil dicit, sed col. 7. nume. 39. uersi. item not. quod si Papa. C. de ferui. & aqua, qui concludit, quod concessio facta per Papam cum plenitudine potestatis, non per hoc operatur, quod ille, cui sit cōcessio, habeat istam plenitudinem: quia hoc nihil ad casum nostrū. & ualde inter se differunt, concedere alicui plenitudine aliquid, & cōcedere alicui ipsam plenitudinem. Insuper ipse Legatus de latere eo ipso, quod est talis, uidetur habere plenitudinē ab ipso Apostolo, & ab ipso Papa, ut supra dixi. Ad Fede. quęst. 200. quod permutatio &c. post mediū uersi. præterea si Legatus potest responderi, quod loquatur in simplici, & ordinario Legato, non autem in illo de latere, inter quos maxima est differentia, prout latissimè in tracta. supra allega. Insuper potest responderi ad rationem, quam ibi dat, quod solus princeps sine causa potest auferre iura uni Ecclesię, & dare alteri: quod hoc non est mirum, nec excluderet Legatum à latere, quin propterea possit tollere ius quęsitū, præterquam auferendo ab una Ecclesia, & dando alteri. Nec etiam consi. Roma. 37. uiso puncto nu. 2. uidetur facere, quia ibi deciditur, quod Legatus à latere non potest tollere constitutiones approbatas per sedem Apostolicam, nos autem sumus extra istum casum. & dum subdit rationem, quia tolleretur ius quęsitum arti lanę. uidetur sentire, quod etiam princeps per eum absque ista causa facere non posset: quod etiam suadetur ex his, quę allegat. Nam retorquēdo posset dici, quod stante causa Legatus à latere possit, sicut ipse princeps. Nec Stepha. Bertran. cōsi. 12. lib. 3. per D. Sarnen. allegatus, aliquid penitus facit: immo loquitur in alia materia. Quid tenēdum? in subtilitate iuris posset præfata opinio satis defendi: contrariam tamen opinionem tenendam puto: Cum princeps solus, & nemo alius possit tollere ius quęsitum, & ipse possit sine

causæ cognitione omnia, quæ omnes inferiores cum causæ cognitione. Bal. in. l. si testamentum. C. de testame. Alex. consi. 94. consideratis col. penul. num. 8. uer. tamen secus est in inferiori à Principe. Dec. consi. 288. quæritur col. si. nume. 8. consi. 292. & pro tenui col. 2. præsertim in si. & in terminis nostris magis specificè loquitur consi. 525. Vitis nume. 8. ibi, qui quidem Legatus non uidetur, quod iuri alterius derogare possit, quia illud est reseruatum soli principi &c. Deci. post alios in c. quæ in Ecclesiasticarum ante numerum 25. de constit. & facit Stepha. Bertran. per D. Sarnen. malè allegatus in alio consi. uidelicet. ibi, regula gloriosissimi &c. uol. 2. nume. 4. ibi, quod facere non potest inferior à principe. & num. 6. Nec obit. quod Legatus omnia possit: quia respōdeo, quod omnia non reseruata soli principi, ut suprà. Nec obit. quod Legatus sit loco Papæ. & sibi omnia liceant: quia (ut patet ad sensum) maxima est differētia inter istos duos, & infinita Legato à latere denegantur, quæ ipse Papa potest. c. 2. c. 3. & seque. de offic. Lega. ubi Legatus à latere etiam redarguitur à summo Pontifice de nimio ausu, seu nimia præsumptione. & Specu. in dicto titulo de Lega. §. nunc ostendēdum, ponit. 89. casus Legato prohibitos, & soli summo Pontifici concessos. facit etiam consi. Dec. 573. in casu nume. 3. uer. si. & in terminis de Legato de latere &c.

- 1 OCTAVO Quæro, An Regula ista procedat in rescriptis, seu concessionibus de plenitudine potestatis emanatis? Et uidetur affirmatiuè responderi debere, tum per illam generalitatem Per quamcunque signaturam, aptam comprehendere etiam istum casum, cum t̄ dictio Quæcunque sit uniuersalis, omnia comprehendens. l. quacunque ratione, & ibi nota. ff. de procurato. l. hoc articulo, & ibi Bar. num. 6. ff. de hære. institut. Roma. consi. 31. Vitis his nume. 2. igitur regula comprehendere uidetur
- 3 signaturam, etiam de plenitudine potestatis concessam. Secundo, t̄ arguendo à uerisimili mente statuentis, seu legem condentis ad. l. i. uer. si. quoniam. ff. si cert. petat. Sozi. consi. 85. in causa communitatis col. 4. ante numerum 9. uer. si. item arguendo à uerisimili uolu. i. credendum est summum Pontificem, & hunc casum comprehendere uoluisse: tum propter generalitatem, de qua suprà: tum propter expressiōem t̄ clausulæ Motu proprio, & Ex certa scientia, quæ uidentur operari plenitudinem potestatis, ad ea, quæ scripsi in 7. quæst. post princ. super 16. Regula de concurren. super beneficio. & no. Deci. consi. 191. in causa, quæ agitur col. 2. nume. 3. uer. si. nam quod princeps facit ex certa scientia &c. & consi. 269. consultus num. 11. ubi in cōcessione principis clausula Ex certa scientia tollit ius quæsitum. & idem Deci. consi. 271. in casu nume. 8. & 9. & consi. 544. Serenissimus ante numerum 28. ubi æquiparat istas duas clausulas De plenitudine, & Ex certa scientia: concludens, quodd

- sine causæ cognitione parum operantur. facit consi. Gramma. 8. super puncto nume. 12. & 14. ergo ista clausula De plenitudine potestatis, non uidetur fortior illa: ergo idem dicendum de una clausula, quod de alia in casu nostro. Tertio, ratio unica, quæ præmittitur in regula, est, ne Iustitia postponatur, à qua t̄ ratione licitum est arguere. ubi est enim eadem ratio, eadem iuris dispositio esse debet, etiam in diuersis factis. l. à Titio ante si. & ibi glo. & latè per Ias. in tertio nota. ff. de uerb. obligat. Roma. consi. 32. Visa municipali col. 2. nume. 5. uer. si. tertio, quia hoc statutum. & consi. 403. in casu proposito col. 1. uer. si. his tamen non refragantibus. latè Deci. consi. 372. Vitis col. 3. nume. 5. & 6. sed sic est, quod ita Iustitia postponetur appositâ dictâ clausula De plenitudine potestatis, sicut non appositâ, ergo &c. Qui uellet contrariam opinionem tenere,
- 6 posset respondere, quod timmo maior uis, & potentia est in dictâ clausula Ex plenitudine potestatis, quàm in dictis alijs duabus. Abb. per illum tex. in c. uni. in 10. nota. nume. 11. ut Eccle. bene. sine dimi. confe. ubi
- 7 quod t̄ quando procedit de plenitudine potestatis, non tenetur leges seruare: arguens etiam, si habet plenitudinem, ergo nullus supra eum. & latius dixi in 7. quæsti. 16. regulæ. Bald. in. l. si quis in 2. lectu. §. si is pro quo post medium. ubi, quod princeps de plenitudine potestatis potest alicui auferre defensionem in causa ciuili. pulchrè per Feli. consi. 31. oportet me omnino nume. 15. ubi inter alia, quod ubi aliàs propter præiudicium tertij requireretur aliqua clausula: tamen ista sola De plenitudine potestatis sufficit: quia per istam princeps ostēdit se uelle supra ius omnino disponere: & non præsumitur uti uelle ordinaria, sed absoluta potestare. Et in terminis nostris, hanc ultimam opin. firmat Paris. consi. 5. Vnio &c. lib. 4. nume. 94. ubi. concludit, quod licet regula annullat gratias factas Motu proprio, & ex certa scientia, nihil tamen disponit de factis ex plenitudine potestatis, unde non debet extendi. & ibi, etiam, quod expressio huius clausulæ De plenitudine potestatis, debet aliquid operari, & plura allegat, quæ transplantare non curau: & idem etiam concludit super hac eadem regula idem Paris. consi. 30. in causa uertente uol. 4. nume. 49. usque in si. consi.

Regula Decima octaua.

De ætate pro Canonicatibus, XIII. annorum in Cathedralibus, X. autem in Collegiatis.

QUÆTEM Quod prouisiones, seu concessiones, uel mandata de prouidendo, de Cathedralium Ecclesi. Canonicatibus, & præbendis, quæ pro quibusuis personis, si XIII. suæ ætatis annum non compleuerint, quomodolibet emanauerint, nisi eis, quod illos in minore ætate recipere possint, per sedem Apostolicam specialiter concessum fuerit, Et quæcunque dispositiones de Canonicatibus, & præbendis, in Collegiatis Ecclesiis, si impetrantes maiores decem annis non fuerint, & de hoc in impetrationibus huiusmodi expressa mentio non fiat, nullius roboris sint, uel momenti, & habeantur pro infectis.

REGULA Ista disponens super ætate pro Canonicatibus, & præbendis obrinendis, est eadem cum antiquis. Et diuidi potest in duas partes principales. in prima disponit circa ætatem pro Canonicatibus, & præbendis in Cathedrali. in secunda, quæ est ibi, Et quæcunque: statuit super ætate pro Canonicatibus, & præbendis in collegiatis. Et notandum est, quod ætas, de qua in prima parte debet esse completa: secus uero in ea, de qua in secunda parte. Et quia uerba textus sunt clara, super illis non insisto. Et licet materia regulæ uideatur satis sterilis, spero eam dote sua competenti me non defraudaturum. Deueniam igitur ad aliquas quæstiones, præmittendo, quod ista regula fuit utilis, immo necessaria, prout patebit ex his, quæ in proxima quæstione deducam, & huic regulæ pluries derogari uidi.

PRI MA QUÆSTIO, Quæ ætas de iure requiratur pro obrinendis Canonicatibus, & præbendis?

SE CUNDA QUÆSTIO, An regula ista habeat rationem, uel conformitatem cum aliquo iure?

TERTIA QUÆSTIO, cui incumbat onus probandi ætatem, ad effectum regulæ decimæ octauæ.

QVARTA

QUARTA QUÆSTIO, Aetas de iure, & ad effectum huius regulæ an possit probari per testes, ita quod dicatur sufficiens, & releuans probatio?

QUINTA QUÆSTIO, Aetas ad effectum iuris, & istius regulæ, an probari possit per aspectum?

SEXTA QUÆSTIO, Aetas an probari possit per instrumentum, & quomodo, & qualiter?

SEPTIMA QUÆSTIO, Aetas ad effectum iuris, & huius regulæ an probetur per confessionem Patris?

OCTAUA QUÆSTIO, Aetas an per scripturas parentum probari possit?

NONA QUÆSTIO, Aetas an probari possit per librum publicum, seu annotationem officialis, seu officialium alicuius Ciuitatis uel Castri?

DECIMA QUÆSTIO, Aetas an probari possit per librum Rectoris, seu Plebani?

VNDECIMA QUÆSTIO, Habilitates præcessoris, seu prædecessoris uidelicet ætas, & aliæ, an & quomodo probandæ sint?

DODECIMA QUÆSTIO, An minor tempore concessionis mandari de prouidendo, reueruationis, seu expectatiuæ, tempore autem uacationis, & acceptationis maior, comprehendatur in regula, seu illi regula obstat?

DECIMATERTIA QUÆSTIO, supposita uera parte affirmatiua præcedentis quæstionis, An regula habeat locum in concessione, seu gratia facta motu proprio?

DECIMAQVARTA QUÆSTIO, An regula habeat locum in ordinarijs, seu alijs in prouisionibus extra curiam?

- 1** PRIMO igitur quero, quæ ætas de iure requiratur pro obrinendis Canonicatibus, & præbendis? Et diuersæ fuerunt opiniones. aliqui distinxerunt, an loquamur de præbendis tantum, & tunc an de præbendis in Ecclesia cathedrali, an collegiata. An uero de præbenda unita cum canonia, prout omnia ista declarat Hostiæ. plenius, quam alij in c. super inordinata col. 3. de præben. Sed quia regula nostra loquitur de ultimo membro, uidelicet quando præbenda est unita cum canonia, & sic de uero, & effectuali, ac pleno canonicatu, prosequendo istam partem, dico, quod Hostiæ. ibi uersi. Sed horum aliud requirit consilij maturitatem, & loquitur de sola præbenda, uel sola canonia: & postea dum loquitur de utraque, uidelicet canonia, & præbenda uersi. Aliud requirit utrumque ut canonia cum præbenda &c. & uideatur concludere, quod
- 2** puer, & sic minor quatordecim annis, non sit habilis, idem concludit ibi Abb. col. 2. nu. 4. uersi. Item no. ex tex. bonum argumentum, & quasi expressum, quod ante 14. annum non potest quis institui canonicus in Ecclesia cathedrali: & postea idem uideatur concludere super glo. 1. Allegantur ibi iura, & rationes, quæ uideri possunt, & inter alias illa est potissima,

potissima, quòd ante illam ætatem, uidelicet ante. 14. annum non potest quis sapienter tractare concernentia consilium, prudentiam, & iura: prout etiam dicimus militem quantuncunque priuilegiatum non posse ante illam ætatem. 14. annorum testari, cum non possit iura sapientium hominum tractare. est text. in l. fi. C. de testa. mili. Infinita possunt allegari ad concludendum, quòd iura prohibent quasi omnes actus ciuiles, & rationabiles ante complementum illius ætatis. 14. annorum, quorum aliqua in proxima sequè. quæst. adducam. Et prædictam opin. tenet etiam Archidia. respondens ad contraria in c. si eo tempore col. 2. ibi, nam licet maior septennio & c. usque ad fi. de rescrip. lib. 6. Idem in effectu concludit in c. ex eo in princ. de electio. eo. lib. idem tenere uidentur Domini de Rota 324. supposita ordinatione in no. in princ. ubi quòd ex ordinatione Grægo. xi. præbendæ cathedrales, non nisi habentibus annos. 14. conferantur. & Belleme. 728. quæ similiter incipit, supposita. & est eadem cum supra allegata, sed breuior. Idem concludit Hieronymus Paulus Hispanus olim peritissimus literarum Apostolicarum corrector in suo tracta. practicæ cancellariæ, quem Prouinciale appellat fol. mihi. 60. à tergo. uersi. nota. quòd in ecclesia cathedrali nullus potest esse canonicus, nisi perfecerit decimum quartum annum & c. plerique alij hanc opin. tenerunt, sed sat sit, præfatos allegasse, qui & numero, & ponderositate, & rationibus, quas allegant, uidentur in hac sententia præferendi. Alij uerò contrarium tenerunt, quòd immo de iure t̄ excedens annum septimum, possit esse canonicus præbennatus non solum in ecclesia collegiata, sed & in cathedrali. Et cum istis in puncto iuris ego teneo, hoc tamen addito, quòd ante decimum quartum annum nō habebit uocem in capitulo. & adduco tex. qui uideretur mihi clarus in dicto. c. ex eo de electio. lib. 6. ubi in pupillari ætate existens, & sic minor 14. annis, ut ibi glo. declarat in uer. in pupillari, præsupponitur, quòd sit canonicus in cathedrali: sed quòd non habeat uocem in electione propter defectum ætatis. & sic ille est rex. rotundus, probans urrunque, uidelicet minorem. 14. posse esse canonicum in cathedrali, sed in tali ætate non habere uocem. Et illi, qui respondent ad illum tex. quòd ille minor dispensatiuè obrinebat canonicatum, diuinant. Hanc ultimam opin. expressè firmat etiam ibi glo. in uer. in tua ecclesia. Idem concludit glo. in c. si eo tempore in uer. ætatem de rescrip. lib. 6. Idem etiam concludit Rot. 203. no. quòd minor. 14. annis in antiq. & istud dicit tenere Rotam, licet ista regula cancellariæ uideatur dicere contrarium: quasi uelit dicere, quòd ista opin. procedit de iure, & obseruantia Rotæ, licet ex superuenientibus prouisionibus huius regulæ aliud sit. Nec obst. Rotà supra allegata 324. in no. & alia Belleme. 728. nec sunt huic contrariæ bene intellectæ,

intellectæ, quia non decidunt ibi hunc articulum: sed præsupposita ordinatione Gregorij xi. quærūt, an annus cœptus habeatur pro completo. Immo magis faciunt pro hac opin. nam remota ordinatione Gregorij secus uideretur dicendum: nec ista ordinatione est in corpore iuris clausa, nec pro lege, seu canone habetur. de qua etiam ordinatione loquitur Staphi. in tracta. signaturæ. fol. 24. à ter. in uer. & est notandum circa præmissa. uersi. quòd uerò ad beneficium simplex, ubi femora hac ordinatione concludit pro hac opin. & de eadem ordinatione, & de hac regula loquitur etiam D. Sarnen. in tracta. expectuarum nu. 86. uersi. sed quòd ad beneficium simplex. hanc etiam opin. firmat Mil. in reperto. in uer. minor. 14. annis potest esse canonicus & c. fol. 117. col. 2. Dec. in l. scemina. §. impuberes nume. 6. ff. de reg. iuris. & breuiter ista est communis opin. prout testatur Philip. Fran. in dicto c. si eo tempore de rescrip. lib. 6. col. fi. uersi. de canonicibus uerò, & præbendis & c. Et prædicta in uestigatio utilis, immo necessaria fuit ad cognoscendum, an regula sit iuri communi conformis, uel dissona, & in consequentiam an odiosa, uel non, & extendenda, uel restringenda. Ad aliud etiam fuit utilis talis discussio, quia cessante regula propter obitum Pontificis, uel aliàs, ordinarius de iure communi poterit cōferre canonicatus collegiatæ, uel cathedralis excedenti septimū annum. Est uerum, quòd optimè prouidit, & maximam rationem in se habuit regula ista, tum propter autoritates tantorum uirorū, de quibus præmissi, tenentium primam opin. tum ad magis consulendum Ecclesijs, ipsarum que canonicibus. Et prouisionem huius regulæ summè laudat Syl. de beneficio par. 3. quæst. 5. ante numerum 27. uersi. & cum non debeamus reducere & c. qui etiam ibi dicit hanc regulam concordare opin. omnium super quæsti. prædicta discutientium, sed melius dixisset regulam melius prouidere, uel tollere ambiguitatem ex diuersitate opinionum resultantem: quia in ueritate regula ipsa nō concordat opin. immo destruit communem opin. & sententiam tenentiū secundum opin. de qua supra. Vnū etiam non omitto pro

4 Junioribus, quòd est, quòd t̄ canonicatus nō requirit aliquem ordinem, sed tantum clericalem tonsuram. Abb. in c. 2. in ult. nota. per illum text. de Instir. Boe. Deci. 171. in prin. Et dixit Calderi. consi. 14. quòd statutum Episcopi, quòd non habens ordinem diaconalem, careat uoce capituli, non ualeat, in titulo de constit. Et ista etiam pono, ne quis legens Prouinciale in loco præalle. ubi subdit, quòd postquam peruenerit ad decimum quartum annum, si nō fecerit se promoueri ad sacros ordines infra semestre, est priuatus omni iure canonicatum, & præbendæ, ueniat in eius sententiam. nam allegat Extra. Nicol. v. quia Romana, quam inter alias non inuenio. eius igitur opin. iure nō probata non est tenenda.

cum præsertim resistat autoritatibus immediatè adductis, quæ satis præponderant autoritati præfati Hieronymi Pauli Hispani: qui licet pleraque utilia annotauerit, tamen in multis defecit, pleraque digna non ratu nuda, & sine autoritate, uel ratione dimisit, ut etiam aduertit D. Sarnen. de suo Hispano loquens in tracta. expectatiuarum num. 26. fol. mihi. 148. in prin. Nec aliquo modo saluari posset, nisi uel dicendo, quòd aliqua extrauagans esset tempore suo, quæ, ut pleræque aliæ, ab obseruantia, seu receptione à curia recesserit: uel quòd ipse præsupponat casum, qui sacros ordines requirat. pura, quòd canonicatus sint instituti, & erecti hac qualitate apposita, quòd in illis ordines sacri requirantur, prout etiam uidemus alios canonicatus esse doctorales, alios non posse conferri nisi nobilibus. Vel, & tertio, dicere possumus, quòd ipse locutus sit iuxta terminos cle. 2. de æta. & quali. ut uocem habere possit &c: sed quia discussio ista hîc non cadit, non prosequor ultra.

- 1 **S** E C U N D O quæro, An ÷ regula ista habeat rationem, uel conformitatem cum aliquo iure, præsupposito quòd communis opinio sit, ut supra proximè dixi? Et satis dici potest, quòd sit conformis cum aliquo iure, cum tot, & tanti Authores tenuerint de iure procedere dispositionem
- 2 ipsius regulæ. Vnde solemus dicere, quòd ÷ opinionum uarietas multum operatur, præsertim in excusando aliquem non tenentem, seu sequentem ueram opin. c. capellanus & ibi not. Bur. de ferijs. Cassad. deci. ultima de constitu. nu. 11. Cur. Junio. consi. 39. nume. 11. & consi. 67. nu. 7. ubi dicit per dictum tex. in c. capellanus communiter limitari communem regulam, quòd à communi nõ sit discedendum: & licet dicta Doctorum non sint nec dici possint iura, tamen ÷ ipsi iura dubia interpretari possunt, & eorum interpretatio seruanda est. l. uni. C. de profes. qui in ur. Constanti. lib. 12. c. 1. de deci. ibi, arbitrio magistrorum. & ibi Abb. in penul. nota. latè per Feli. in c. 1. col. penul. in 9. fallen. de constitu. cum igitur infiniti Doctores ita interpretentur, ista interpretatio uidetur iuri æquipollere. Insuper cum cõformet se regula ista, cum illa ordinatione Gregorij XI. ut in alia quæsti. dixi, licet forsan illa constitutio non possit propriè dici ius cõmune perpetuum & durans: tamè satis est, quòd sit dispositio Papalis, & ius tempore suo. & sic regula nostra nõ est noui iuris inductiua. Accedit, quòd regula habet in se rationem ciuilem, & naturalem in professione istorum terminorum, uidelicet quatuordecim annorum in Canonicatibus cathedralis, & decem in Canonicatibus collegiata, & concordat cum multis iuribus tale tempus statuentibus. Et pro ornamento istius regulæ, & ad probandum proximè dicta, aliqua adducam pro isto termino quatuordecim annorum.

- 4 **A** N N O ÷ XIII. ut omnes sciunt, incipit in Masculo Adolescẽtia: & 12. in fo-

- in fœmina, durat usque ad annũ 25. ad tex. in l. 1. in fi. ff. de mino. & in l. si uerò non remunerandi. §. si adolescens. ff. manda. & ibi per omnes. & est glo. nota. omnes ætates distinguens in c. sacrosanctæ in proœ. in uer. perfectus. quæ ætas Adolescẽtiæ inter omnes alias ætates est gloriosior
- 5 iuxta nota. per Ange. in l. licet. C. de testa. milira. Et ÷ multa laudabilia attribuunt Adolescẽtibus, prout etiam Cicero in Philippicis testatur dicens, At uerò apud antiquos Rulli, Decij, Coruini, multiq̃ue alij, recentiore autem memoria superior Africanus T. Flaminius admodum adulescentes Consules facti, tantas res gesserunt, ut populi Romani Imperium auxerint &c. Et idem Cicero in alia Philippica de se ipso loquitur his uerbis. Defendi Rempublicam Adolescẽs, nõ deseram senex &c. Meritò igitur regula nostra adolescenti canonicatum cathedralem cum uoce, & alijs requisitis conferri posse statuit: & ad canonicatum collegiata inferiore, minoris ponderis, & honoris constitutum in decimo uidelicet anno, cum non requiratur tale consilium, aliæque partes cathedralem canonicatum concernẽtes, summa ratione admittẽdum
 - 6 creuit in ista ætate adolescẽtiæ proxima. ÷ pupillum enim adolescẽtia proxima quoad cõsiliium, & quoad delicta pro adolescẽte habetur. l. impuberem cum glo. 1. ff. de fur. l. impuberem in prin. cum glo. in uer. ætatem. ff. de falsi. pupillum, qui proximus pubertati, & ibi glo. 1. declarat, quòd à decimo anno cū dimidio supra masculus dicitur proximus pubertati. Institui. de inutil. stipul. §. pupillus uersi. sed quod diximus de pupillis, utique de his uerum est, qui iam habent aliquem intellectum, & ibi glo. declarat in uer. proximus. Bar. in l. 1. col. 2. nume. 6. ff. de nouatio. Quod dixi meritò maiorem ætatem requiri in canonicatu cathedralis, etiam de iure procedit, prout patet ex iuribus allegatis in præcedenti quæstione: & est tex. in c. statutum. §. sancimus de rescrip. lib. 6. ubi ÷ canonici cathedralis in delegationibus causarum æquiparantur constitutis in dignitate, & ille text. restringitur ad canonicos cathedralis duntaxat. facit Rot. 445. si Legatus, præsertim nume. 5. in no. Rip. responso. 23. de Lega. nume. 4. & 7. ubi concludit, quod sunt in quasi dignitate. & responso. 20. quòd sint digniores Rege. Et illud, quod dixi sufficere aliqualem differentiam in tempore, quoad canonicatus cathedralis, & collegiata, etiam ex deductis in præcedenti quæstione satis elicitur: &
 - 8 etiam quia in plerisque sit ÷ æquiparatio inter istas Ecclesias cathedrales, & collegiatas. c. quia sæpe. in prin. de electio. lib. 6. glo. in dicto. c. statutum in uer. cathedralium ante si. ibi, licet adhuc hodie in alio sit comparatio, cle. 2. de æta. & quali. & supra in 3. regula sit quasi æquiparatio in reseruatione dignitatum cathedralium, & collegiarum. unde cum in aliquibus æquiparentur, in aliquibus uerò non, qualibet differentia.

in tempore ad canonicatus huiusmodi obtinendos congrua, & competens reputari debet. Secundo, uideamus iura naturalia coniunctione effectuali masculi cum foemina, & ad procreationem apta, uti hoc termino annorum quatuordecim in masculino. Instit. de nup. in princ. Tertio, uideamus ius diuinum etiam adolescentiam magnificisse, intantum ut ab ea aetate quis peccare censeatur, & à peccato resurgere debeat. & istam credo esse allegoriam, seu sensum occultum illius uerbi, & effectus diuini Lucae cap. 7. ibi. Adolescens tibi dico surge: quasi ab adolescentia omne peccatum, omnisque culpa incipiat haberi in consideratione. facit text. in c. omnis aetas ab adolescentia in malum prona est 12. quaest. 1. & c. in adolescentia. 3. quaest. 2. Quarto, isto termino. 14. annorum pro competenti, & congruo utitur lex civilis in infinitis rebus. In nuptijs. Instit. de nup. in prin. In testando. l. qua aetate. ff. de testa. l. si frater. C. qui testa. fac. poss. §. praeterea testamentum Inst. qui. non est permis. fac. testa. In substitutionibus illis faciendis. l. qui plures. ff. de uulga. §. masculino. Insti. de pupil. substi. In finienda tutela. Insti. qui. mo. tute. fini. in prin. & §. nostra. In testimonio ferendo. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. §. testes aures Insti. de testa. Deci. consi. 448. Vis tota nume. 26. Minores. 14. annis non possunt esse notarij. Bart. in. l. impuberem nume. 3. ff. de falsis. Io. de Firmo in tracta. Episco. 1. par. 1. quaest. 31. ante numeru 57. lib. 2. Regere populum, uel uniuersitatem maiores quatuordecim annis possunt, & propterea ad electiones, & alios actus uocandi sunt. Innoc. in c. 2. de noui oper. nunci. ante si. licet in quantum subdit, quod etiam foeminae, ad Hostien. ibi col. penul. uersi. haec ramen, & sic in iure & c. reprehendatur, & bene. & pro primo dicto Inno. uideatur Lamber. in tracta. iuris patro. par. 2. quaest. 2. lib. 2. art. 13. nume. 5. & art. 15. nume. 2. fol. mihi 286. inferens ad ius praesentandi competens populo, uel uniuersitati, si per regentes gubernetur. Poena. l. Iuliae de adulre. competit contra maiores quatuordecim annis, & non ante. l. si minor annis. ff. de adulre. l. auxilium. §. sed ut ad leges cum glo. in uer. minor. ff. de mino. Relictis puellae alimentis usque ad pubertatem, debet ali usque ad quartu decimum suae aetatis annum: & hoc pietatis intuitu, no ex definitione pubertatis, ut est tex. singu. in. l. Mela ait. §. certè. ff. de alim. & ciba. lega. no. Roma. 9 sing. 598. & crem. 77. Anni quatuordecim, id est aetas t pupillaris, subtrahuntur de medio ex omni praescriptione longissimi temporis. Bald. in. l. cum notissimi post prin. nu. 1. uersi. nor. quod in omni praescriptione longissimi temporis aetas pupillaris subtrahitur & c. C. de praescriptio. 30. uel 40. an. Io. Franc. Balbus in tracta. praescriptio. in 1. par. 6. par. principalis 10 nume. 34. t Annum quartum decimum non excedens, non tenetur iurare. c. paruuli & c. pueri. 22. quaest. 5. nec in tali cadit periurium. l. qui iuraf. ff. de

11 se. ff. de iureiuran. t Maior quatuordecim annis potest per se, nel Procuratorem agere, & defendere causam spiritualem. c. si annum de iudi. lib. 6. qui tex. etiam extenditur ad laicum, pura ad decimas, & earum fructus, ad causam matrimonij, & doris. Rot. 46. c. si annum in no. Mil. in repert. in uer. minor 25. annis, maior. 14. Abb. in c. ex parte col. 2. nume. 7. ubi, quod maior quatuordecim annis, potest esse in iudicio in omnibus causis spiritualibus perinde ac si maior 25. annis esset. de resti. spolia. In quartodecimo anno deferentes per annum habitum nouitiorum in aliqua religione intelliguntur professi. cle. eos. cum glo. in uer. aetate de regula. A decimo quarto anno in Syria mares tributo obligantur. l. aetatem. ff. de censu. Maior quatuordecim annis potest inuito patre intrare religionem, & profiteri, & sic liberatur à patria potestate. c. 1. in. 2. responso cum glo. 20. quaest. 2. Abb. in c. ex parte col. 3. super glo. 3. nume. 11. de resti. spolia. Insuper potest sibi sepulturam eligere. c. licet pater in. 1. & melius in. 2. responso cum glo. in uer. filius familiars, quae suppler, maior tamen pubertate de sepultu. lib. 6. Federi. de Sen. in responsione, quae est post consi. 253. incipit, uiso supra dicto nume. 3. uersi. praeterea quoad ius parrochiale. & Abb. in c. praetalle. ex parte ante numerum 12. uersi. item in electione sepulturae & c. Minores denique quatuordecim annis, nec ad honores, nec ad officia publica admitti debent. l. 2. §. impuberes. ff. de iu. immu. l. 2. §. item impuberes. ff. de regu. iur. Ex praemissis patet, quod regula nostra habet similitudinem cum iure naturali, cum canonico, & cum civili, & etiam, quod est rationabilis.

1 TERTIO quæro, t cui incumbat onus probandi aetatem ad effectum istius regulae? Exemplum, litigant duo impetrantes super canonicatu, unus dicit alterum minorem fuisse tempore impetrationis, & dat de regula huiusmodi. alter uero dicit se fuisse maiorem. Et pro ueritate reperienda ad effectum istius regulae, magnum pelagus intrandum est. Vna fuit opin. quod quis praesumatur maior, nisi probetur minoritas. glo. in c. in praesentia de probatio, in uer. secundae. ubi dicit, no. quod praesumitur maior, nisi probetur minor. sed ista glo. communiter reprobatu tam per Legistas, quam Canonistas, prout testatur ibi Abb. nume. 32. uersi. sed quæro quomodo. cum quo alij transeunt. Altera fuit opin. huic de directo contraria, uidelicet quod quilibet praesumatur minor, nisi probetur, quod sit, seu fuerit maior. istud tenuit glo. per uer. forte in. l. de aetate. ff. de mino. in uer. probari. in si. ista glo. in hac sua opin. reprobatu per Bart. ibi, nume. 13. ubi probat, quod regula dicta. l. siue possideris, quae est, quod t praesumitur de praeterito in futurum: limitatur non procedere in his, quae cursu temporis mutantur: & declarat Bal. & Saly. post princ. in dicta. l. si minorem. facit text. in. l. spadonem. §. qui absolu- tus, &

rus, & ibi Bald. & alij notant de excusa. tuto. optimè declarat Anchara. in regula Semel malus. colum. antepenultima, & penult. de regu. iuris lib. 6. præsertim ante numerum quintum uersu. sequitur de puncto. Abb. in dicto. c. in præsentia de probatio. nu. 33. uersu. ratio autem &c. & ista ratio est euidens, quia non solum non persistimus mutatis temporibus in eadem ætate, immo quolibet die, sed & quolibet momento senescimus. Tertia fuit opinio dicentium, quòd ei, qui dicit aliquem maiorem, uel minorem, incumbit onus probandi maioritatem, uel minoritatem per tex. in l. de ætate supra allegatum. ff. de mino. l. cum te. C. de probatio. Saly. in dicta. l. si minorem col. 2. in princ. uersu. aut dubitatur, an de præsentia sit maior uel minor &c. C. de in integ. restit. Archidiacon. in c. si eo tempore de rescrip. lib. 6. col. 1. uersu. sed cui incumbit probatio de ætate, ibi quòd si aliquis dicitur minor, & ob hoc dicitur, quòd non sit idoneus, is, qui dicit eum minorem, probare debet, facit regula de qua in l. 2. ff. de probatio. quòd ei, qui dicit, incumbit onus probandi. ista opinio quoad regulam nostram non procedit indistinctè, ut infra ostendam. Quarta fuit sententia tenentium actori, seu oppositori indistinctè incumbere onus probandi ætatis defectum, seu alium glo. i. in c. Præbyter. 78. distinct. glo. in c. si forte. in uer. defectum de electio. lib. 6. quam approbat ad eam se remittendo Rota. 26. no. quòd iudex. post modum in antiq. Specu. in titu. de actore col. 2. num. 4. ibi. quòd ubi dubitatur de ætate, actori incumbit probatio &c. ista etiam quoad regulam huiusmodi non possunt ita indistinctè adaptari, prout ex infra dicendis apparebit. Quinta fuit opinio concludentium, affirmatiuè proponentibus incumbere onus probandi: & ideo dabant consilium, quòd quis negatiuè proponeret, seu deduceret ætatem, uerbi gratia dicendo, tu nò es maior, uel tu nò es minor, uel ego nò sum maior, uel non sum minor, uel ita nego, uel nò credo te maiorè. Cautelam istam ponit Specu. in tit. de actore nu. 4. ibi, tunc dicas sic, nego, uel nò credo te esse minorem &c. Io. Andr. in c. infamibus de reg. iur. lib. 6. col. 3. uersu. secunda fuit opin. Guilielmi. sed ista opi. reprobat, ut per eundem Io. Andrea. In dicta regula col. fin. ubi dicit, nec curo an affirmatiuè, uel negatiuè proponatur. absit enim, quòd per sophisticationem uerborum affirmatiuorum natura mutetur &c. Idem firmat Bar. in dicta. l. de ætate num. 12. uersu. tu dicas, quòd illud dictum, an ponatur affirmatiuè, uel negatiuè nihil est dicere. Sexta fuit opin. dicentium, quòd † fundanti se super ætate maiori, uel minori incumbit onus probandi. & ista habet similitudinem cum illa, quam tertio loco posui: sed tamen non est eadem cum illa, & ista probatur dicta. l. cù te, & l. matrem tuam, & ita ibi summat Paul. de Cast. inferens fundanti se in tempore agèdo, uel excipièdo incumbere

cumbere onus probandi. C. de probatio. per Io. And. in dicta regula infamibus. Bart. in dicta. l. de ætate & consil. 92. in quæstione uertete post prin. & idem Bar. in l. prima, ante si. uersu. & ego dico, quòd siue actor, siue reus fundat intentionem suam ex ætate: tunc incumbit ei probatio, qui fundat intentionem suam ex ætate. ff. de exceptio. Anchar. in c. accessit in prin. de dispensa. impube. Dec. consil. 682. In causa D. Lucretiæ nume. 16. Et ista est communis opinio, prout testatur Feli. in dicto. c. in præsentia nume. 28. uersu. glo. in uer. sol. ibi, & communiter cõcluditur, quòd fundas se super ætate maiori uel minori, debet illam probare &c. de probatio. Quantum uerò ad rem nostram attiner, distinguere sic (saluo tamen semper meliori iudicio) Aur quis instat pro canonicatoria, uel adiudicatoria, contra quem datur de regula: & hoc casu siue opponatur, siue replicetur, siue affirmatiuè, siue negatiuè, in omni, &
 4 quocunque casu includo † canonicatoriam, seu adiudicatoriam petèti, incumbere onus probandi suam ætatem. Tum quia ætas est fundamentum suæ intentionis, eo enim ipso, quòd dicit, seu petit sibi adiudicari debere canonicatum, debet hoc petere, tanquã habilis, habilitatemque ætatis probare: quia certa ætas est causa, quòd isti cõferatur canonicatus, nò dico certa ætas sola, prout in exemplo, quòd ponit Saly. in dicta. l. si minorè C. de integr. restit. col. 2. in prin. Aut dubitatur, an de præsentia sit maior, uel minor, & tunc quia certa ætas est causa huius beneficii, debet ipsa probari, per iura, quæ ipse allegat. sed nò loquitur de beneficio Ecclesiastico, sed de beneficio restitutionis in integrum: & in casu suo ætas sola est causa in integ. restit. præsupposita tamen læsione. At in casu nostro ætas sola nò est causa de per se, quòd quis obtineat canonicatum. alioquin sequeretur absurdum, quòd omnes in ætate legitima cõstituti, uolentes necessariò deberent obrinere canonicatus: sed bene est uerum, quòd ætas est unum de requisitis necessariis ad obrinèdum, & propterea dixit Io. And. in dicta regula infamibus col. 2. uersu. ad cõtrariu sic arguitur, quòd qui petit, ut talis admitti, debet probare se talem: & postea subdit, iste uerò dicendo se canonicè electum, dicit se legitimum & maiorem. c. cum nobis & ibi Abb. in 7. nota. de electio. idem dixit Feli. in dicto. c. in præsentia nume. 28. uersu. & istis adde Bald. quòd incumbit probatio ætatis & qualitatis illi, qui petit se ad aliquod admitti, tanquam talis, fundata in eo intentione sua per dictum Bald. ut ibi. facit Rot. Belleme. 76. non expressè professus &c. ubi plura pro hac opin. que ibi uideri possunt. Aur quis instat pro absolutoria, & tunc siue actor, siue reus, uideretur dicendum, quòd etiam, quòd contra ipsum datur de regula, non teneatur probare suam ætatem, neque quicquam aliud, Rot. in antiq. 233. no. ubi quis opponit, & 460. nota actore. & melius in no.
 15. si

15. si in causa, & 120. Actore, & 261. licet actor. Belleme. 471. Testis cum fama & c. ubi declaratur, quomodo in beneficialibus procedat regula il la. l. qui accusare. C. de eden. & c. fin. in. 2. respon. de iur. iur. & dicta de
 5 ci. 15. optimè distinguit, concludens t nullam probationem requiri in absolutoria ab impetitis, siue eam obtinere uelit reus, siue actor. Et in distinctè tenuerunt domini de Rota, quòd possessor petens absolutoria tantum, non teneatur probare ætatem, prout cõcluserunt sub die 25. Iunij. 1548. in una Ciuitatis parrochialis de Aldealua coram tunc Episcopo Ferretinensi, nunc Reuerendissimo Cardinali Pighino inter Io. Roderici, & Io. Romero. Vnum tamen non omitto, uidelicet, quòd
 6 t habilitates personæ tam circa ætatē, quàm aliæ, præsumuntur, quando actus habet debitam formam. Abb. in dicto. c. in præsentia col. 3. nu. 3. & in. c. cum uirum in. 4. nota. per illum tex. de regula. & Dec. in dicto. c. in præsentia. [¶] nu. 110. & cõs. 682. in causa. D. Lucretiæ nu. 14. 15. & [¶] ats. 167. 44. 45. ubi cõcludunt. quòd si allegatur actus, qui ad sui ualiditatem accessorie ætatem includit, ætas idonea præsumitur. & ideo testamentum producens, nõ tenetur probare, quòd testator esset maior quatuordecim annis. Bal. in auten. omnes peregrini col. 6. C. communia de successio. & in. l. nulli col. 3. C. de Episc. & cleric. & omnis contrahens præsumitur ætatis legitimæ, Bal. in. l. i. C. si min. se maio. dixit. & facit text. in dicto. c. in præsentia, ubi syndicus probauit illum se, & sua obrulisse: & non opus fuit probare, quòd esset ætatis idoneæ. Deci. in dicto. ca. in præsentia nume. 11. [¶] ats. 44. cum tribus sequen.

- 1 QVARTO QUÆRO, an t ætas de iure, & ad effectum istius regulæ possit probari per testes, ita quòd dicatur sufficiens, & releuans probatio? Et primo præsupponendum est, quòd in iure t pluribus modis ætas probatur: duos ponit Bar. in suprà allegata. l. de ætate. ff. de mino. ante numerum. 7. uers. uenio ad secundam quæsti. qualiter ætas probetur & c. & cõcludit, quòd probatio ætatis sit duobus modis: uno, per testes de ueritate: alio modo per aspectum. Glo. uerò fin. in prin. in. l. cum te. C. de probatio. addit alium modum, uidelicet, per instrumenta, & Fely. ibi. nume. 4. uers. quæro quomodo ætas probetur, addit duos alios, uidelicet per confessionem partis, & per scripturas parentum. Ego uero addo duos alios, unum, uidelicet per librum publicum, seu officialium alicuius Ciuitatis, uel castri: alterum uerò per librum, seu annotationem Rectoris, seu Plebani, quos omnes sigillatim prosequor. Redeundo igitur ad materiam propositam dico, quòd t ætas per testes facilius, & cõcludētius probatur circa maioritatem, quàm circa minoritatem, ut cõcludunt. Bar. in dicta. l. de ætate numero. 7. uers. & circa primum, & Saly. in dicta. l. si minorem col. 3. nume. 3. ubi dicunt, quòd per testes maior

ætas

ætas de facili probatur, si deponēt uidisse talem uiuentem iam sunt anni uiginti quinque perfecti, nam tunc sequitur necessariò, ergo ille maior est, & ibi dant modum probandi per testes in utroque casu, & etiam per obstetricem, qui alicuius natiuitati interfuerunt. & istæ probationes per testes quando sunt formiter & secundum iura factæ, sicut admittentur in alijs terminis, debēt admitti in terminis regulæ nostræ. & in summa iuxta. Theor. Bal. consi. 19. factum tale est, quidam Vannus nume. 3. Vol. 5. ad probandum ætatem requiritur probari principium, & finem temporis. quæ ætas (ut ibi subdit) non est aliud, nisi quædam mensura temporis à natiuitate usque ad obitum decurrens. Iacobi. de Santo Georg. in. l. cum de ætate. ff. de probatio. facit Gram. in consi. ciuilibus, consi. 17. Andreas de Nisi num. 1. ubi, quòd etiam potest fieri probatio per uicinos, & contreraneos, quibus plenè credendum est: & ibi plura allegat. Sequitur ergo, quòd probatio ætatis per testes, dicitur plena: & tamen habemus, quòd in ea probanda sufficiunt probationes coniecturales. Bal. in præalle. consi. 19. lib. 5. nume. 4. & quando testes probēt ætatem, uel non, uideatur consi. Bart. 92. in qua st. uertente inter. D. Simonem num. 2. usque ad fi. consi. ubi pro probatione, & non probatione, diuersa ponuntur exempla, & ibi, quæ causæ sint assignandæ pro probanda ætate concludenter.

- 1 QVINTO QUÆRO, An similiter t ætas tum de iure, tum ad effectum regulæ nostræ, possit probari per aspectum, & talis probatio releuet? Et primo præsupponendum est, quòd t ætas per aspectum duobus modis probari potest: uno, per testes, qui inspexerint: altero, quòd iudex ipse inspiciat, & secundum aspectum faciat suum iudicium: seu mādēt alijs, ut inspiciant, & referant, seu iudicium faciant super ætate, & de utroq; loquitur Bart. in. l. tabularum. §. si dubitetur, uers. respondeo, probabitur per aspectum corporis, quòd sufficit non solum in iudice, sed etiam in teste & c. ff. quemad. testa. aperi. Idem Bar. in. l. minor uiginti quinque annis adito Præside, & in dicta. l. de ætate numero. 8. ff. de mino. Pro parte affirmatiua, quòd probatio per aspectum sit plena, & sufficiens, probatur per text. in. l. 2. in fi. ibi, ut aspectu atrox iniuria extimeretur. ff. de feriis, nam ibi colligitur, quòd ex aspectu sit extimatio, & sic decisio. facit dictum Bal. in. l. contra negantem in fin. C. ad. l. Aquil. ubi post Azo. no. quòd aspectus præfertur cuicunque alij generi probationum. Idem Bal. in. l. Deo nobis col. 3. in. fi. uers. respõde, aut per aspectum corporis apparet incognita, & ei standum est: quia omnis ista probatio uincitur, si aspectus in contrarium testificatur & c. C. de Episc. & Cleri. l. in. l. fi. num. 3. uers. in contrarium uidetur facere regula. ff. de in licentia iur. & quòd ætas tam minor, quàm maior, probari possit per aspectum,

OO nor.

nor. Bar. in. l. i. nume. 6. uerſi. no. quòd ſicut de mendi. uali. lxi. Pro par
te uerò negatiua facit præallegata. l. minor uiginti quinque annis adito
Præſide. ff. de min. ubi pronuntiationem præcedere aſpectu ſuper æta-
te nil obefſe, ſeu nil releuare deceditur. & ratio eſt, quia ꝑ ſententiã lara
ex aſpectu, non dicitur lata ex ueris probationibus: unde poteſt quan-
docunque retractari: prout hæc omnia cõcluduntur ex dictis Ant. de
Butr. in. c. fraternitatis de frigi. & maleſi. Roma. in. l. admonendi num.
34. uerſi. & primo ſi ſit lata ſuper ætate, & probationes per aſpectum. ff.
de iur. iur. & ibi Alex. nume. 17. & Iaſ. in repetitione nume. 39. ibi, quia
non eſt lata ex ueris probationibus & c. & dixit Bald. in. l. ſi minorem
nume. 5. uerſi. quæro ulterius, quid operatur. C. de in integ. reſtit. mino-
r quòd aſpectus in probatione ætatis ſolum inducit præſumptionem, nõ
tamen neceſſariam probationem, & cum Bald. tranſit Roma. in ſuprà
allegat. l. admonendi ante numerum. 35. Quid tenendum? antequam
ad deciſionem quæſtionis deueniam, neceſſarium duxi, ſpecies plures
inſpectionum: ſeu aſpectuum in medium adducere, & ſic medio diſtin-
ctionis, & particularium, ſeu ſpecierum cognitionis, peruenire poterim-
us ad ueritatem ipſam.

4 Aſpectu ꝑ atrox iniuria extimatur, ut ſuprà dixi, per text. in. l.
2. in fin. ff. de ferijs. & Docto. declarant, & exemplificant in. l. 1. in. 5. ſed
excipiunt. & ibi dicit Roma. nume. 4. no. pro ſingulari illum rex. quòd
iudex adhibet medicos in arte peritos, ut uulneris qualitatẽ conſide-
rent, an atrox ſit, uel non: an remanſura cicatrix uel non. ſequitur Alex.
nume. 6. & Iaſ. nume. 12. in. 6. nota. & atrox iniuria ſecundum illum rex.
iuxta quem aſpectus deſideratur, declaratur per text. in. 5. atrox. iniuria.
Inſti. de iniur. ibi, uel ex facto, & ibi Doct. & per gl. in. c. fi. in uer. atro-
ces. de donatio. Per inſpectionem cognoſci debet, an uulnus ſit mor-
tale, uel non, pone plures uulnerarunt, ad cognoſcendum an Titius, uel
quis de occiſo teneatur iuxta tradi. per Abb. in. c. propoſuiſti num. 11. de
probatio. uerſi. 3. circa hoc, ubi etiam quærit, an peritiores ſint aſſumen-
di: & ſi contrarium dicar, an ſententiã uigore primæ relationis lara re-
tractanda ueniat latè Iaſ. in repetio. l. admonendi nume. 39. & ſeq. ff. de
iur. iur. Tertio per inſpectionem, per euidentiam rei, pleniffima reputa-
tur probatio, Bald. in. l. ſiquis teſtibus ante ſi. C. de teſti. ubi concludit,
quòd etiam poſt didicita dicta teſtium, poteſt fieri probatio per euide-
ntiam facti: ſubdès, quòd, probatum fuerat quẽdam gladio interfectum:
Reus dicebat illum mortuum ſua morte. & quòd in corpore eius non
apparebat percuffio, fuit cadauer exhumarum & oſenſum medicis, &
fuit iudicatum ſecundum quod apparebat in rei ueritate, facit text. in. l. 1.
ſiquis ultro, ff. de quaſt. ubi euidentia tollit ſententias, & cõfeſſiones

proprias, latiſſimè per Roma. in. l. ſi nerò. 5. de uiro in. 4. fallen. ff. ſolu.
matri. num. 61. & 62. præfertim uerſi. ſexto probatur & c. Iaſ. in dicta re-
pet. l. admonendi num. 40. nec aliter cognoſci poteſt, an uulnus ſit mor-
tale, uel non, quàm per regulas medicorum. latè Gramma. Voto. 24. Re-
demptoris gentium num. 7. & 8. Rui. cõſi. 53. ex pluribus uol. 5. ante nu-
merum. 2. ibi, & maximè per medicum & c. Quarto, medicorum inſpe-
ctione, & denunciacione, præcedente tamen Iudicis inſpectione, pro-
batur, an quis ſit ægrotus, & ualudinarius. l. ſemel, & ibi Bar. declarat
C. de re mil. li. xii. Quinto, aſpectu matronarum probatur aliquam eſſe,
uel non eſſe Virginem. c. cauſam matrimonij in ſi. & c. propoſuiſti de
probatio. Bald. in. l. Deo nobis col. 3. nume. 7. uerſi. ſed ponamus C. de
Epiſc. & Cler. & ibi concludit, quòd iſta probatio uincit omnem aliam.
Sexto, aſpectu obſtrictum iudicatur, an mulier ſit prægnãs uel non. l. i.
ſ. i. & ſ. de inſpiciendo. ff. de uent. inſpi. Multoties tamen iudicium ob-
ſtrictum eſt fallax. c. nec aliqua. 27. quaſt. 1. Septimo, per matronas in-
ſpici debet mulier, ut iudicari poſſit, an idonea ſit ad uiriles amplexus,
& propterea ſeparari poſſit, uel nõ matrimonium, c. fraternitatis de fri-
gid. & maleſi. tamè iſta nõ eſt ſufficiens probatio, cum (ut text. ibi ſubdic)
contrarium poſtea apparuit, unde matrimonium fuit poſtea reintegra-
tum. Octauo, per inſpectionem agrimenſoris, & etiam ipſius Iudicis,
conſinia diſcernuntur, & diiudicantur. l. ſi irruptione. 5. ad officium. ff.
ſin. regun. l. iiii. C. eo. c. quia iudicãte de præſcriptio. Nono, ex habitu cor-
poris ſeu inſpectione reſultat unus modus probationis ad cognoſcend-
um pubertatem, ad effectum generationis & matrimonij. c. puberes
de ſponſa. impu. & ibi Abb. antiq. declarat, quomodo ſit illa inſpectio. &
licet de Iure Ciuili non ſolum in femina, ſed etiam in maſculo indistin-
ctè uideatur prohibita talis inſpectio pro pubertate cognoſcenda, Inſti-
tu. qui. mo. tu. ſi. in prin. tamè ſecus uidetur dicendũ de Iure Canonico,
ſaltem quoad effectum matrimonij, in quo matrimonio nõ conſidera-
tur ſolum ætas, ſed potentia, prout declarat Panormi. in dicto. c. pube-
res in. 2. nota. Decimo, aſpectu Iudicis dicitur, an damnum ſit datũ uel
non, etiam non obſtante ſtatuto, quòd ſteret iuramento accuſatoris. &
iſta probatio cuiſcunque alteri præfertur, ut ſuprà dixi. Et iſta omnia
probantur per Bald. ſuprà allega. in. l. contra negantem in ſi. C. ad. l.
Aquil. que ſequitur Iaſ. in. l. de periurio num. 3. & 4. de in lit. iur. Vn-
decimo, an quis pariatur defectum oculi, uel alterius membri, propter
quod non ſit in Eccleſia Dei admittendus, uel priuandus ſit beneficiis,
iuxta illud Leuiti. 21. poſt medium ubi tales repelluntur. c. hinc etenim.
49. diſtinct. & toto tit. de corpo. uiti. aſpectu diiudicari debet c. ſi forte
de electio. lib. 6. & c. conſtitutionem, quod uenit declaratiuè ad. c. præ-

fatum de uerb. signi. eo. li. Nam in dictis iuribus mandatur, quòd si electo opponatur defectus sciētiæ, uel personæ, ante omnia talis debet subijci examini: & sicut examen in scientia est per uiam interrogationis, & disputationum, prout ibi notatur, & declarat Rot. 270. si manderur Auditori. post medium in no. ita examen in defectu oculi, uel alcerius membri per uisum, & aspectum examinabitur, cōuocatis etiam (si opus sit) peritis in arte. Non omitto tamen, quòd in una detrusen. sacri-
 6 fia coram bo. me. Hieronymo nouato cum oppositus fuisset Ioanni del Mila. (pro quo etiam ego scripsi) defectus oculi, seu in oculo, ob-
 tenta que fuisset commissio pro ueritate comperiēda, quòd arbitrio do-
 mini Auditoris subieceret se examini & experientia super oculo, & il-
 lius uisu, dato puncto, an ad prædicta teneretur, Domini resoluerūt sub
 die. 28. Nouembris. & 5. Decembris. 1548. pro parte negativa. Duode-
 7 cimo, per inspectionem sic comparatio scripturarum. l. comparationes
 C. de fide instrum. & ibi glo. declarat in uer. non aliter. ibi, natura lite-
 rarum tantum inspecta, & in uer. ab his. ubi, quòd à peritis scriptoribus
 fieri debet. facit conf. Roma. 20. uiso puncto & c. & qualem probatio-
 nem faciat ista inspectio, seu comparatio declarat glo. in dicta. l. com-
 8 parationes in uer. testium. Tandem omnia, quæ melius ostensione fa-
 cta percipiuntur, quàm ex locutione seu testium depositione, per aspe-
 ctum cognosci, & decidi debent, prout pulchrè concludit, & exempli-
 ficat Lap. alleg. 67. quæ incipit quoddam Monasterium, præsertim nu-
 mero. 7. uers. nam quæstio Parrochianorū per simplicem & unicam spe-
 ctationem Iudicis accedentis ad uillam & c. & uers. Item considerabit
 latitudinem & c. & uers. sunt. n. quædam, quæ melius ostensione & c. &
 uidemus in dies cuncta tribunalia depurare Iudicem, uel peritum, seu
 peritos pro differentiis in materia seruitutum, & pro plerisque aliis ne-
 gociis terminadis. Redeundo igitur unde digressus sum, dico, quòd om-
 nia argumenta facta, & quæ fieri possent de aspectibus, de quibus su-
 præ, ad aspectum ætatis non concluderent. Nam cognitio ætatis per
 aspectum est sat superque diuersa ab aliis aspectibus, qui (ut supra osten-
 di) pro maiori parte faciunt concludentissimam probationem, aliisque
 probacionibus efficaciorē. Quantum igitur ad propositum dubium
 attinet (saluo semper meliori iudicio) prosequendo primum modum
 probandi per aspectum, de quo præmissi, uidelicet per testes, uidetur
 8 in hoc esse diuersa opin. inter primarios Doc. Imò colliguntur etiā ex
 dictis eiusdem Authoris, & quatuor diuersas opiniones inuenio. Pri-
 ma est tenentium ꝑ ætatis probationem per aspectum nullius esse mo-
 menti, nihilque releuare. istam opin. tetigit Barto. in supra allega. l. de
 ætate nume. 8. uers. 2. est uidendum. ubi dicit, quòd hæc probatio per
 aspectum

aspectum non potest fieri per testes, quia debent deponere super his,
 quæ cognouerunt per sensum corporeum. Idem expressius tenuit Bar.
 conf. 92. in quæstione uertente inter D. Simonem colum. 2. nume. 3. ubi
 concludit, quòd illud testimonium ex aspectu erat inualidum, ac ina-
 ne, & fragile: quia solus Iudex hoc possit, per rationes ut ibi. Idem fir-
 mat Bald. in l. solam. C. de testi. col. fi. nume. 12. uers. item dubiratur de
 Teste, qui interrogatur super ætate. allegat dictum conf. Bart. sed corru-
 ptè: subdens, & hoc tene meliori ratione & c. & dat rationem, quia aspe-
 ctu quis potest decipi. eandem rationem assignat Alexā. conf. 29. lib. 7.
 nume. 9. ibi, dicat se scire per aspectū corporis, non probat: quia aspectu
 quis potest decipi, & quia est potius iudicium, quàm testimonium & c.
 9 Secunda opin. fuit ꝑ ætatis probationem per aspectum esse leuem, istud
 concludit Bald. expressis uerbis super rub. C. de probatio. col. fi. ibi, sed
 magis leuis, ut pura probatio ætatis ex aspectu corporis. Et si quis dicat,
 quòd ibi intellexit de aspectu per Iudicem faciēdo: respōdeo, quòd ibi
 indistinctè loquitur: & quandoquidem aliter loqueretur, idem dicen-
 dum esset, arguendo à si de quo magis. nam maior probatio uideretur re-
 sultare ex aspectu Iudicis, quàm testis. Bart. in dicta. l. de ætate nume. 8.
 10 Tertia fuit opinio, quòd ꝑ hoc testimonio resultet præsumptio, ex qua
 transferatur in aduersarium onus probandi contrarium. glo. in uer. pro-
 bandum in prin. in dicta. l. de ætate. Grammati. qui plura cumulat, Vor.
 14. In causa Regij fisci ante numerum 3. ibi. Testati sunt ipso inquisito
 prius bene inspecto & c. & nume. 4. & 5. & Idem conf. 4. excellens Do-
 11 minus Malferri. nume. 9. & 10. Quarta opinio est tenentium ꝑ ætatis proba-
 tionem per testes ex aspectu iux. Theo. Bar. in l. de ætate nume. 9. & 10.
 cum excessu descensuè, & ascensuè ut ibi, esse concludentem, & suffi-
 cientem. Et licet (ut ipsemet Bar. ibi dicit) ille excessus non possit proba-
 ri per legem, sed sit secundum suam intentionem: unde non immeritò
 posset talis eius theoricā tanquā in iure nō fundata, subuerti: tamē pro-
 pter authoris eminentiam omnino tenenda est: quam etiam secuti sunt
 magni viri, prout Alexan. in præ allegat. conf. 29. col. 2. nume. 5. uol. 7. &
 Stepha. Bertran. conf. 2. nume. 41. uol. 3. & quòd ista probatio iux. theo.
 Bar. sit sufficiens, probat ibi Bar. nume. 8. ibi, dico quòd testis potest de-
 ponere de ætate alicuius per aspectum, & faciet plenam fidem, non ta-
 men simpliciter, sed secundum determinationem, quam dicam. Si igitur
 facit plenam fidem, ergo est plena probatio. idem sentit in l. 2. §. si
 dubitetur post prin. uers. sed quæro, si uolo probare, remittens se ad di-
 ctam theoricā. & cum sit etiam approbata per præfatos Doct. ut supra
 dixi, sequitur, quòd uera sit cōclusio istam probationem omnino suffi-
 cere tum ad effectum regulæ nostræ, tum ad omnem alium iuris effe-
 ctum,

Cum. & sic ad probandum ætatem quatuordecim annorum, de qua in regula, descensuè erit triennium, ascensuè quadriennium, ut per Bart. ubi suprà. Et ex uerbis Bart. & aliorum cum eo tenentium, sequitur responsio ad tacta quoad alias tres opin. quas præmissi: quia non concurrunt in illis ea, de quibus in dicta theo. Bar. prout optimè discerni potest ex dicto consi. Bar. 92. nume. 3. consi. Bal. 19. num. 3. uol. 5. & melius ex dicto consi. Alex. 29. uol. 7. & consi. Bertran. 2. uol. 3. ubi approbatur doctrina Bart. & reprobarur modus probandi ætatem. ratio est, quia non fuit probata plenè iux. normam Bar. & sic quanto minus legitimè probabitur, tanto minus erit considerabilis. Quantum uerò attinet ad t ætatis probationem ex aspectu Iudicis, clarū est, quòd transfert onus probandi in aduersarium. l. minor 25. annis adito Præside. & glo. in dicta. l. de ætate in uer. probandum post prin. & ibi Alberi. uersi. aut præsumptio ex aspectu. ff. de mino. Saly. in. l. si minorem post princi. uersi. oppono, quòd nō expediat actori. C. de in integ. restitu. Gramma. suprà allega. ror. 14. nume. 4. & 5. & consi. 4. nume. 9. & 10. Qui autem uellet tenere ad effectum regulæ, ætatem plenariè probari ex aspectu Iudicis, potest ultra alia se fundare autoritate Rotæ. 811. sciendum est, quòd si in aliqua in antiq. ubi, quòd si opponitur contra aliquem, quòd non habeat ætatem sufficientem ad beneficium, Auditor causæ præsentat illum coram dominis Auditoribus, ut uideant illum per aspectum corporis & c. facit consi. 17. Thom. Gramma. in uol. consi. ciuiliū incipit. Andreas de Nisi. ubi nume. 2. cōcludit, quòd ex aspectu Iudicum resultat unus modus probandi ætatem per ea, quæ ibi adducit. Et pro resolutione huius quæsti. potest etiam distingui, aut loquimur de probanda ætate ab omnibus cognoscibili, siue maiori, siue minori, puta quòd barbarus sit maior quatuordecim annis: uel canus crinibus, seu barba sit maior uiginti annis: uel aspectu puerili sit minor uiginti quinque annis: & tunc indistinctè resulet plena, & integra probatio. Aut aspectus nō est ab omnibus cognoscibilis, & tunc per Testes non bene probetur, sed melius per Iudices, uel eos quibus Iudices commiserint. Et ita possent cōcordari omnes opiniones: & quando erit euidentior aspectus cognoscibilis, plenior probatio resultabit. pro quibus uideatur etiam Deci. Tho. Gramma. 48. Ioannes de Vicinancio. nume. 19. & ante. Non omitto tamen, quòd Domini de Rora in una ciuitatis Parrochialis de aldeada lua coram. R. D. Antonio Augustino inter Io. Romero & Io. Roderici sub die 30. Octobris. 1540. inclinauerunt, quòd solus aspectus nō plenè probaret ætatem, sed bene aspectus cum publica uoce, & fama.

Sexto quæro, an ætas probari possit per instrumenta, & quomodo, & qualiter? Et ad primum affirmatiuè respondeo per claram iuris regulam,

- 2 lam, quæ est, quòd instrumentis probari possunt omnia, quæ per testes, eandemque uim habent instrumenta, & testes, uulga. l. in exercen. C. de fi. instru. & ibi nor. glo. in uer. in exercendis. l. pactum, quod bona fide. c. de pact. Deci. consi. 79. & pro tenui nume. 3. & consi. 169. & diligenter col. 1. in fi. immo in pluribus casibus, maiorem uim habet scriptura, quàm testes. l. uni. C. de manda. princi. latè per glo. magistram in c. 1. de cens. lib. 6. in uer. in scriptis, ubi infiniti casus ponuntur scripturæ probationem necessariò requirentes. Et in terminis nostris, quòd ætas probari possit per instrumenta, facit tex. in. l. 2. §. ætas autem probatur. cum glo. in uer. legitimis in prin. Idem concludit Bar. in. l. 2. nume. 1. ubi dicit, quòd immo melius probatur per instrumenta, quàm per testes. C. si minor. se maio. dixit. & Saly. in. l. si minorem nume. 10. uersi. & de hoc est casus. C. de in integ. restitu. Ad aliud, t quomodo probanda sit ætas per instrumentum: dico, quòd minor ætas probatur per instrumentum sponfalium, seu matrimonij hoc modo, Die, mense, & anno tali. A. contraxit matrimonium cum. B. & à die dicti cōtractus sunt tantum lapsi anni. 13. ergo talis filius uel primo, uel successiuè ex eisdem genitus nō est maior quatuordecim annis: ergo nō est habilis ad canonicatum cathedralem, de quo in regula. Talis modus probandi per instrumenta colligitur ex dictis Bal. in. l. neque natales col. 3. nume. 8. C. de probatio. & ibi Saly. nume. 3. uersi. item istam glo. & postea uersi. ex quo infero, quòd minor ætas filij præsumptiuè probatur ex dinumeratione annorum inchoando à tempore matrimonij inter patrem & matrem contracti. Bal. in ad di. ad Specul. in. §. ultimo in fi. de in integ. restitu. uersi. per instrumentum matrimonij probatur ætas prolis & c. Iacob. de S. Georgio in. l. de ætate nume. 6. ff. de probatio. Aduertendum tamen est, quòd cum t probatio debeat concludere per necesse, non per posset esse. l. non hoc. C. unde legi. l. neque natales. C. de probatio. Bald. in. l. ad probationem la. 2. post prin. uersi. & no. quòd probatio nunquam concludit, per possibile, sed debet concludere per necesse. C. eo. per præceptorem meum D. Philip. Deci. in c. in præsentia num. 16. in 13. nota. extra. eo. sed plerique nascuntur ex concubina, cum qua postea matrimonium contrahitur, & sicut naturales per subsequens matrimonium efficiuntur uerè legitimi. c. ranta. qui filij sint legi. & non solum quoad allodialia, uerum etiam feudalialia, & quomodo, & qualiter, uideantur omnino Deci. consi. 155. & diligenter, & Cur. Iuni. consi. 136. quidam Vassallus: qui diuersè loquuntur. Nō potest igitur concludenter probari ætas minor per instrumenta dotalia, seu per instrumenta matrimonij, quia potuerunt filij duo ante instrumenta fuisse nati. & ista etiã in terminis nostris ponderat Bal. in. l. neque natales col. 3. nume. 8. uersi. Restat unum dubium, utrum per instrumentum matri-

matrimonij probetur ætas. C. de probatio. Potest tamen responderi **secundum** Bal. ibi, quòd à communiter accidentibus est, quòd filij **legitimi** nascantur post dotalia instrumenta: ratio, quia matrimonium inter **personas** honestas cõsuevit (ut plurimũ) præcedere festius amplexus. **ergo ita præsumatur**. Rursus iste modus probandi ætatem per instrumentũ **nõ** potest uerificari in probãda maiori ætate. pone enim, quòd ego **probem**, matrimoniũ inter tales fuit cõtractum iam annis uiginti: ergo **talis** filius est maior quatuordecim annis: & sic habilis ad canonicatum **cathedralis**. cõsequencia non tener, ut patet ad sensum. & facit dicta. l. **neq;** natales, ubi omnes notant. Videamus igitur, an deret alius modus **probandi** ætatem tam minorem, quàm maiorem per instrumentum: dico, quòd si **†** ad instantiam patris, uel matris tempore natiuitatis, seu **parum** post fiat instrumentum, qualiter die, mense, & anno tali, ex tali **natus** est Sempronius, quòd ex isto instrumẽto quoad omnes etiam ad **effectum** nostræ regulæ probabitur ætas minor, uel maior. in addi. ad **Specul.** in titulo de instru. editio. §. postquam uersi. obligationes in uer. **est** cir. mediũ. ibi, aut de eo quæritur, quòd procedit sine uoluntate & c. & tunc in casu instrumenti super natiuitate si fiat, ut resultet iuris **effectus** ex illo actu, propter quem petitur scriptura, puta actio, exceptio, **accusatio**, excusatio, uel aliquid simile: tunc regularatur tale instrumentum **secundum** alia requirẽtia consensum duorum uel unius. ar in isto, **talis** effectus resultare potest, prout ex infrã dicendis apparebit. Quatenus uerò effectus non resultet, tunc uidetur concludere, quòd cùm **interuentu** Iudicis possit confici instrumentum, alioquin, quòd non inducat probationem. Bald. super Rub. C. de fi. instru. col. 3. nu. 7. ubi, quòd cũ **præsencia** Iudicis tale instrumentum factum plenè probat: alioquin facit **indicium**. & sic declarat opin. Nico. Matharelli. facit Saly. in dicta. l. **neque** natales nu. 5 uersi. scriptura publica. C. de probatio. & idem Saly. in. l. etiam post prin. nume. 2. uersi. extrajudiciaria dupliciter potest esse **confecta**. ibi, ut si uocetur tabellio, qui de natiuitate pueri & c. ff. de **probatio**. Paul. de Cast. in. l. Prætor nume. 8. ff. de eden. ubi ponit exemplum **de Lucano**, qui iuit Florẽtiam, ibique sibi natus est filius, super qua **natiuitate** confici fecit instrumentum ex hac causa, ut ille gauderet beneficio ciuilitatis, tanquam ibi natus. est uerum, quòd ipse Paul. de Cast. **consultit**, quòd interueniat Iudicis autoritas. Constat igitur ex præmissis, quòd **ex tali** instrumento, præsertim accedente auctoritate Iudicis, **probat** ætatem tam minorem, quàm maiorem, & iste effectus ad hoc ut **gaudeat** ciuilitate, est unus ex effectibus, de quibus suprã. possunt etiam **considerari** diuersi alij effectus, puta ad effectum excusandi matrem, **ne** dicatur prius, uel. postea peperisse. Vnum non omitto, quòd **ta-**

men

men mihi ridiculum, immo superstitiosum, & illicitum uidetur, quòd **patres** & matres (ut plurimum), quando filia nascuntur in die Veneris, **faciunt** rogari notarium de natiuitate in tali die: & hoc quia, quando **postea** nubunt, si signum uirginitatis non appareat, non præsumantur **ante** **te** cognita. dicunt enim fœminas tali die natas non habere in hoc **signo** priuilegium aliarum. & sic boni maritelli, quibus forsitan potius **non** **men** fœminarum conueniret, id credunt: ipsi uiderint. Potest etiam **†** **mi-** **nor** ætas probari præsumptiuè per instrumentum tutelæ, seu curæ. præ- **sertim** propter decretum Iudicis. Bald. in. l. si. §. quòd obseruari col. 3. in **prin.** nume. 10. ubi concludit, quòd ex præsumptione iuris reputatur **mi-** **nor**, qui habet curatorem. Idem Bald. in. l. cum te. col. 2. uersi. interdum **ætas** allegatur ad iustificationem. C. de probatio. Alexan. consi. 147. uiso **themate** col. 4. ante numerum 10. ubi dicit, quòd licet incumbat onus **probandi** ei, qui se fundat in ætate: tamen fallit in eo, qui pro se adducit **decretum** Iudicis, per quòd apparet tali datum esse curatorem, ut **mi-** **nori**: quia tunc præsumitur, quòd fuerit minor. uol. 7.

1 **SEPTIMO** Quæro, An ætas ad effectum iuris, & regulæ nostræ probe- **tur** per confessionem partis? Exemplum quoad regulam, Titius obtinet **canonicatum** in cathedrali, cõfessus fuit se minorem quatuordecim, seu **aliàs** fecit confessionem se esse in decimo anno: computato tempore **factæ** confessionis, usque ad tempus prouisionis, sunt lapsi tres anni: igitur **erat** minor quatuordecim: uel è contrario opponens contra impetran- **tem**, & dans de regula, aliàs cõfessus fuerat hunc maiorem quatuorde- **cim** annis, uel in aliqua alia ætate constitutum: & similiter facto compu- **to** ab illo tempore usque ad tempus prouisionis dicti canonicatus, col- **ligitur** ex dicta cõfessione, quòd prouisus est maior quatuordecim an- **nis**, an ex præmissis confessionibus resultet probatio? Quoad iuris effe- **ctus** in rebus, seu causis profanis, dicerem confessionem probare æta- **tem**: quia **†** cõfessio partis est optima probatio, & per eam ueritas pro- **batur**. l. Publica in fi. ff. de pos. Bal. in. l. Deo nobis col. 2. in 5. nota. C. de Epi- **&** **cleri**. immo confessio est maior, & principalior probatio. Abb. super, **rub.** de probatio. ante si. uersi. ego clarius dico. cũ quo omnes transeunt. **¶** **Paris.** consi. 115 nume. 12. uol. 1. tres fallentias ponit Bal. in dicta. l. Deo no- **bis**, extra quas nos sumus, unde uidetur optimè, ætas probari per con- **fessionem**. facit in terminis nostris Saly. suprã alleg. in. l. si minorem nu- **me.** 3. C. de inte. resti. ubi dicit ætatem probari per partis confessionem. **¶** **idem** etiam tener in. l. cum te. C. de probatio. nume. 4. ibi, per confes- **sionem** partis aduersæ. est uerum, quòd attendenda esset distin. l. 1. & 2. & **ibi** Bar. declarat. C. si min. se malo. dixit. uidelicet quãdo dolo ipsius **mi-** **noris** consentis, uel ipsius & alterius, uel alterius tantum. Quantũ uerò

pp

ad regu-

ad regulam nostrā attinet, magna se se offert difficultas. pro parte enim affirmatiua, quod etiam ad effectum regulæ possit probari ætas per cōfessionem partis, faciunt iura suprā alleg. cum enim nō adducatur ratio diuersitatis, seu specialitatis, uidetur prout suprā concludendum. facit Cur. Iuni. consi. 17. licet per celeberrimos nume. 12. ubi firmat probationem per cōfessionem semper esse admittendam. facit etiam consi. Paris. 112. nume. 42. uol. 1. ubi concludit, quod per confessionem partis dicētis se nullum ius habere, resultat plenissima probatio. Siquis igitur cōfessus fuerit se minorem quatuordecim, uel duodecim, ergo confessus fuit se non habere ius in canonicibus, de quibus in regula. & cū cōtrariorum sit eadem disciplina, si alter confessus est talem maiorem hisce annis, ergo cōfessus fuit, quoad hęc illum habilem. Insuper uidemus, quod etiam † confessio in beneficialibus, & spiritualibus admittitur. c. per inquisitionem cum glo. in uer. recognouit. & c. dudum el. 2. cū glo. in uer. responsonem ante medium. ibi, & ex tali cōfessione damnatur & c. de electio. glo. in c. duobus de rescri. lib. 6. in uer. si nō in si. ibi, uel per confessionem partis alterius poterit apparere. quod dictum glo. approbat Cassado. Dec. 20. cir. medium de præben. ibi, uolens etiam per cōfessionem partis posse apparere. Et in terminis nostris de cōfessione facta super ætate in materia beneficiali, quod præiudicet, cōcludit Stepha. Bertran. cōsi. 2. nu. 42. & 43. uol. 3. ubi de illo, qui cōfessus fuerat se esse in xv. sue gratis anno. Pro parte uerō negatiua facit, quod † cōfessio, seu assertio etiā in instrumento, quæ emanat super eo, super quo quis disponere nō potest, nō prodest, nec præiudiciū infert, ad theo. Bart. communiter approbatam in. l. si forte nu. 4. uerfi, ult. hęc lex. ff. de Castren. pecu. Deci. consi. 142. & pro tenui nu. 6. consi. 307. uiso puncto nu. 12. Paris. consi. 62. nume. 7. uol. 1. & consi. 68. nu. 226. & seq. uol. 4. ubi etiam extēdit ad confessionem, seu assertionem principis. Accedit, quod immo † confessio aduersarij, quando agitur de titulo beneficiali, nō prodest alteri. Rot. Bisigne. 2. in antiquo. de lit. conte. col. 2. post medium. ibi aut est talis, in qua confessio, uel respōsio aduersarij sibi prodesset: puta causa matrimonialis, consanguinitatis, uel affinitatis. & idem in causa beneficiali, ubi non staretur confessioni rei & c. In antiq. 244. no. quod ubi posito in no. 408. fuit dubitarum & c. & 421. fuit dubitarum utrum confessio. ubi quod in possessorio sufficit pro colore tituli, secus in petitorio. Idem Belleme. 578. spoliatus & c. & hanc opin. Belleme. sequitur Rui. cōsi. 62. discussio laborioso nume. 12. uol. 5. Quid tenendum? certe articulus iste indigeret longa discussione. pro nunc inhærerem decisionibus Rotæ suprā allegatis, quæ uideri meo optimè distinguunt. Regula igitur sit, quod confessio in spiritualibus & beneficialibus nō prodest. limitarem tamen, ut per Ro-

ram

tam ubi suprā. & per Domi. in c. duobus col. 4. nu. 7. ubi dat unam limit. lib. 6. & in c. uni. nume. 6. ubi ponit hanc regulam, & eandem limitationem, addens duas alias, quarum unam posui suprā ex mente Rotæ, uidelicet aut in petitorio, aut possessorio. de eo, qui mitti. in posse. eo. lib. hanc eandem regulam dat Feli. in c. olim de rescri. col. 2. nu. 10. uerfi. dixit Domi. subdens postea quinque limit. & cum Feli. transit Nico. Boe. Deci. 89. uidetur, quod poruit nume. 2. & 3. & latius Deci. 293. incipit, & antequam ueniam. & ibi plura cumulat, quæ delictum furti abhorrens, transplantare non curauit. Secundum igitur has limitationes crederem, posse limitari propositam quæstionem ad effectum regulæ huius. & ex prædictis decisionibus & doctri. potest colligi responsio ad suprā in cōtrarium deducta. Vnū ramen nouum in materia cōfessionum nō omitam, quod est, quod Domini mei de Rota in una Bracharen. de suegas coram bo. me. Nouato 25. Februarij. 1549. tenuerunt † cōfessionem super illegitimitate non nocere tertio, nisi ab illegitimo ius habenti.

1 OCTAVO QUÆRO, An similiter † ætas possit probari per scripturas parentum? & respondendum est affirmatiuè. Saly. in dicta. l. cum re. C. de probatio. col. 1. nu. 4. ibi item per scripturas parentū. & Iacob. de S. Georgio in. l. cū de ætate nu. 5. ff. eo. & quod liber patris, in quo continetur dies, annus, & mensis, probet ætatem, concludit idem Saly. in præalleg. l. si minorem col. 4. nu. 10. uerfi. nunc quæro, quō literis probeatur. C. de in inte. restitu. mino. & de hoc dicit esse casum in. l. etiam. ff. de probatio. & in. l. excusantur post prin. ff. de excu. tuto. Idem cōcludit Saly. in dicta. l. etiam in prin. ibi, priuata est, quam pater manu propria & c. Sentētiā Saly. ego approbo. quid autem dicta iura probēt, dicam infrā in proxima quæst. hanc opin. Saly. sequitur, illam quæ pluribus argumentis confirmat Cur. Iun. consi. 118. præsupponitur in facto & c. nume. 8. uerfi. maior igitur, & Rui. consi. 31. intentio & c. uol. 4. nu. 7. faciunt tradi. per Aymo. Crauetam in tracta. de antiq. tempo. par. 1. nu. 283. uerfi. quid in libro patris. Confirmantur prædicta, quia cū † pater, immo etiam alius ratione sanguinis coniunctus, præsumatur habere uerā notitiā ætatis sibi coniuncti. l. de ætate & ibi no. glo. in uer. ignarum. C. de integ. resti. mino. Paris. consi. 25. uidi testamentū nu. 8. uol. 3. & facit tex. per glo. prædictam allegatam in. l. octau. in. si. ff. unde cogn. ubi, quod uerisimile non uidebatur ram coniunctum sanguini, defuncti ualeitudinem ignorasse: multo magis igitur præsumendum erit, parētes certos esse de tempore natiuitatis filij, de eaque tanquam re nobili annotationem ueram facere. &

3 non solum tali libro, Immo † cuicumque libro priuato accedere uerisimilitudine, adhibetur fides. Bald. in rub. C. de si. instru. Corn. consi. 319. cir. primum col. penul. nu. 14. ibi, si id, quod in libris continetur, esset uerisimile

PP ij mile

mile &c. uol. 3. Feli. in c. scripta nu. 23. in. 2. fallen. de si. instru. Deci. consi. 510. in casu, de quo col. 2. post prin. uers. & in casu isto ex pluribus supra dictis uerisimile est &c. Aymo. consi. 158. uis actis nu. 9. uers. ex qua uerisimilitudine. Paris. consi. 7. bene egit nu. 17. uol. 4. Accedit, quod littera, seu epistola patris, quibus narratur aliquem esse suum filium, probat saltem semiplene. l. si. in prin. & ibi glo. 1. & Saly. in prin. ff. de probatio. glo. si. in. l. no. epistolis, & ibi Bal. col. 1. uers. oppo. & uidetur, quod standum sit literis, & Saly. ibidem late. C. eo. Alex. consi. 181. uiso processu nume. 1. & 2. uol. 7. Paris. consi. 10. aduersus d. Bart. nu. 56. uol. 2. multo igitur magis debent probare ætatem, quæ est minoris considerationis minorisque præiudicij. Posset ampliari ista conclusio, etiam probationem ætatis rezultare, dato quod pater non scripsisset, seu annotasset in libro natiuitatem filij, sed penes se haberet figuram astronomicam natiuitatis illius, ab ipso patre, uel ab aliquo astronomo, patre procurante, confectam, cum annotatione anni, & diei, ut fieri solet.

- 1 **N**ONO Quæro, an ætas probari possit per librum publicum, seu annotationem officialis, seu officialium alicuius ciuitatis, uel castri? & dico, quod sic, per tex. in præalle. l. etiam. ff. de probatio. ubi probatur, quod recipitur professio & maris & auia. Et licet Saly. in præcedenti quæst. allegatus teneat illum text. intelligi debere de scriptura parentum: quasi illa professio sit annotatio in libro priuato, uel confessio, seu attestatio: tægo autem aliud credo, uidelicet quod immo denotet annotationem, quæ fiebat in libris publicis, quando aliqui nascebantur. Pater enim uel mater profitebatur nomina illorum, prout apud Iuue. Saty. 9. Nullum ergo meritum est ingratis, ac perfide nullum, Quod tibi filiolus, uel filia nascitur ex me. Tollis enim & libris actorum spargere gaudes. Et super his uersibus annotatum inueni, Acta ibi intelligi debere libros, in quibus liberorum nomina scribebant parentes, qui publice & priuatim asseruabantur. Idem dico de dicto text. in. l. excusantur uers. ætas autem probatur. ff. de excu. tuto. per Saly. alle. si illum intellexit, prout gl. ibi in uers. scriptura, id est professione natalium. eodem enim modo intelligi debet ut supra. hoc modo etiam declarat text. prædictum in. l. etiam And. Alcia. in tracta. præscriptio. par. 3. præsump. 14. nume. 10. uers. unde liber patris probaret ætatem filij &c. allega. l. 2. ff. de censu. ubi non potest fieri interpretatio, nisi de annotatione in libris publicis. census enim & tributa ad publicum spectant, & in publicis libris annotatur. l. ætatem. c. glo. 1. & l. forma eo. tir. l. 1. & ibi no. Bar. nume. 4. C. de exacto. triburo lib. 10. allegat etiam. l. interdum. ff. de publica. facit in. §. 1. cum glo. in uers. idem. ubi interpretatur dominum improffessum eum, qui non fecit professionem censualem. i. quantum deberet pro seruo nomine uectigalis. adducit. l. 1. C. si

mino.

mino. maior. se dixit. ubi glo. 1. declarat professionum tabulas eas esse, in quibus professus fuerat pater, & mater tali tempore aliquem natum. & l. si. ff. de probat. quæ facit in. §. mulier, ubi prægnans in actis professæ est filium spurium, & talis professio in actis facta, necessario intelligi debet de actis publicis, non autem de scriptura priuata. & ultra eum facit tex. in. l. non nudis asseuerationibus nec eumentita professione. C. de probatio. ista. n. uerba non possunt ibi poni ut idem significantia. facit etiam tex. in. l. 3. Imperator la. 1. cum glo. in prin. ubi quod mos antiquus erat scribi cuiusque natiuitatem. ff. de sta. hom. facit etiam illud scripturæ sacræ, Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Luca. 2. quæ descriptio publice fiebat, non priuatim. quod etiam ex eo ostenditur, quod Ioseph, & Maria, ut ibi sequitur, discesserunt à Galilea, & accesserunt Bethalem, ut ibi describerentur. nam si priuatim descriptio seu annotatio fieri poruisset, non erat opus ire Bethalem. ad instar igitur istius descriptionis hanc descriptionem natiuitatis puerorum fieri crediderim. Et pro intellectu, de quo supra, & pro ueritate istius opin. uideatur omnino Budeus super annota. in Pandectis in. l. cum de ætate. ff. de probatio. ubi exclamat contra Accursium & eius sequaces latinæ igno- rantes, & ibi optime declarat: quæ omnia per eum ibi posita conferunt ad quæst. nostram. Et etiam nunc (ut audio) Florentiæ est obseruatissimus usus, quod nomina omnium, qui nascuntur, annotentur in libris publicis mercantiæ, & hoc præsertim propter officia & magistratus, ut sciant cuius ætatis sint omnes: & forsitan etiam propter militiam, propter tutelam, & curas & pleraque alia, quæ in quadam ætate solùm conceduntur. Et quod probetur ætas non solum per libros publicos huiusmodi, immo per annotationem Cameræ, in qua describuntur focularia, cõcludit Tho. Gramma. Dec. 48. Io. de Vicinatio in si. ubi quod saltem istæ annotationes coadiuant probationes. Nec inconueniens est, quod credatur libris talibus, quia liber officialis à publico depurati facit fidem. Barr. in. l. quædam. §. numularios in si. ff. de eden. Saly. in. l. exemplo post prin. C. de probatio Alex. consi. 179. in causa & lite nume. 5. uol. 62. Dec. consi. 596. ad dubia num. 5. Ias. in repet. l. admonendi nume. 132. ff. de iur. iur. Rui. cõsil. 62. discussio nume. 10. uol. 5. late Aymo. in tractat. de antiquo. tempo. par. 1. num. 230. uers. quid in libro alicuius officialis, & consil. 158. Visis actis syndici nume. 4. & sequ. Quæ autem requirantur ad hoc, ut libri huiusmodi, seu annotationes publice probent, uideatur Alex. consil. 187. uisa copia nume. 2. uol. 7.

- 1 **D**ECIMO Quæro, An ætas probari possit per librum Rectoris, seu Plebani? Et uidetur, quod non: quia est scriptura priuata: quæ non probat. l. instrumenta. l. rationes. & l. exemplo. C. de probatio. l. nuda. ff. de dona.

donatio. c. scripta de si. instrum. Ias. in repet. l. admonēdi, præsertim nu-
 me. 133. ibi, cum regula sit, quod priuata scriptura nõ facit semiplenam,
 Aymo de antiq. tempo. par. 1. num. 100. uers. quid in factis non antiquis,
 ubi etiam contra Sozi. quem postea saluat in uno casu tantū. Et in ter-
 minis, quod scriptura Rectoris, seu Plebani sit priuata, & non faciat de-
 per se fidem, concludit Benedi. de Bene. de Perusio consil. 57. cum uiso
 & considerato uers. sed his non obstant. col. 2. & præceptor meus. D.
 Philippus De ci. consil. 120. & pro tenui nume. 1. ubi quod indubitatum
 uidetur, scripturam huiusmodi esse priuatam, & nullo modo uice tabel-
 lionis fungi. Cõtrarium uerius puto in casu proposito, quod immo ætas
 3 per talem librum probetur, & primo si adsit † consuetudo, quod tali li-
 bro credatur expeditum est. c. ad audientiam uers. nos igitur. de præ-
 script. ubi per librum Ecclesiæ, probatur etiam dominium. Bald. in l. si,
 ante si. uers. unde si per lib. C. sine cen. uel reli. ubi liber Ecclesiæ pro-
 bat, si per decennium ita cõsuetum est &c. & loquitur in fortissimo ca-
 su, tum quia in fauorem eius, cuius est liber: tum quia etiam ad commo-
 dum pecuniarium. Saly. in l. exemplo post prin. uers. quandoque ab of-
 ficialibus. C. de probatio. Anchara. consil. 44. primo de iuribus nume. 5.
 uers. cõtrarium quadruplici ratione. Feli. in dicto. c. ad audientiam nu-
 me. 16. in. 10. conclu. uers. secundum hæc. Sed posito, quod consuetudo
 nihil disponat, adhuc dico, quod liber talis probet ætatem. Videmus. n.
 4 quod per tales libros probatur quem esse † excommunicatum. Feder.
 de Sen. consil. 119. nulli dubium. ante si. ibi, & probatur quis esse excom-
 municatus, si inuenitur in matricula excommunicatorum non abrasus
 &c. per tales etiam libros probatur quem esse mortuum. Ioan. de Imo.
 cõs. 110. in causa, quæ uertitur in fin. ibi, & etiam ex libro, in quo mor-
 tui describuntur &c. nec potest intelligi de alio libro, quàm Rectoris
 uel similibus: quia istorum est cura mortuos recipiendi, sepeliēdi, & de
 illis curam habendi. c. i. & c. ex parte. & toto titulo de sepul. faciunt tra-
 di. per Ias. in repet. l. admonendi nume. 137. ff. de iur. iur. Dec. cõs. 596.
 Ad dubie. num. 4. si igitur per tales libros probatur dominium, excom-
 municatio, mors, & similia, quæ sunt plene probanda: multo magis de-
 bet probari ætas, quæ potest etiam probari per uerisimilia, ut supra di-
 xi. & in terminis nostris, quod talis liber probet etiam in fortioribus ter-
 minis concludit Aymo de antiq. tempo. par. 1. num. 264. uers. uidimus,
 & abunde &c. Non obstat, quod in casu dictorum consil. Benedi. Ca-
 pre. & Dec. non probet scriptura huiusmodi: et ratio est, prout per ip-
 sos, quia huius scriptura nõ æquipollet scripturæ notarij: & ipsi loquū-
 tur in actu, in quo notarius requiritur. nos autem sumus in alijs termi-
 nis, in quibus absque notario fieri potest probatio, etiam per quancun-
 que

que scripturam priuatam, concurrente uerisimilitudine. Bal. in rub. C.
 de si. instrum. & late dixi supra quæstio. 8. num. 3. quæ autem maior ue-
 risimilitudo concurrere potest, quàm in casu nostro? Rector, n. seu Ple-
 banus, qui baptizat paruulos, si librū tenet, annotat in eo tempus, quo
 baptizat paruulos, immo etiā diē ipsum natiuitatis hoc modo uidelicet,
 in mea Parrochia, anno, mense, & die tali, nati fuere Seius, & Mœuius
 filij talium &c. Vel sic, Anno, mense, & die talibus fuerunt baptizati
 Mœuius, Seius, & Sulpitia. Clarum est autem à communiter accidenti-
 bus, etiam sine expressione diei ortus, quod illi infantes, qui baptizā-
 tur, non solent excedere octauum, uel decimū diem. & sic maior ætas
 necessariò cõcludetur. Si enim Calendis Ianuarijs. 1538. baptizatus fuit.
 N. qui die. 2. Ianuarij. 1552. obtinet canonicatum in cathedrali: clarum
 est, quod à die baptismatis cõcurrunt quatuordecim anni, & dies una:
 ergo necessariò est maior. 14. annis, etiam quod die ipsa, qua baptiza-
 tus fuit, natus fuisset. Minor uerò ætas probabitur hoc modo, descripto
 solū tempore baptismatis, non autem natiuitatis &c. à communiter
 accidentibus. nam si annorum reperitur. N. puerū baptizatum fuisse
 Calendis Ianuarijs. 1539. & eisdem Calendis anno. 1552. obtinet cano-
 nicatum in cathedrali: concludetur à communiter accidentibus, tem-
 pore impetrationis fuisse minorem.

- 1 V NDECIMO QUÆRO, An † habilitates prædecessoris, seu præcessoris, ui-
 delicet ætas, & aliæ sint probandæ? & quatenus sic, quæ probatio re-
 quiratur? & pro Iunioribus pono exemplum. A. obrinebat canonicatū,
 per illius cessionem, seu obitum, de illo sit prouiso. B. qui super eo liti-
 gat, & pro consequendo huiusmodi canonicatu, seu pro canonicatoria
 obtinenda, dat articulos, & inter alia, (ut notissimus est stilus) ponit,
 quod ipse. B. est clericus legitimus, ac legitimæ ætatis, & aliàs habilis, &
 idoneus ad canonicatum huiusmodi: nunquid etiam teneatur articula-
 re, & probare ætatem, & alias habilitates. A. Ista est utilis, & subtilis di-
 2 scussio, & pro parte negatiua primo † arguēdo ab impossibili ad uulg.
 l. impossibilis. ff. de uerb. oblig. & l. impossibiliū. ff. de regi. iur. uidetur di-
 cēdum, quod sit impossibilis probatio habilitatū antecessorū. nā iuxta
 exemplum traditum per Lap. alleg. 89. num. 16. Si Titius impetrauit be-
 neficium per obitum Sempronij, & obijcitur sibi, quod nõ habet cano-
 nicum titulum: quia Ioannes, per cuius obitū Sempronius impetrauit,
 nõ habebat iustum titulū. immo centesimus antecessor fuerat declara-
 tus illegitimus: & sic rupto uno anteriori titulo, rumpuntur omnes
 3 subsequentes, & sic aperta impossibilitas. Accedit, quod † successores in
 beneficijs non imitatur iura prædecessoris, cum in illis non derur suc-
 cesso ad instar hæreditatis. c. Moyse. 8. quæst. 1. Lap. in dicta alleg. ante
 mun.

- numerum. 12. unde obtinens beneficium, uidetur habere à Papa, seu ordinario, & non ab alio. fat super que igitur uidetur, si doceat de habitatibus suis. Tertio, de statu defunctorum non debet quarri. l. principaliter. C. de libera. causa & toto tit. C. ne de sta. defun. & facit adagium illud, Cum mortuis non nisi larua pugnans: unde non debemus quære de statu, & habilitatibus defunctorum. Quarto facit, quod quis non tenetur probare titulum sui prædecessoris, sed sufficit, quod probet eum possedisse, & pro possessore reputatum, dicta alleg. Lap. 89. Rot. 109. Agenti in no. Mil. in reper. in uer. beneficium impetrans tanquam uacans. fol. 20. col. 2. pulchrè per Ancha. consi. 17. satis impertinens num. 2. Nic. Boe. Dec. 150. præsuppono num. 12. Ergo uidetur dicendum, quod non teneatur probare istas habilitates, quæ iustificanc titulum. In contrarium uiderur, quod immo titulus successor in beneficijs æquiparatur hæredi, & nouus Episcopus appellatur successor antiquorum Episcoporum, & ita se diuus Ambrosius nuncupat. c. conuenior col. si. uerfi. absit, ut tradam hæreditatem Dionysij & c. 33. quæst. 8. c. 1. de solutio. Rot. 411. si lite pendente num. 3. in no. ubi quod qui in locum alterius succedit, eodem iure uti debet, & successor eodem iure, quo & prædecessor. Feli. in c. olim de re scrip. col. penul. in. 1. limi. in si. Et cum (ut dixi) iste successor æquiparetur alijs successoribus, sequitur conclusio, quod titulus successor particularis afficitur, astringitur, & iuuatur eisdem probationibus, & iuribus, quibus eius author. Arctinus consi. 36. casus talis est col. 2. num. 3. uerfi. secundo dico, quod ista confessio, & consi. 112. considerans col. 2. uerfi. de successore, & singul. Sozi. consi. 82. super quæstionibus col. 3. num. 3. uerfi. secunda conclusio uol. 3. latè per Aymo. de antiq. temp. par. 1. nu. 78. uer. quæ autem dicta sunt. Insuper Lap. dicta alleg. 89. non negat, quin titulus successor teneatur iustificare titulum antecessoris: immo id præsupponit, prout in positione casus. & nu. 8. uerfi. uenio ad secundum caput, & expressius firmat Rot. Belleme. 12. subrogatus tenetur iustificare ius illius, ad quod seu in cuius locum subrogatur: & percõsequens probare omnia expressa, uel tacita, in gratia primi, quæ ipse primus probare tenebatur & c. & facit quod non habet plus iuris suo authore, immo eodem iure sui authoris utitur, ad l. qui in ius, & l. aliud. §. si. ff. de reg. iur. & c. is qui in ius eo. lib. 6. Rursus arguendo ab absurdo, & incouenièti, si succesor non teneatur probare titulum, & habilitates sui authoris, quilibet prouisus inhabilis, & habens titulum infectum cederet in fauorem alicuius sibi cõfidentis: prout in simili dicunt de cedente, qui, cum non ualeret probare suum creditum, illud alteri donauit, seu in alium transfuit, ad hoc ut ipse possit pro cessionario testificari, ex quo fraus præsumitur, & propterea repellitur postea à testimonio, Bald. in l. omnibus

col.

- col. 2. num. 1. uerfi. sed tu dic. etiam ante numerum. 2. subdit, & ista est ueritas, quia successor gerit eius imaginem. C. de testi. Saly. in l. nullus col. 2. uerfi. quæro, igitur, quid in donatore. & uerfi. quæro Titius promisit. ff. de testi. Alex. cõsi. ex his nu. 13. uol. 1. latè Lanfrã. in reper. c. quoniã cõtra de probatio. in uer. testes uerfi. quæro primo, nūquid donator nu. 88. & Feli. in c. in super nu. 13. in. 4. quæst. de testi. si igitur in profanis istæ fraudes præsumptione reijciuntur, & reprimuntur, multo magis in beneficia libus, & diuinis, in quibus maior fides, & maior cãdor requiritur. Quid tenedū ego cõcluderè pro parte affirmatiua, quod immo necessariū sit probare habilitates authoris, seu præcessoris, uel prædecessoris: sed non plenè, & ita concludenter, ut suas proprias. nec istud habetur pro impossibili, sed bene pro difficili: unde meritò leuior probatio admitteatur. nam quilibet magis debet habere paratas probationes sui status, quàm alterius. Specu. in tit. de probatio. §. i. col. penul. ibi, ratio diuersitatis, quia persona principalis & c. Belleme. Dec. 645. non obstantibus conclusionibus: per quam limitat, & declarat alias suas decisiones. Roma. consil. 117. satis impertinens uerfi. secundo hoc probatur. Sed antequam ulterius procedam, aduertendum puto, quod omnia argumenta & illationes factæ de iustificatione tituli prædecessoris, seu prædecessorum, uel authorum, cessant in casu nostro: & sic alleg. Lap. 89. & plerumque aliæ decisiones: quia satis diuersum est probare titulum authoris, uel illius habilitates. nam iuxta interpretationem, quæ fit in Palatio, communis reputatio non sufficit ad probandum titulum authoris, cuius iuit recens possessio, iuxta dictam allega. Lap. seu illius interpretationem, super qua (Deo dante) latius scribam super regula de Triennali, ubi melius cader illius discussio. & iuxta Dec. Cassado. 1. 2. & 4. de caus. posses. & propr. & 5. de restit. spoliat. At in probandis habilitatibus non solum, quando concernunt prædecessorem, immo etiam quando ipsummet litigantem, per semiplenas, uel leues probationes concluduntur: prout in tit. clericatu concludit Bal. in c. licet uniuers. de testi. cum quo transit ibi Feli. in si. uer. petrasan. sing. 49. Belleme. Dec. 113. & 114. ubi etiam loquitur de probando magisterio. Si igitur habilitates proprie probantur per leues, seu præsumptas probationes, multo magis alienæ, ad suprã deducta. Immo plus dixit Bell. Dec. 561. conclusio, quod si P. post mediū uerfi. fateor tamen, quod P. non tenebatur probare doctoratum, & familiaritatem narratam in gratia Ioãnis, qui erat author, secundum casus positionem. Immo talis probatio spectabat ad ipsum Ioannem, prout ibi. Ex proximè dictis constat responsio ad omnia contraria: & sequitur, quod omnes species probationum ætatis, de quibus suprã, sufficient, & etiam leuiore, pro probandis habilitatibus præcessoris,

99

foris,

- foris, seu prædecessoris. Et pro sigillo præmissorum, subijciam pulchritudinem & rationabilem decisionem Dominorum meorum sub die. 12. Decembris. 1547. factam in una oueren. Archidiaconarus de Villa Viriosa coram R. D. Puteo nunc dignissimo Cardinali, inter Io. de Prauia, & Io. Meriquez, & alios. concluderunt. n. † non requiri ita exactam probationem circa probandas habilitates prædecessoris.
- 1 D V O D E C I M O quæro, cum Glossatore hic, An † minor tempore concessionis mandati de prouidendo, reservationis, seu expectatiuæ, tempore autem uacationis, & acceptationis maior, comprehendatur in regula, seu illi regula obstat? Et licet sicco pede (more suo) pertranseat, alius exordiendo arguam pro utraque parte. Et primo pro negatiua,
- 2 † possessio rei tempore sententiæ, licet non tempore litis contestatæ, & retro, sufficit, ut quis condemnari possit: & contra tempore litis contestatæ, & non tempore sententiæ, ut absoluarur. l. si autem, §. possidere. ff. de rei uendica. l. signi appellatione, §. si quis non possidere. ff. ad exhiben. Rot. dub. fast. 57. † Natiuitatis tempus sufficit, si mater sit ingenua seu libera, ut quis liber nascatur. l. & seniorum, §. ingenui, ibi, sufficit. n. liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. ff. de statu homi. §. sed si quis ex matre uersi. sufficit autem liberam
- 4 fuisse matrem. Insti. de inge. † Sententiæ tempus inspicitur, an quis eu aferit spectabilis, licet prius esset persona priuata, ad effectum appellandi ab eo, tanquã à spectabili, & non tanquã à priuato. l. præcipimus, §. fanè uersi. licet antea priuato homini. C. de appellatio. c. anteriorum, §. si. uersi. ita tamen cum glo. in uer. priuati. 2. quæst. 6. Accedit, † quòd in dubiis, interpretatio fieri debet, ut actus, seu res potius ualeat, quàm pereat. l. quotiens in actionibus & l. ubi. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de uer. oblig. Dec. consi. 289. Nō est parui col. 2. uersi. septimo hoc corroborationur, & consil. 324. consuluit col. 1. in fi. & consi. 448. uis tota nume. 17. ubi dicit, quòd hæc præsumptio ualiditatis actus superat omnes alias præsumptiones: debet igitur fieri interpretatio pro ualiditate gratiæ, ista quatuor fundameta ponit etiam Io. And. in. c. factum legitime col. 4. de reg. iur. lib. 6. licet per alia uerba. Quinto facit, quòd † electionis tempus inspicitur, sufficit enim, quòd quis maior, & aliàs habilis tempore electionis sit: licet tempore uacationis non esset. c. quod sicut in lin. uer. & c. cum inter in fi. ubi attenditur tempus electionis, an eligentes essent. suspensi. Dec. consi. 214. in causa cathedralis num. 1. c. dudum el. 1. ante fi. de electio. Sexto, † Impuberis iuramentum per eundem postea puberem factum obseruari debet, & adimpleri. l. si. §. si. ff. de libera. cau. glo. in c. paruuli in uer. ut rata in fi. 22. quæst. 5. Septimo, † postulatio, quæ prius inualida erat, ex postfacto ualida iudicatur, perinde ac

- si à principio talis fuisset. c. bonæ el. 2. præsertim in si. ibi, licet diuersis temporibus de postulatio. prælato. Octauo, † habilitas superueniens respectu alicuius actus producendi, ita operatur cum superuenerit, sicut si à principio affuisset. l. si quis in senatorio. in fi. ff. de ritu nupt. & ibi etiam no. glo. & Bal. & l. si quis tutor, §. quamuis uersi. quid ergo. ff. eo. & ibi etiam glo. in uer. obliuiscitur. l. uni. in fi. C. si Rector prouin. si qua. 12. quæst. 2. Io. de Ligna. in tracta. Ecclesi. interdi. col. 3. nu. 7. ibi, nam habilitas superueniens & c. Nono, † beneficia nouiter erecta ueniunt sub reserva fauorabili, licet nulla facta mentione in specie de beneficiis de nouo erigendis. ita concludit post Lap. Ioan. Andre. & Ioan. Mona. Gaspar de Peru. in tractat. reseruar. fol. 7. nume. 7. uersi. beneficium nouiter erectum. Idem etiam concludit Gemini. consi. 69. cir. primum ante si. uersi. super isto dubio faciens aliam distin. & in primo membro. quando uerba possunt extendi ad futurum, licet (ut dixi) nulla fiet mentio de nouiter citandis, seu erigendis: tenet reserua extendi, ut supra, & pro opin. Gemin. faciunt tradi. per Aene. de Falco. in tracta. reserua. fol. 11. in fi. & fol. seq. Decimo, † habilitas impetrantis consideratur tempore uacationis, non tempore datæ. c. ei cui. de præb. lib. 6. ubi ille, qui obinuerat mandatum de prouidendo de aliqua præbenda, si nondum existat in ætate legitima, non potest præbendam sacerdotalem obtinere: & glo. ultima, exponens si. illius. c. declarat, quòd expectet aliam præbendam non sacerdotalem, uel etiam sacerdotalem, si tunc peregerit ætatem idoneam: & sic colligitur, quòd sufficit, quòd tempore uacationis reperiatur quis habilis. facit. c. is cui eo. tit. & lib. ubi concessio in dubio alicui de conferendo uno beneficio, ille non poterit conferre beneficiato, nisi beneficium primum dimittat: & sic iste, qui dimittit tempore collationis sit habilis ad beneficium consequendum, ad quod tempore indulti concessi, & sic tempore datæ uel ante huiusmodi collatione erat inhabilis. faciunt tradit. per Feli. in. c. eam te. col. penul. de rescrip. uersi. fallit primo in consideranda habilitate impetrantis. Pro parte uerò affirmatiua, quam ueriores puto, faciunt plura argumenta, & rationes per Io. Andr. adductæ in præalle. regula factum legitime, quæ ibi uideri possunt. Insuper facit regula illa, quòd † initium spectari debet. l. quod ab initio, ubi latè Dec. ff. de reg. iur. c. non firmatur eo. tit. lib. 6. gl. in. c. dudum el. primo de electio. in uer. electionis tempore. ubi quòd inspicitur initium. & declarat quando finis spectanda sit. Et quòd † tempus electionis inspicitur, non id quod sit post electionem: facit pro. & contra consi. Fed. de Sen. 293. factum tale est post prin. ubi refert opin. Io. And. & respondet quibusdam argumentis. & pro ista parte faciunt nota. per Bar. in. l. excusantur. ff. de excusa. tuto. num. 10. in. 2. lectu. ubi,

quod si praelatus tempore electionis erat minor, tempore autem confirmationis faciendę maior: quod per hoc non debet confirmari, cum debeat illud tempus electionis inspicere, & Bar. in l. impuberes. nume. 3. ff. de falsis. ubi. quod pupillus non potest eligi notarius, ut maior factus possit tabellionatus officium exercere. pro cuius conclusionis ueritate, uideatur præceptor meus. D. Philippus Dec. in l. scemina. §. itē impuberes nume. 2. uers. secundo ampliatur, & nume. 3. ff. de reg. iur. pro hac etiam part. affirmatiua facit consil. Cardi. 104. post redditum col. 2. in prin. ubi quod potestas superueniens non ualidat actum factum ab inhabili. idem reperit consil. sequ. num. 18. facit etiam. l. Cæsar in ff. de publi. per quam Feli. in c. 2. de constit. nume. 22. post Hostien. & Io. Andre. Infert, quod uolens portare bladum extra territorium, incœpit extrahere, postea casu desistit. si interim fiat statutum imponens pœnam extrahenti, non impediatur ipsum extrahere, ex quo prius incœperat. Et dixit Ioan. Baptista Perusi. gener Bart. in suo tract. de arbit. cap. 17. lib. 2.

14 nume. 3. quod † inhabilis tempore compromissi, pone erat excommunicatus, bannitus, seruus, uel similis: si illo pendente, habitas superueniat, per hoc compromissum non subsistit, nec reualidatur per iura, que

15 ibi allegat, quæ uideri possunt. Accedit, quod † Data attenditur in subreptione, uidelicet, an tempore datæ interuenerit subreptio, uel non, c. si eo tempore de rescrip. lib. 6. quod loquitur in minori tempore datæ, postea uerò effecto maiori. Ioan. And. in. c. ad aures de rescri. post medium. ibi, dignitatis, quam habet tempore datæ, licet tempore quo litteris utitur, eam habere cessauerit. Feli. supra allega. pro contraria opinio. in. c. eam te nume. 18. in uer. tempus datæ regulæ attenditur, ubi late: & postea uers. intellige sanè: & uers. & quod in subreptione attendatur, ubi declarat, & limirat dicta per eum supra, & firmat proximam conclusionem. Fran. in dicto. c. si eo tempore nume. 3. in. 2. nota. & in. c. ei cui. de præbend. eo. lib. nume. 8. uers. sed. d. Anto. Conferunt & nota. per Mil. in suo reperto. in uer. gratia impetrata super beneficio fol. 83. col. i. ibi concludit, quod gratia super beneficio, quod liberè, & perfectè non uacat, non conualescit, postea si superueniat libera, & perfectè uacatio per ea, quæ ibi allegat, facit con. Parisi. 45. nume. 2. lib. 4. ubi, quod in coniecturanda subreptione attendimus tempus datæ: & quæ post datam accidunt, non alterant rescriptum. & consil. 56. nume. 21. eo. lib. 4. Et in terminis nostris pro hac secunda opin. quam Ego teneo, uideretur concludere Rot. Egidij Belleme. 754. supposita conclusione: qui hanc eandem quæst. quam ego pono, disputat ad partes. & miror, quod Glossator hîc non uiderit, & non allegauerit. facit plura fundamenta pro utraque opinione, & ultimum fundamentum

per eum adductū est pro hac parte. & licet præmiserit, quod alia opin. uisa fuerit ibi probabilior: tamen quia uideretur residere in ultimo fundamento, & quia rationes adductę pro hac parte magis urgent, hæc uideretur tenenda. Et inter alias rationes, quas non transcribo, quia uideri possunt, unam adducit, quæ mihi sat, superque concludit: quæ est, quod habilitas promissi requiritur tribus temporibus: quæ tempora licet ibi non

16 specificet, ego intelligere de tempore datæ, tempore uacationis, & de tempore acceptionis, seu prouisionis subsequenti per executores, uel alium. Et quod datæ tempus inspicere debeat, an quis sit habilis, probat Hiero. Gig. in suo utili. tracta. pensio. quæst. 22. nume. 16. & seq. ubi plura allegat. Et huic meæ opin. magnum robur adijciat resolutio Dominorum de Rota, quam hîc subijcio. Concluserunt enim in una calaguritan. Archidiaconarus coram. R. D. Reumano sub die. 22. Octobris, & 21. Nouembris. 1548. Et postea sub die 17. Iunii. 1549. † Data tempus attendi debere, an quis sit officialis: & non sufficiat, quod fuerit tempore expeditionis. & tamen uidebatur dicendum, quod sufficere habitas huiusmodi, tempore expeditionis: cum effectus aliquem fuisse officialem, uel non, ut plurimum uideretur considerandus ad effectum expediendi gratias: & sic expeditionis tempus solum uidebatur considerabile. Ad prima quatuor argumeta, pro contraria parte facta, quę præmissi, & ad pleraque alia respondent Io. And. in dicta regula factum legitime, & glo. supra alleg. & inter alia quod fauor libertatis, & ualiditatis actus in plerisque ex contrarijs operatur tales effectus. Ad id, quod dixi de electione, postulatione & similibus, responder glo. in cle. & de æta. & quali. in ner. constitutus cir. medium ibi, quod dicitur in electionibus spectari initium, intelligitur de initio electionis, non uacationis. Idem concludit ibi Imol. nume. 22. ibi, quia uerum est, si loquitur de initio electionis. Insuper ad omnia contraria potest responderi, quod sola† inhabilitatis cessatio non inducit actus reconalescentiam: sed opus est nouo consensu. seu nouo actu. Bar. qui refert, & approbat opin. Dyn. in. l. per fundum in 2. nota. ff. de seruitu. rusti. prædi. Roma. late cõsi. 509. circa propositam in. 5. dubio nume. 19. & seq. & nume. 21. ponit casum nostrum. Deci. consil. 66. in casu de quo nume. 14. & seq. & consil. 602. uiso puncto nume. 21. & seque. ubi concludit, quod ætas superueniens tunc operatur, quando quis propter ætatem minorem aliquid facere non potuisset, ætate autem legitima superueniente, ex se facere posset: secus autem quando ex se facere non potest. at in casu nostro, quis ex se ipso absque principis, seu ordinarij auctoritate, nec minor, nec maior potest sibi canonicatum, seu aliud beneficium attribuere, seu conferre: unde merito requiratur noua prouisio, seu nouus consensus superioris. Facit etiam pro solutione præmissorum, quod

quòd sumus in casu, in quo ius resistit in initio. uult enim non posse pro-
 uideri &c. nisi in tali gr̄ate, & sic succedunt nota. per Bar. in. l. si constan-
 te. §. quories nu. 7. ff. solu. mari. & latè Aymo. qui plures alleg. consi. 197.
 nu. 8. uers. respondeo, quòd regula illius tex. &c. Et pro hac opin. quam
 teneo, pondero uerba regulæ. ibi, nisi eos, qui in minori ætate recipere
 possint per sedem Apostolicam specialiter concessum fuit: & sic, ut pro-
 ximè dixi, cõstitutio expressè resistit in initio, & requirit specialem ex-
 pressionem, stante defectu ætatis. Adaptatur etiam ad præmissa distin.
 Anchara. in dicto. c. si eo tempore de rescrip. lib. 6. col. 2. uers. sed his die-
 bus, ubi loquens de testatore concludit, quandoque conditio testatoris
 est funditus nulla, ut quia erat pupillus &c. & tunc nunquam conuale-
 scit, postquam causa efficiens erat nulla funditus: & postea subdit, & hinc
 est, quòd defectus ordinum, non reddit gratiam nullam ad beneficium
 curatum, sicut reddit minor ætas &c.

DECIMOTERTIO QUÆRO, supposita uera parte affirmatiua, de qua in
 1 proxima quæsti. an ÷ regula habeat locum in concessione, seu gratia fa-
 cta motu proprio. Clarum est enim quòd mandata de providendo, re-
 seruæ, & expectatiuæ, & plurimum concedi consueuere motu proprio:
 uideamus igitur secundum casum in alia quæst. postum, an minor ætas
 obster superueniente postea ante uacationem legitima ætate, stante cõ-
 2 cessione facta motu proprio? Et pro parte negatiua facit, quòd ÷ motus
 proprius tollit subreptiones, & facit subsistere gratiam, quæ aliàs cor-
 rueret. c. si motu proprio de præben. lib. 6. cle. si Romanus eo. & inducit
 plerosque alios effectus, de quibus latè scripsi suprà super. 16. regula. &
 in terminis nostris hanc opin. uidetur firmare Gemini. in c. si eo tempo-
 re de rescri. lib. 6. col. 2. uers. ego crederem, ubi cõcludit, quòd ista clau-
 sula Motus proprii de per se, sine clausula Non obstantibus, uel alia, tol-
 lit subreptionē, quæ à principio interuenisset. dempta igitur subreptio-
 ne, & superueniente ætate legitima, non est quid obster. **Contrarium te-**
 nuit ibidem Lap. quem sequitur ibi Anchara. in si. uers. quærit Lap. utrū
 si scribat. idem etiam tenuit ibi Phi. Fran. num. 5. si per glo. 2. in si. ubi re-
 3 spondet, quòd licet ÷ motus proprius tollat subreptionem, tamen non
 tollit aliam inhabilitatem personæ. & pro hac opin. facit etiam cõsi. An-
 chara. 20. Viso prædicto puncto. Staphi. super signatura fol. 87. a ter. & 88.
 qui demum residet in hac opin. uers. nihilominus prædicta opin. non
 4 placet &c. Facit, quòd ÷ motus proprius non inducit dispensationem di-
 cto. c. si motu proprio, cum glo. 2. in uer. ob hoc, & ibi Ioan. And. post
 princ. ibi, motus proprius non inducit dispensationem &c. Ror. 12. di-
 cebant Domini in no. ante si. ibi, cum motus proprius talium dispensa-
 tionem nõ inducat, & 444. not. licet motus proprius in antiq. ante si. ibi,
 nec

nec dispensationē &c. optimè per Cardi. consi. 96. Papa uniuert in prin.
 Feli. in. c. ad aures de rescri. num. 7. uers. primus est, quando gratia mo-
 tu proprio tacet inhabilitatem concernentem personam &c. Hæc secun-
 da opin. uidetur communis, & uera: quam etiam ego sequor, parum cu-
 rans de distinctione, quam facit hęc Glo. sator, uidelicet an simus in pri-
 ma parte regulæ de Canonicatibus cathedralibus: an in. 2. de collegia-
 tis, in qua (secundum eum) uidetur comprehendere solum impetrationes:
 quia ista ponderatio non concludit, nec habet in se rationem.

DECIMO QUARTO QUÆRO, ÷ An regula ista habeat locum in ordina-
 rijs, seu alijs in prouisionibus extra curiam, & sic prouisiones Canonici-
 catuū ab ordinarijs, seu alijs à Papa factæ subijciantur huic regulæ? Pro
 parte negatiua facit, quòd ubique uerba nõ conueniunt, nec dispo-
 sitioni locus est. l. dies cautionis. §. toriens, & ibi not. Bar. ff. de dam. infe.
 c. indemnitatibus. §. penul. de electio. Sed uerba regulæ non conueniunt
 ordinarijs, seu alijs, sed soli Papæ: ergo nec dispositio. Minorem probō,
 ponderando uerba regulæ in prin. ibi, Mandata de providendo. ordina-
 rius autem, seu alius præter summum Pontificem (ur notissimum est) ea
 concedere non potest. Item pondero uerba fallentiæ positæ in regula,
 ibi, Nisi eis, quòd illos in minore ætate recipere possint per sedem Apo-
 stolicam specialiter concessum fuerit. Dupliciter enim ordinarijs, & alijs
 excluduntur. Primo, quia contra istam regulam ipsi non possunt dispen-
 sare: & sic regula de illis non loquitur. Secundo, quia expressè dicitur,
 nisi per sedem Apostolicam sit concessum: & sic excluduntur ordinarij,
 & omnes alijs. Tertio tota dispositio regulæ uidetur exclusiua ordina-
 riorum, nam siue loquamur de canonicatibus, & præbendis cathedra-
 lis, siue collegiata, ipsi soli non possunt de illis disponere: ergo ipsi hęc
 non comprehenduntur. Et quoad ÷ canonicatus & præbendas ecclesiæ
 cathedralis fuerunt tres opin. Vna, quòd Episcopus cum consilio Capi-
 tuli conferat, pro qua allegantur. c. nouit, & c. quanto de his, quæ fiunt à
 præla. ubi quòd prælatus instituere, uel destituere, seu alia negocia ec-
 clesiæ tractare nõ debet sine consilio Capituli. allegatur etiam Hostien.
 in c. cum ecclesia Vulturana col. 2. uers. si non habet patronum de ele-
 ctio. Altera opin. fuit, quòd collatio spectet ad Episcopum cum consen-
 su Capituli, pro qua adducitur. c. ea noscitur de his, quæ fiunt à prælar.
 sed illud. c. loquitur in collegiatis. hanc opin. tenuit etiam Compostella.
 in dicto. c. cum ecclesia Vulturana. Gemini. in c. 1. 21. distin. col. 3. uers. aut
 illi de capitulo sunt habiles &c. qui tamen distinguit, aut administratio
 ecclesiæ est diuisa, aut non, prout ibi. & hanc opin. uidetur aliàs tenuisse
 Rota prout per Belleme. Deci. 69. in princ. incipit, palatium amplecti-
 tur hanc opin. quòd collatio præbendarum ecclesiæ cathedralis spectat
 ad Epi-

ad Episcopum cum consensu sui Capituli. Tertia fuit opin. quod nec solum consilium, nec solus consensus sufficiat: sed quod + collatio ipsa sit communis inter Episcopum & Capitulum. glo. 2. in c. cum ecclesia Vulterana alleg. cir. medium uersi. dico, quod de iure communi simul ad Episcopum & Capitulum pertinet &c. & glo. in c. irrefragabili in uer. per Capitulum cir. medium uersi. & ego dico, quod de iure communi ius eligēdi &c. de offi. ordina. tangit Rot. 167. de collatione in no. post prin. uersi. præterea licet ad Episcopum, & Capitulum &c. latè per Rot. Belleme. 69. Palatium amplectitur, qui plura pro hac opin. adducit, & Abb. in præalleg. c. cum ecclesia Vulterana col. 3. uersi. & hanc opin. quod simul. pertineat ad utrunque &c. ubi dicit, quod Moderni transeunt communiter cum hac opin. Et quod ista sit cōmunior opinio, & à Rota approbata, concludit Cassado. in 22. deci. de præben. nume. 2. Et si ordinarius non potest solus de canonicatibus, & præbendis cathedralis ecclesiæ disponere, multo minus poterit de canonicatibus, & præbendis collegiæ ecclesiæ, secundum omnes opin. de quibus per Rot. præalle. 167. de collatione præbendarum in no. Belleme. 718. collationes præbendarum in princ. per Abb. in præalleg. c. cum ecclesia Vulterana. de electio. col. 3. in fi. uersi. quoad ecclesiæ collegiæ &c. & Cassado. in dicta deci. 22. de præben. nume. 3. ubi etiam dicunt, quod non est tanta communio inter alias ecclesias Diœcesis cum Episcopo, quanta est inter ipsum & suam. Pro parte uerò affirmatiua, quæ tenenda est, facit identitas rationis, quæ est in prouisione ordinariorum, seu aliorum de canonicatibus huiusmodi, & ipsius Papæ. Ratio enim regulæ est, ut canonicatus, & præbendæ cathedralis ecclesiæ concedantur solum Adolescentibus, & habentibus aliquale iudicium, & consilium. canonicatus uerò, & præbendæ collegiæ tanquam minoris ponderis, & autoritatis, digniores tamen, & præstantiores simplicibus beneficijs, conferantur existentibus in medio harum duarum ætatum, uidelicet septem, & quatuordecim annorum. & eadem ratione, qua excluduntur prouidēdi de canonicatibus ante ætates, de quibus in regula: eadem excludi debent prouidēdi ab ordinarijs, seu alijs. & sic stante causa rationabili ipsius regulæ, & paritate rationis, debet latè interpretari, & ordinarios, & alios comprehendere, etiam quod loqueretur solum de summo Pontifice: ut in simili concludit Deci. consi. 398. in causa Domini Benedicti in fi. ubi tenet regulam De uerisimili de Papa solum loquente, ex paritate rationis procedere etiam in ordinarijs. Idem etiam firmat Ioan. de Syl. in tracta. bene. par. 3. quæst. 46. col. 2. uersi. Nec uidetur obstare dicta regula Cellulariæ &c. & faciunt tradi. per Cassado. Deci. 32. super regulis nume. 8. ubi cōsiderat ad cognoscendū an regula liget extra curiam, an ratio sit uniuersalis,

uniuersalis, an uerò localis, id est respiciens locum solum, ubi regula facta, seu edita est. cum autem ratio huius regulæ sit uniuersalis, ubicunq; ligat. Secundo, si summus Pontifex decernit non ualere prouisiones, & dispositiones suas de canonicatibus ante ætates, de quibus hinc: fortius, & cōuenientius uideatur ualere noluisse illas inferiorum, per uulgarem regulam, quod non licet maioribus, seu superioribus, ergo nec minoribus, seu inferioribus. Immo inferiores regulari debent à superioribus. c. 4. est ordo, & c. hæc imago 33. quæst. 5. & quod + Papa approbat, uel reprobabat, omnes id approbare, uel reprobare debent. c. si ille in fi. 50. distin. c. 1. 22. distin. in fi. ubi diuus Ambrosius se in omnibus sequi sanctam Romanam Ecclesiam, uti magistram, profiteretur. & Beatus Hieronymus omnium doctissimus, se Papæ subijcit, concludens eius scripta, si ab eo approbentur, ualida futura aduersus latratus omnium. facit. c. si Romanorum in prin. 19. distin. ubi, quod sedes Apostolica approbat, id ab omnibus accipi debet: quod uerò reprobatur ab omnibus pro inefficaci habeatur. Et certè absonum esset, quod Papa abstineret à collatione, seu dispositione in fauorem cōstitutorum in minori ætate: Episcopis uerò, seu alijs id liceret. Tertio, ponderanda sunt illa uerba, quomodolibet emanauerint, & sic omne dixit, ergo nihil exclusit. & ista + dictio quomodolibet omnem penitus modum includit, cle. 2. uersi. ne igitur excessum cum glo. in uer. quomodolibet de senten. excomu. c. in demnitibus. §. si qua uerò à minori, ubi Io. Andr. not. super uer. quomodolibet ante numerum 2. de electio. lib. 6. sequitur igitur, quod in regula includatur etiam prouisiones, seu cōcessiones ordinariorum, & quorumcunque aliorum. Quarto, & ultimo, Regula ista statuēs super dispositione canonicatuū cathedralis, uel subrogata est in locum illius ordinationis Gregorij xi. de qua per Rot. 324. supposita ordinatione in prin. in no. & per Belleme. 727. supposita. quæ est eadem, sed breuior: uel successit in approbationem opin. Docto. tenentium hanc ætatem requiri in Canonicatibus, & præbendis cathedralium, de qua supra. & utroque casu tam ordinario Grego. xi. quam opin. Docto. procedebat in ordinarijs, & quibuscunque alijs &c. Ergo & ista regula, cū subrogatum debeat sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, ad iura uulga. Ex præmissis patet solutio ad contraria. sigillatim autem respondendo, Ad primum, quod uerba nō conueniant, respondeo, quod satis est, quod conueniant in aliquibus. Immo satis est, quod mens, & sensus, seu intentio id patiantur. l. cōtra legem. ff. de legibus. & in simil. not. Cassado. Deci. 32. num. 9. super regulis, & uerba illa in prin. Prouisiones, seu concessiones, respicient tam Papā, quam ordinarios, & quoscunque alios. illa uerò uidelicet, Mandata de prouidendo, respicient solum summum Pontificem. nec inconuenit eandem

rem diuersis ex causis, seu diuersis rationibus, diuerso iure ceteri. l. miles. §. pro parte. ff. de lega. 2. Ad secundum dico, quod non sequitur, quod excludatur prouisio ordinariū, & aliorum: sed dispensatio, quod alius à summo Pontifice dispensare non possit. Immo dispensato à Papa, poterit Episcopus, seu alius conferre, cui aliās non potuisset, ut concludit Per. de Anchra. consi. 404. Tria dubia col. 1. uerū. contrarium prædictis non obstat. Ad tertium dico, quod siue ordinarius solus, siue cum alio, siue alius conferat, idem dicendum erit propter identitatem rationis: & propter generalitatem prohibitionis: & propter uerba illa supra ponderata uidelicet, Quomodolibet emanauerint. quocumque modo igitur prouisiones huiusmodi emanent, non est curandum.

Regula Decimanona.

De infirmis sua beneficia resignantibus.

TEM Voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiā uigore supplicationis dum esset sanus signatæ, & postea infra uiginti dies, à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur, per resignationem sic factam collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur uacare.

DIFFERT Ab antiquis regulis, & à modernis in pluribus, ut ex lectura ad oculum apparebit. quod sit, ut plura dubia, quæ prius siebant, nunc cessent: aliqua uerò de nouo elici possint. Non omitto hanc regulam habere mixturam cum antiquis, ex illisque extractam fuisse, ac ex regula declaratoria fe. re. Paul. iii. sub eadem rub. de infirm. resignan. quæ est fol. mihi. 19. secundum ultimam impressionem, per quam ipse declarauit suam regulam in crastino Assumptionis editam, addens aliqua ut in ea. in nostra autem, ultra illam & omnes alias, aliqua adduntur, &

tur, & aliqua deleta fuerunt, quæ suis locis ponderata erunt. Super hac regula, ultra Commentatorem ordinarium scripsit d. Cassad. sub hoc titulo Deci. 31. & 32. & latissimè D. Sarnen. qui dilatauit simbrias suas etiā ioci causa, ut in primis duabus quæstionibus, an regula procedat in Papa, & Imperatore. & cum ipse in præfatione præmiserit regulam in foro, & curia quotidiano usu receptam, dictum suum non poterit uerificari in suis duabus primis quæstionibus: quia renunciationes tales recesserunt ab Vrbe, & Orbe, loquor de Papatu, & Imperio. & c. de renunciatione lib. 6. per Bonif. viii. editum, ad confirmandum dispositionem Papæ Celestini eius prædecessoris, quæ ipsi Bonifa. fuit satis utilis, & iucunda, parum in futurum practicabitur. Deueniam igitur ad quæstiones quotidianas, & utiles.

PRIMA quæstio, An regula ista sit iuri conformis, uel contra ius?

SECUNDA quæstio, An Regula ista habeat locum in Cardinalibus infirmis resignantibus?

TERTIA quæstio, An regula ista comprehendat fœminas religiosas, habentes dignitates collatiuas?

QUARTA quæstio, An regula ista habeat locum in senes decrepito?

QUINTA quæstio, Qui infirmi ueniant in regula nostra?

SEXTA quæstio, Cui incumbat onus probandi, ad effectum huius regulæ, uidelicet an danti de regula infirmitatem, & obitū ante uiginti dies: an uerò alteri sanitatem, & uitam?

SEPTIMA quæstio, Quid si infectus peste, iussus continere domi, ubi renunciat, deinde incerra die solus moritur, an præsumatur mortuus infra uiginti dies, an post? & quis probare teneatur?

OCTAUA quæstio, Infirmitas resignans in fauorem cōsanguinei, seu amici, in eiusdem domo obiit, post dictum que terminum. 20. dierum mortuus publicatur: per aliquot tamen dies ante finem termini, Medici & alij non permittebantur ad ægrotum accedere: an præsumatur infra. 20. dies, uel post obiisse?

NONA quæstio, quid si infirmus cōsentit uigore supplicationis, dum erat sanus signatæ, & moritur infra uiginti dies à tempore præstiti consensus, an sit locus regulæ?

DECIMA quæstio, An regula ista habeat locum in beneficio unito?

VNDECIMA quæstio, An regula ista procedat in translationibus pensionum?

DVODECIMA quæstio, An regula ista habeat locum in permutatione?

DECIMATERTIA quæstio, An regula ista habeat locum in permutatione æquali, seu de paribus beneficijs?

DECIMAQUARTA quæstio, An regula habeat locum, quando sit resignans?

RR ij gnatio

gnatio referuatis fructibus ?

DECIMA QVINTA Quæstio, An regula habeat locum in beneficijs patrimonialibus ?

DECIMASEXTA Quæstio, An regula ista procedat in remunerationibus, quæ fiunt extra curiam ?

DECIMASEPTIMA Quæstio, An per clausulas generales, uidelicet quouis modo uacet &c. postas in supplicatione resignationis mortui infra uiginti dies, comprehendatur modus iste uacationis per obitum fictè inductus per hanc regulam ?

DECIMAOCTAVA Quæstio, An dies, qua fit resignatio, uel præstatur consensus infirmi, debeat computari in termino uiginti dierum ?

DECIMANONA Quæstio, Legatus cum facultate derogandi regulis editis, & edendis, an regulæ huic derogare possit ?

VIGESIMA Quæstio, An regula ista comprehendat præceptorias ?

- 1 **PRIMO** Quæro, An ÷ regula ista sit iuri conformis, uel contra ius : & sic apparebit, quam interpretationem recipere debeat : & an sit fauorabilis, uel odiosa ? Et pro prima opinione, quòd sit iuri consona, satis uideatur ex text. in. c. 2. de renunc. lib. 6. contra tales in infirmitate constitutos, resignantes in fraudem emanato, à quo text. dicunt regulam istam sumptam, ac spiritum rationis accepisse. Secundo, uidetur esse iuri canonico cõformis, cum per istam uideatur prohiberi successio in beneficijs. moriturus enim postquam uidet, seu dubitat, nõ posse euadere, in con-
- 2 sanguineos dirigit beneficia, sicut bona temporalia. ÷ Successio autem quasi iure hæreditario in beneficijs omnino prohibita est. c. Apostolica 8. quæsti. 1. c. ad hæc. de decim. c. ad decorem. de instit. c. 1. & c. ratio. de præben. Tertio, regula ista introducta fuit ad tollendũ, & remouendum
- 3 fraudes. ÷ omnia autem iura fraudibus occurrunt, illas que prohibent. l. si cui. ff. de seruitu. ibi, per medias uias. l. in fundo, ubi glo. dat concordantias. ff. de rei uendi. c. si. in princ. cum glo. 1. de postul. Zab. in cle. 1. in 3. not. de rerum permut. Quarto, facit autoritas D. Sarnen. qui pro ista parte concludit in 17. quæst. nume. 1. usque ad 5. & quæst. 21. Pro cõtraria
- 4 uerò opin. quam ego teneo, facit quòd iura omnia permittunt ÷ infirmis etiam morti uicinis actus legitimos. Vt testari. l. senium. C. qui testa. face. pos. l. 2. ff. de testam. l. quoniam post medium. ibi, quæ fortè seminecis, & balbutiens lingua. l. iubemus. §. 1. ibi, & morbi acerbitate. & postea ibi, neque articulare loqui potest. C. eo. Transigere possunt. l. sanum mente. C. de transactio. Possunt cõtrahere matrimonium. Io. And. in. c. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Abb. in. c. 2. de coniu. leproforum Alexan. in. l. si quis posthumos, qui dicit hæc cõmunem. ff. de lib. & posthu. Testes examina-

ri. Bald.

- ri. Bald. in. c. in causis. de pac. constan. in uer. 73. uerfi. extrà quæro, nunquid ille, qui est in articulo mortis. Dec. cõsi. 175. in causa facultatis nu. 7. ibi etiam cõcludit, quòd Papa in articulo mortis cõstitutus potest concedere breuia per rationes, quas ibi dat. Potest etiam alienare, cõtrahere, & omnes alios actus legitimos facere, ut per Doct. suprà allegatos. & latè per Stepha. Bertran. cõsi. 110. non solum sani uol. ubi etiam extendit ad electionem. Deci. cõsi. 586. in causa, quæ Mantuæ nu. 11. Cur. Iun. cõsi. 26. nu. 9. Aymo. cõsi. 6. plura uiden. nu. 57. Immo Episcopus in infirmitate constitutus præsertim ea, quæ aliquando mentem alienent, potest, dum est sui compos, resignare : immo rogari, & incitari debet ad hoc, ut resignet. c. quamuis præsertim ante medium. ibi, alium loco eius (nisi recusante eo) nulla fuerit ratio ordinari. & ibi etiam nor. Archidia. post princ. ibi, petitione renunciationis data. dico, si uoluerit, quia cogi non debet : licet tamen potest rogari, & ibi etiam Domini. ibi, cum moneat, ut renunciet. 7. quæstione prima. Cum igitur omnia præmissa permittantur infirmis, etiam in articulo mortis constitutis, & regula nostra illis prohibeat resignationes : uidetur, immo est ab omni iure exorbitans. Secundo facit, quòd cum beneficium uacauerit ÷ per resignationem uerè & non fictè, & per modum diuersum à uacatione per dictum. c. susceptum de rescr. li. 6. c. quamuis, ibi, cum glo. in uer. cedentium de præben. & c. sicut in princ. de uer. signi. eo. lib. Rot. 96. nota, quòd. c. susceptum in antiq. Dec. cõsi. 224. in casu proposito. col. 1. uerfi. ad hoc durum est, quòd uacatio per mortem, per fictionem regulæ inducta tollat ius quæsitum resignatario, ut ibi pro casu nostræ regulæ ponderat Dec. Tertio facit, quòd regula nostra, quæ prouidit etiam in casibus omisissis, seu in quibus non erat prouisum in alijs regulis, extendit etiam si supplicatio resignationis fuit per Papam signata, dum resignans esset sanus : quo tempore nulla poterat considerari fraus. Et super ista noua prouisione, seu additione ultra alias regulas, aliquid dicam infra quæst. 9. Et sic cessat ratio, seu causa finalis excogitata per Docto. in alijs regulis : quo casu debet cessare dispositio uulga. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. c. cum cessante, & ibi Decl. declarat de appella. cesset igitur opin. tenentium contrariã, cum (ut dixi) fraudis ratio per eos ponderata, seu præsumpra in hac regula, cadere non possit, saltem ita de facili. Quarto, quia ÷ collatio ordinarij est fauorabilis, & secundum iura. c. nullus. 16. quæst. Zab. in cle. 1. ut lit. pendente. quæst. 14. in fin. Cum igitur regula ista tollat etiam resignationes factas in manibus ordinariorum, & sic ordinariam collationem per uerbum ibi in regula, Quauis autoritate conferatur. constat, quòd est exorbitans. Quinto, facit autoritas hanc opin. tenentium super alijs regulis

his, ubi maior cadere poterat difficultas. & pro ista opin. concludit **Ro-**
ma. consil. 342. quoad primum col. 1. uers. cum igitur dicta regula &c. &
Cassado. super hac regula decisi. 32. num. 3. ibi. secundo regula, uel corri-
 git ius commune, uel exorbitat &c. eandē etiam opinionem tener præ-
 ceptor meus. **D. Philippus Deci.** in dicto consil. 224. col. 1. cui, exemplo
Sabini, qui sententiam magistri sui **Calsij** defendit, iux. tex. in l. dicere
 §. unde uidentur. ff. de arb. tum propter eius excellentem doctrinam,
 tum propter rationes, quas adducit, etiam respondebo ad dictum. c. 2.
 de renunciat. lib. 6. quod tamen nihil commune habet cum hac regula,
 præsertim (ut dixi) sic mutata, & diuersa ab aliis, & ad dictum. c. 2. re-
 spondebo etiam in sine proximæ quæstio. sequen. facile assentio. immo
 idemmet. **d. Sarnen.** meliori ratione motus in sua. 9. quæsti. huius regu-
 læ num. 3. dixit eam exorbitantem à regulis iuris communis, & esse stri-
 cti iuris & odiosam. Idem etiam concludit infra quæst. 19. col. 2. ibi, quia
 negari non potest regulam istam exorbitare à iure, & esse pœnalem. &
 in. 38. quæst. num. 3. dicit hanc regulam esse odiosam, & contra ius com-
 mune. Ex præmissis, & præsertim ex nota. per **Dec.** ubi supra, colligi-
 tur responsio ad opinionem in cōtrarium adductam, & subdit ibi **Dec.**
 quod **Papa** uideretur motus sola eius uoluntate in taxando terminū uil-
 ginti dierum: simili modo potest dici motus sola uoluntate extenden-
 do ad supplicationem ante infirmitatem resignantis signatam.

- 1 **S E C U N D O** quæro, † An ista regula habeat locum in Cardinalibus in-
 firmis resignantibus? **D. Sarnen.** disputat quæstio. 3. adducens argumēta
 pro utraque parte: tandem concludit, pro affirmatiua, ea præsertim ra-
 tione, quod regula emanauit ad tollendum fraudes, & quod regula cō-
 cernat salutem animarum. eadem argumenta fecit etiam in. 4. quæstio.
 proce. regularum loquens indistinctē, an regulæ ligent Cardinales, ubi
 residet pro parte affirmatiua, subdens postea quatuor casus pro totali
 distinctione, & intelligentia. ista etiam in plerisque alijs regulis discutit.
 Vnde si qua in medium afferre tentabo, noctuas forsan (iuxta adagiū)
 Athenas portare iudicabor: si uerò sicco pede pertransiero, ueritatem
 uel racuisse, uel simul obumbrasse mihi ipsi persuadebo. Pro uiribus igi-
 tur istos duos articulos prosequar, quorum primus erit, Nunquid † sub
 dispositione regularum Cancellariæ generaliter, uel indefinitē loquen-
 tium, comprehendantur Cardinales? Et pro parte affirmatiua funda-
 mentum. **D. Sarnen.** dicta quæst. 4. proce. regularum, quod † Dispositio. l.
 non solum causas, sed etiam personas priuilegiatas comprehendat, iux-
 ta dictum **Bal.** in l. in fraudem. §. si quis. ff. de testa. mili. & consil. **Dec.** 5.
 salis urgere uideretur, quod si subsistat, sat superque probata uidebitur
 opin. ista. pro quo dicto ultra eum plura alia adducam. & istud dictum
 Bal.

Bal. approbat **Idem Deci.** consil. 120. & pro tenui nume. 1. & col. 2. ante
 fin. 131. reuocatur in dubium col. 3. post prin. ibi, ad hoc facit, quia in du-
 bio dispositio generalis, etiam porrigitur ad causas, & personas priuile-
 giatas. consil. 159. casus qui proponitur nu. 6. 277. consulus col. 2. cir. me-
 dium ibi, & ista ratione sub generali dispositione etiam personæ priuile-
 giatæ includuntur. 301. in causa num. 5. & 12. 426. in duobus num. 9. 475.
 in causa nu. 27. 531. accuratē nu. 3. ubi dicit, quod etiam fiscus, licet mul-
 ta habeat priuilegia, non tamen priuilegiatus intelligitur, nisi quatenus
 in iure reperitur. Sic etiam uideretur dicendum in Cardinali, licet factis
 priuilegiato, nisi in hoc reperitur priuilegiatus. & consil. 536. in causa
 nu. 9. dicit, quod dispositio generalis omnes casus includit, dato quod
 maior ratio sit in uno casu, quàm in alio. facit consil. 551. plenē, & subti-
 liter num. 10. & 612. conclusionem nu. 5. & in. l. nemo potest tutorem de
 reg. iur. ff. In locis supra alleg. melius quàm alibi probatur conclusio præ-
 dicta, quæ magis urget ex deductis per **D. Sarnen.** pro hac parte. **Acce-**
 dit, quod in materia etiam stricta, uerba generalia cōprehendunt **Car-**
dinales, **Archidia.** **Io. And.** & **Domin.** in. c. nemo de electio. lib. 6. **Oldra.**
 in consil. 221. ad propositum, ubi consuetudo Curia, uel priuilegium,
 etiam in materia stricta, comprehendit Cardinales. **Fely.** in. c. cum in iu-
 re col. 3. nu. 7. ibi, quod immo in materia stricta de offi. deleg. & in. c. ad
 aures conclus. 8. nu. 11. de rescrip. & uers. tertio considera: dicit ea, quæ
 in contrarium deducuntur, esse solidū persuasua. **Ruy.** consil. 4. propo-
 nitur col. pen. numu. 19. uol. 5. Et in proprijs terminis nostris, quod regu-
 læ cancellariæ ligent Cardinales, concludit **Feli.** motus etiam authorita-
 te **Franc. Pau.** in dicto c. ad aures ante numerum. 12. ubi dicit sæpe iudi-
 catum in **Rota,** quod regulæ Cancellariæ, & aliæ dispositiones ligent
 Cardinales, quicquid dixerint **Per. de Ancha.** & **Roma.** Pro parte uerò
 negatiua **Idem. D. Sarnen.** plura adducit, quæ uideri possunt: & inter
 † alia magnum est illud fundamentum, quod † Cardinalatus est maior di-
 gnitas post Papatum, cum ipsi Cardinales cum Papa omnes iudicent, ut
 dixit **Hostien.** in. c. dilectus il. 1. col. 2. uers. hoc tamen hodie tener, cum
 quo communiter ibi **Doct.** transeunt. de præbend. Cardinalis in cle. ne
 Romani de electio. **Barba.** in tracta. de præstan. Cardi. in prima quæsti.
 primæ partis ante numerum. 45. meritò igitur tales non debent com-
 prehendi sub dispositione generali. Et quod non comprehendantur
 sub regulis Cancellariæ, ultra **Ancha.** & **Roma.** per. **D. Sarnen.** allegat.
 qui sunt maximæ authoritatis, & optimis rationibus uidentur pro-
 bare hanc opin. illam tener **Barba.** in dicto tracta. **Cardinal. par.** prima
 quæst. 7. in fi. **Ias.** in consil. 117. in causa & lite uertente col. 3. uers. tertio
 principaliter uol. 4. **Hier. Gigan.** in tract. p̄sio. quæst. 9. nu. 7. & 8. & quæ-
 stio.

ffio. 59. nu. 13. & 14. & in fin. dictæ quæst. dicit hanc esse communem opinionem. facit Paris. consil. 141. ad solutionem n. 8. uol. 4. ibi, quod Cardinalis à qualibet dispositione generali onerosa exclusus uidetur. Ex præmissis patet, quod huiusmodi quæstio uidetur satis disputabilis: Ego uerò partem negatiuam, tanquam in iure firmiorem, & æquiorē sequer, quicquid tenuerit Feli. & Sarnen. qui non responderunt ad contraria. Ad fundamentum Bal. & Dec. cuius in fi. consilia allegauit, respōderem per aliud fundamentum Bal. in l. fed & milites post prin. ibi, quod est notatu dignum, uidelicet, quod t̄ dispositio contra ius commune, comprehendit solum personas specificatas. quæ etiam conclusio per plura cōsilia eiusdem Dec. probatur, ut per consil. 309. Viso puncto nu. 8. 315. superioribus nu. 7. 346. omis. ante fi. 451. Viso eleganti. præsertim num. 9. 508. consilui aliās ante numerum. 1. 552. nu. 4. 625. Viso eleganti. 634. Visis his nu. 7. & 4. & 684. Consilui aliās nu. 3. & in omnibus istis consilijs concluditur t̄ statura prohibitoria, seu exclusoria non extendi, nisi ad personas expressas, & nominatas. Quod autem t̄ regulæ sint pro maiori parte exorbitantes à iure communi, uel saltem præter ius Commune, satis patet. nam concernentes expeditiones, quasi nullam cōformitatem cū iure communi habent. similiter illæ, quæ arctant ad expediendum, illa de ualore, & pleræque aliæ, & quasi omnes: unde odiosæ omnino reputari debent. Ancha. consil. 295. pro clariori euidencia in prin. 297. efficacibus in princ. Paris. cōsili. 19. nu. 3. 4. & 5. uol. 4. ubi etiam dicit, quod destruant ius commune. Pro concordia igitur Bald. & tot. cōsili. Dec. respōdendum est, quod uerum est, quod dispositio generalis extendatur etiam ad personas priuilegiatas: fallit per supra deducta, nisi simus in materia, seu dispositione odiosa, uel exorbitanti. Potest, & secundo, responderi, quod dato pro uero illo primo dicto, fallit tamen nisi tanta sit magnitudo, & fauor, seu specialitas personæ non nominatæ: quia licet aliæ personæ priuilegiatæ sub illa generalitate ueniant, non tamen istæ, quæ sunt notabili nota dignæ, pro qua ponderatione ultra præmissa, faciunt tradi. per Rui. in dicto consil. 4. Proponitur nu. 6. uol. 5. & per Paris. dicto consil. 141. nu. 8. & per totum uol. 4. Quod uerò ad secundum articulum, qui respicit quæstionem nostram principalem, similiter teneo cōtra D. Sarnen. quod immo t̄ ista regula non comprehendat Cardinales. si enim uera est conclusio, quod aliæ regulæ cancellariæ illos non ligent, nō uideo rationem urgentem, quare ista ligare eos debeat: tanto magis cum in prima quæstione probauerim, regulam hanc esse exorbitantem, odiosam, & contra ius commune, & contra omnem libertatem. Sequitur igitur, quod ista sit uera conclusio etiam ex traditis per ipsum. D. Sarnen. in dicta quæst. 4. nu. 6. & sequen. super proce. regularum, ubi facit

cit quatuor casus, quos etiam sequi uideretur super. 3. quæst. huius regulæ: quos tamen habuit, licet ipse non dicat, à Barba. in dicto tracta. de præstan. Cardi. quæst. 7. 2. par. in fin. Videri autem meo melius loquutus est ibi Barba. quàm D. Sarnen. ubi supra. Sufficiat mihi, quod ambo resistent in hoc, quod Cardinales, non ligentur à regulis Cancellariæ, quæ sunt odiosæ seu exorbitantes. istam autem (ut dixi) probauit esse talem. ergo conclusio mea clarè procedit. Solum remanet respōdere ad t̄ c. 2. de renunc. lib. 6. ex cuius uisceribus dicit. D. Sarnen. extractam hanc regulam, & ante ipsum hoc dixit. D. Cassado. Dec. 32. super hac regula ante numerum. 5. quasi Sarnen. uelit inferre, regula est extracta ex dicto tex. est illi conformis: ergo iuri communi consona, non autem exorbitans. Possent negare maiorem, & ut dixi in. 1. quæst. negare, t̄ quod nostra regula habeat cum dicto. c. aliquam conformitatem. nam dictum. c. 2. disponit, quod renunciatio fraudulenta non noceat expectanti: & exemplificat, quando præsumatur, seu intelligatur esse in fraudem. & dicit, quod concurrentibus istis, uidelicet quod renunciationis tempore is, qui præbendam, uel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur &c. & sic ibi tria concurrunt, uidelicet tempus renunciationis, pingue beneficiū, & infirmitas grauis. At in regula nostra attenditur etiam tempus signatæ supplicationis, dum quis erat sanus. Secundo uenit omne beneficium resignatum absque distinctione an sit pingue, uel non. Tertio non fit ista limitatio ad infirmitatem grauem, & in illo text. satis apparere, uel saltem præsumi poterat fraus, ut in similibus dicit text. in l. filia meæ. ff. solut. matri. ubi, si pater stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio per mortem filia: si uir ea infirma mittit repudium, ut sic soluatur matrimonium repudio, & non morte: ista fraus non debet nocere patri. & ita ibi Alexan. uerfi. si autem, notat ad casum resignationis, ubi licet in casu dicti. c. 2. resulter uera fraudis probatio, uel præsumptio, ut etiam concludit Rot. Fasto. dub. 60. secundo dicebat &c. tamen in regula nostra nulla fraus præsumi potest, præsertim stante ista additione, uidelicet Eriam uigore supplicationis, dum esset sanus, signatæ. Insuper dictum. c. 2. loquens de fraude, non magis conformitatem habet cum isto cap. quàm alia iura de fraude loquentia prout tex. in l. si cui. ff. de serui. in l. in fundo. ubi glo. dat concordant. ff. de rei. uendi. c. sedes cum simi. de rescri. quod autem illa similia iura habeant cum hac regula conformitatem, absolum esset dicere. Effectus etiam dicti. c. 2. sunt diuersi ab istis regulæ nostræ. ibi enim non annullatur resignatio, secus hîc: & ibi expectans potest, si uult, acceptare, uel expectare primum uacans. nullum autem istorum hîc concurrat. Immo licet dispositio, seu ratio dicti. c. 2. possit applicari alijs casibus, prout

Deci. consi. 129. & pro tenui col. 3. cir. medium uerfi. tertio, quod prædi-
cta & c. applicat ad annullandum electionem fraudulentam, & Lam-
berti. in tracta. iuris patro. lib. 2. par. 1. art. 11. quæst. 8. nume. 3. fol. mihi. 237.
Sequens Deci. adducens dictum text. ad quæst. an donatarius iuris pa-
tronatus possit præsentare donantem, dicens esse text. apertum in di-
cto. c. 2. pro parte negatiua propter præsumptam fraudem: ad regulam
autem nostram, nec ex uerbis, nec ex mente, nec ex ratione applica-
ri potest.

- TERTIO** Quæro cum D. Sarnen. utrum† ista regula comprehendat fœ-
minas religiosas, habentes dignitates collatiuas: puta dignitates, quæ re-
nunciari possent, ut ipse exemplificat in. 6. quæsti. huius regulæ num. 5. &
in. 3. de trien. & ibi exēplificat, quando Papa cōcedit fœminæ Abbatis-
sam, uel Prioratū perpetuum in titulū, uel administrationem. nec uidea-
tur nouum, quod Mulier habeat dignitatem cum administratione, ut
dicimus de Abbatisa. c. indemnitatibus. §. uerum. de electio. lib. 6. & ibi
nor. Domi. in. 2. nota. Bar. in. l. 1. num. 43. uerfi. fallit in Abbatissis, quas ui-
demus habere dignitatem, & administrationem. C. de digni. lib. 12. Feli.
in c. meminimus nume. 5. uerfi. ulterius quæro, an Abbatisa de accusa.
latè Deci. in. l. fœminæ nume. 10. de reg. iur. ubi etiam, quod habet iuris-
dictionem, & potest habere collationem beneficiorum. Quæsti. quam
præmissi, ipse D. Sarnen. disputat ad partes: tandem residet pro parte af-
firmatiua, respondendo ad contraria. Verūm, quia adducta per eum nō
uidētur mihi in totum subsistere, pleraque contra eius opin. adducam,
ut melius ueritas elucescere possit. Nā licet ista sit noua, & pulchra di-
sputatio, dependet tamen ab illa antiqua. & quasi inextricabili, an &
quando masculinum concipiat fœmininum. assumam igitur partem ne-
gatiuam, omittendo illa duo fundamenta, pro hac parte per D. Sarnen.
facta, uidelicet quod non loquatur regula de dignitate: & quod debeat
feri interpretatio de habilibus. parum enim urgēt. Fortifico illud aliud,
quod ipse facit, quod hīc fœminæ nō sunt nominatæ, seu specificatæ, er-
go nō cōprehenduntur. & pro declaratione præmissorū opus est deue-
nire ad plures cōclusiones. Prima igitur sit, quod communis est opinio
I † Masculinum adiectiuum, Quis, de quo in regula nostra non applica-
tum termino communi, ueluti termino Homo, sed adiectum signo ma-
sculino tantum, ut in terminis nostris, Siquis constitutus & c. dum esset
sanus & c. casu quo comprehendat fœmininum, id euenire non ex pro-
pria significatione, sed extensiuè. ista est theo. Bart. in. l. 1. ante si. nume. 2.
uerfi. quædam sunt adiectiua, & signa & c. uerfi. quādoque adijcitur ali-
cui signo masculino & c. ff. de uer. signi. Car. in cle. 1. de electio. quæsti. 3. in
fi. ante numerum 9. uerfi. aliquando dispositio sit per terminum nō com-
munem.

- munem. & postea ibi, aut profertur cū substantiuo, & tunc distigue & c.
& quod dictum Bar. sit commune, attestatur Deci. in. l. fœminæ nume. 3.
ibi, & hoc tenēdo dictum Bart. quod communiter approbatur & c. ff. de
reg. iur. & consi. 453. consultum fuit nume. 7. Idem firmat Cur. Iuni. consi.
35. Dominus Benedictus ante numerū 5. patet ex proximè dictis, quod
in casu nostræ regulæ, si masculinum comprehendere haberet fœmini-
num, id esset ex interpretatione, seu extensione, non autem ex proprio
significatu, seu ex ipsius mente. ista autem interpretatio, & extensio in
correctorijs, & odiosis, in quibus nos sumus difficilior sit, & rarè admit-
4 titur. Secunda conclusio sit iuxta communem sententiam, † Masculinum
non concipit fœmininum in materia differenti, id est, quæ congruit ma-
sculino, & nō fœminino, secus indifferenti. Bar. in dicta. l. 1. de uerb. signi-
col. 1. uerfi. aut de mēte nō constat & c. Cardi. in dicta clem. 1. col. 2. uerfi.
aliquando de mente nō constat & c. Dec. consi. 495. Viso eleganti nu. 154
ibi, & in materia differenti masculinum nō concipit fœmininum consi.
514. satis nota ante numerū 4. ibi, quia hīc sumus in materia differenti & c.
527. In Ciuitate Rauennæ nume. 7. 531. accuratè nume. 7. & in dicta. l. fœ-
minæ nume. 109. uerfi. prædicta conclusio limitatur primo & c. Iaso. in. l. 1.
siquis id quod col. 2. præsertim nu. 11. uerfi. istam regulam limita primo,
quando ratio statuti est indifferēs & c. ff. de iurisd. omni. iud. Paris. consi.
49. Galafino nu. 12. uol. 3. At satis differens uidetur materia nostræ regu-
læ, inter Masculos, & Fœminas. illi enim dummodo aliās habiles uitæ sup
beneficia obtinēt, & resignant: Istæ uerò non, nisi in aliquo casu specia-
li, uel privilegiato: & sic potest dici materiam istius regulæ non conue-
nire fœminæ. quod etiam demōstratur ex illis uerbis, Beneficij unionis
dissolutioni cōsenserit. dato enim quod fœminæ, ut in prin. huius quæstæ
præmissi, possint habere Abbatissas & prioratus etiam in perpetuum: ra-
men nō reperitur, quod habeant, seu habere soleant beneficia unita: &
quod illorū dissolutioni consentiant. & sic ista uerba uidentur conueni-
re solum uiris: non autem fœminis, ad tradi. per Deci. in dicta. l. fœmi-
næ nume. 95. uerfi. secus ergo uidetur in materia differenti, quod nō ita
conuenit fœminis, sicut masculis. & 109. uerfi. prædicta conclusio. ibi, se-
cus si materia penitus non conueniret fœminis & c. & ante numerum
110. uerfi. 3. etiam dici potest, quod materia non ita conueniebat fœmi-
nis & c. & Ias. in dicta. l. siquis. id quod nu. 11. ubi dat exemplum de statu-
to, requirente autoritatem coniunctorum non posse uerficari in fœ-
minis coniunctis: quia consilium, & autoritas propriè est uirorum, &
non mulierum, ut ibi, ac beneficia habere etiam unita, & unionis disso-
lutioni consentire, proprium est Virorum. Tertia conclusio, cōcordan-
5 do opin. omnium est, quod † Masculinū non cōprehendit fœmininum
SS ij quando

quando materia est odiosa, & odium non est rationabile. & istud procedit etiam in dispositione legis, & in materia indifferēti. Bar. in dicta. l. prima. de uerb. signi. ante numerum 2. uersi. aut de odio, & tunc aut de odio rationabili &c. Card. in dicta. cle. 1. de electio. in 2. quæst. præsertim cir. si. ibi, si in odioso, distingue ut supra secundum Iac. de Are. quod aut est casus rationabilis, aut nō rationabilis &c. Ias. in dicta. l. si quis id quod nume. 16. in. 6. limitat. Deci. in dicta. l. fœminæ nume. 109. uersi. secundo ista conclusio habet locum, ut dictum est, etiam in materia odiosa &c. Cur. Iuni. consi. 153. circa controuersiam col. 1. nume. 4. ubi approbat dictum Bar. & hanc dicit esse communem solutionem, quod odium debet esse rationabile ad hoc, ut masculinum cōcipiat fœmininum: utrunque autem uideretur cōcurrere in casu nostræ regulæ. de odio pater, quia est regula exorbitans, ut dixi, & probaui supra in prima quæstione. Immo etiam correctoria infirmorum iurium, quæ adduxi, disponentium nō solum infirmum, ut in regula, immo grauiter infirmum, immo etiam in extremis constitutum, posse quoscunque actus legitimos facere: nec aliquam penitus conformitatem habet cū aliquo iure, ut supra probaui.

6 præsertim cōsideratis additionibus de quibus supra. † Odiosa autem dispositio reputatur, & omnino restringenda, quando uenit ad correctorem iurium. in contrarium autem fauorabilis, quando sit reditus ad ius commune. glo. communiter approbata in. c. statutum in uer. numerandum circa medium. ibi. Item per hanc reditur ad ius commune, extendenda est &c. de præben. lib. 6. Alex. in. l. si constante nume. 5. uersi. limitari debet, nisi per talem extētionem &c. ff. solut. matri. Alciat. de uerb. signi. lib. 2. ante numerum 36. ubi etiam declarat qualiter intelligatur iste reditus ad ius commune. Deci. consi. 142. & pro tenui num. 5. uersi. & dato, quod consuetudo probaretur, debet strictē interpretari, cū sit contra ius &c. Cur. Iuni. consi. 153. nu. 2. uersi. ego autem, latē Aym. de antiq. tempo. parte. 4. num. 21. in uersi. sed aduerte. facit uulga. c. odia cum glo.

7 quæ dat plura exempla. de reg. iur. lib. 6. Insuper sicut † odiosum, & contra iura est, aliquem inuitum cogi ad aliquid faciendum. l. sicut in prin. c. de actio. & obliga. l. inuitum de contrahe. emp. l. nec emere. C. de iure deliberan. l. neque ab initio. C. de nupt. eodem modo debet censerī, nō posse aliquem ad sui libitum actum aliās licitum quandocunque ualidū facere. Alterum uerō, uidelicet quod odium regulæ non sit rationabile, sed pro uoluntate tantum, patet ex proximē dictis: tum quia cōtra omnia iura, illorumque rationem: tum ex quo tollitur libera potestas, & libera facultas, quandocunque actum faciendi: tum quia ratio allegata per D. Sarnen. uidelicet ad tollendum fraudes, nō probatur, nec debet præsumi. † fraus enim seu dolus non præsumitur, sed probari debet. l.

8 quotiens

quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. l. sed & si maritus. §. sed & si constante. ff. qui & à quibus. Specu. in tit. de appella. §. nunc tractemus ad quem sit ante numerum 7. uersi. sed quoniam, qui fraudem allegat, fraudem probare tenetur. Deci. consi. 256. in causa inquisitionis col. 4. post princ. uersi. secundo principaliter. & consi. 313. Promisit. D. Io. col. si. nu. 5. Quæra sit conclusio, quod † Masculinum nō comprehendit fœmininum, quando lex esset pœnalis, & correctoria simul, per rationem glo. communiter approbatæ in cle. ut hi, qui in uer. in eisdem ante si. de æra. & qualir. Alex. in. l. si constante col. 3. nume. 5. uersi. hoc tamen intelligi debet primo esse uerum, quando talis. l. esset correctoria, non tamen pœnalis: secus ubi esset etiam pœnalis. ff. solut. matri. Cassado. Deci. §. nu. 6. de constit. ibi, nisi lex correctoria esset pœnalis &c. Ias. in terminis nostris, qui plura allegat in dicta. l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omni. iud. nu. 17. uersi: septimo quando esset lex pœnalis, & correctoria. Quod autem regula nostra sit correctoria, sat superq; supra probatum est: probabo igitur illam esse pœnalem, quod duobus modis deduco. Vno, quia regula ista prohibet, & interdicat facultatem aliquid faciendi, uidelicet in infirmitate renunciandi. † pœna autem reputatur talis prohibitio, & interdictio. l. aut damnum in prin. ibi, aut alicuius actus prohibitionis. ff. de pœn. l. testamento centurio in si. ibi, quos pœna coercuit, & in prin. ibi, uenire prohibuit: & sic prohibitionem, pœnam appellat. ff. de manu. testa. Deci. in c. 2. col. 3. uersi. 1. casu conclusio. Bald. de constit. Secundo dico, quod

11 cū regula annuller, & irriter, pœnalis constitutio dicitur. † Annullatio enim & irritatio actus est pœna. l. Senatus. ff. de contrahen. empr. glo. in c. decet in uer. processus. ibi, cū tantum processus & sententias iudicum irriter, & pœnalis sit constitutio. de immunit. eccle. lib. 6. Bald. in. l. non dubium col. 2. C. de legi. Abb. in dicto. c. 2. de constit. col. 3. nu. 5. ibi, seu tollit ius quæsitum, sicut si inducit retractationem actus. & ibi, quod aut nullitas alicuius actus inducitur in odium alicuius &c. & magna addi. in uer. retractatio per Feli. col. 2. nume. 3. uersi. in cōtrarium, quod sit pœna, & per Deci. nu. 5. qui plura pro, & contrā allegat. facit consi. Rui. 70. quia id de quo col. pen. nu. 17. ibi, quia dicta annullatio est pœna &c. lib. 5. & ultra quod regula nostra annuller, & tollat ius quæsitū resignatarij: quo casu omnes cōcordant, quod dicatur pœna, in omnem casum negari non potest, quin saltem largo modo annullatio actus nō sit pœna, & ista est communis opin. ut per Cur. Iuni. consi. 8. nume. 1. & sic nos sumus in correctorijs, & pœnalibus: quo casu, ut dixi, masculinum non comprehendit fœmininum: ergo corruunt dicta. D. Sarnen. uel saltem satis dubia reddūtur. Ex prædictis patet solutio ad deducta in cōtrarium per dictum D. Sarnen. in quantum ipse fundatur super dicta conclusio, quod

quòd masculinum concipiat foemininum: quia debet intelligi, & limitari, ut in dictis quatuor meis conclusionibus cõmuniter approbatis, probauit. Ad illud, quòd regula ista concernat bonũ publicum, uel animam, uel quòd sit fauorabilis: istud nego. immo de contrario apparet, ut supra plene deduxi.

- 1 QVARTO quæro, cum D. Sarnen. An ÷ ista regula habeat locum in sene decrepito? Arguit ipse ad partes, & concludit pro negatiua. In fine uerò quæstionis resider, quòd in iam decrepito procul dubio putat regulam habere locum. Assentio priori opinioni. D. Sarnen. tanquam rationabili, & ueræ: posteriorem uerò eius sententiam omnino reprobato. Nam iura per eum allegata pro parte negatiua satis cõcludunt, & inter alia rex. in. l. cui deus in. ff. de edili. edi. ibi, alioquin nullus senex sanus esset. patet igitur, quòd senex potest esse sanus: & etiam hoc patet ad sensum. uidemus. n. in dies homines etiam decrepitos magis sanos, præsertim Venetijs, ubi inter patricios sunt infiniti decrepiti sani, quorum consilio, opera, & maiestate fulget senatus præclaræ illius Ciuitatis. Insuper clarum est, quòd ÷ infirmitas, & senectus sunt diuersa, nec unum continet aliud, nec unum uenit appellatione, seu expressione alterius, ut uidemus in. l. senium. C. qui testa. fac. pos. ubi senium & ægritudo pro diuersis ponuntur, & ita ibi post alios notat Dec. in. 2. not. ubi, quòd senectus ab infirmitate distinguitur, & sic uidetur, quòd appellatione infirmi senex non comprehendatur. c. Quoniam frequenter. ut lit. nõ contest. uerfi. nisi. ibi, senes, & ualeudinarij. Ror. in no. 222. senes, uidelicet octogenarij, ubi senes ualeudinarij excusantur à personali comparatione, non autem senes robusti. Et pro hac mea cõclusionone, optimè faciunt duo tituli successiue positi, unus. C. qui morb. alter. C. qui græte. primus. n. titulus cõ suo text. excusat à tutela uel curâ propter infirmitatem: alter uerò propter senectutem. similes titulos habemus. C. qui ætat. & profefs. se excuf. C. qui morb. lib. x. unde diuersas titulorum, & rubricarum clarè demonstrat diuersitatem rerum, & materiarum in illis contentarum. Accedit, quòd (ut supra millies dictum fuit) regula ista est exorbitans, & odiosa, ac correctoria unde firmat sultat conclusio, quòd ÷ interpretatio fieri debet uerè, & propriè, & nõ fictè: nec de uno potest inferri ad aliud. c. susceptum de rescrip. l. 3. 6. hæc uerba. & ibi Bar. & alij. ff. de nego. gest. Dec. cõsi. 144. & maturè col. 2. in prin. ibi, cõm. s. odiosa, & ad casum, & formam &c. Paris. cõsi. 159. an statutũ nu. 17. & 18. uol. 4. Immo cõm solum regula excuset infirmos, seu in eos statuat, datur intelligi, quòd decrepitis, & alijs alijs habilibus
- 4 permittit, per uulga. regulam ÷ prohibitum quibusdam, ceteris uidetur permissum. l. cõm Prætor in princ. ff. de iud. l. ex eo. ff. de testi. c. qualis.

25. dist. c. nõne de præsumptio. patet igitur, quòd talis in regula non comprehenditur. Respondebo motiuis cõtrarijs, quibus. D. Sarnen. nõ respondet. in princ. sua. 7. quæst. alleg. tex. in. l. Ciuitatibus. ff. de lega. primo qui facit, uerfi. hoc amplius, quòd in alimeta ætatis infirmæ, puta senioribus, uel pueris, puellisue relictũ fuerit, uult ipse inferre, Iurisconsultus grætem senis appellat infirmã: ergo senectus dicitur infirmitas. Sed aduertatur, quòd rex. ipse portat secum solutionem, & propterea appo sui uerba sequentia: & ego retorqueo hunc text. pro opin. mea. ad solutionem omnium iurium, quæ in contrarium adduci possunt, præsupponentium senectutem habere similitudinem, uel faciem infirmitatis, seu ipsam infirmam esse: respondeo, quòd illud uerbum infirma, secundum subiectam materiam non importat morbosum, seu infirmitate laborantem, sed debilitatem, seu paruum robur ostendit. alioquin ex uerbis tex. sequentibus inferretur, quòd omnes pueri, & puellæ sunt infirmi, seu morbofi: cõm etiam istos dicat esse ætatis infirmæ, & quia hoc esset falsum, ita & falsum est, quòd senes intelligat infirmos, seu morbosos. Ad
- 5 tex. quem subsequenter allegat in. c. magnæ de uoto, facit in uerfi. uerum ætatis uitæ senescentis defectus, atq; canities, quæ uix labores suos tolerare possunt &c. respondeo, quòd ista uerba Defectus, & laborem: non inferunt infirmitatem, & morbum: sed quandam priuationem, seu carentiam uigoris & uirium, seu roboris, ut super alio text. dixi. & pro utroq; allego Poetarum Principem in Georgicis. Defectus lunæ, solisq; labores, loquẽtem de deliquio, seu Eclipsi duorum luminarium, in quibus certum est, nullam cadere posse infirmitatem & ægritudinem. Et si toram legẽ, & oculis linceis (ut aiunt) perspicimus, apparebit, quòd conclusio illius tex. secum etiam portabit solutionem, cõm ante si. dicat laborem etiam laboribus recompenses sollicitus instans uigilijs, deuotius uacans orationibus, & ieiunijs fortius se exercens. infirmus autem uerè, non tenetur ad uigilias, & ieiunia: immo ab illis abstinere debet. tex. igitur intelligi solum debet, quòd commutatur ibi uorum propter senectutem, & alias rationes, de quibus ibi, ne teneretur ire ad partes transmare, prout in princ. & ne ramdiu se absentaret, ut ante uerfi. cõm igitur. & quòd Abb. ibi inferat per illum tex. quòd statutum loquens de infirmo, uerificetur in sene, istud non est uerum. dicit enim not. in uerfi. uerum, quòd senectus est quidam defectus &c. & in hoc bene loquitur declarando ut supra. postea subdit, & facit ad quæst. nunquid statutum disponens in causa infirmitatis, habeat locum in causa senectutis: ramen non decidit, quòd habeat locum, uel non. etsi hoc diceret ex mente, uel ex uerbis illius tex. male diceret, & diuinaret. Ad dictum Archidia. in c. nihil ante si. 7. quæst. u. inductum per D. Sarnen. in dicta sua quæst. 7. nu. 5.

- 6 per quod dicit concludi, † facilius admittēdam esse resignationem ægri, quàm senis: dico, quòd eius dictum bene cōsideratum parum, uel nihil obstat. uideatur enim parum antea uersū. senectutem: ubi dicit, quòd Gratianus uoluit notare in hoc articulo differētiā inter ægrum, & senem. Istud facit pro hac parte, quòd inter ista duo sit differentia. deinde sequitur, Sed dico nullam esse differentiam quoad hoc, quia nec senex, nec æger est cogendus ad renunciationem: sed si iste, uel alius uult renunciare, tam istius, quàm illius renunctio potest suscipi & c. Apparet, quòd nec etiam ista uerba obstant. primo, dum dicit non esse differentiam quoad hoc, dat intelligi in alijs esse differentiam. Insuper etiam, quando sit differentia in aliquibus prout sequitur, utriusque resignatio debet admitti. & quòd postea subdat, quòd facilius sit admittenda resignatio ægri, quàm senis: aduertēdum est, quòd loquitur per uerbū fortē: nec per hoc excludit, quin utraque possit, seu debeat admitti. Immo
- 7 ex istis patet, quòd de iure † tam infirmi, quàm senis resignatio admitti potest. Ergo regula nostra omnino correctoria, & odiosa, ut dixi supra in prima quæstione. Vnde meritò appellatione infirmi nō ueniat senex, nec etiam decrepitus, & si Papa aliud uoluisset, expressisset, ut iura expresserunt, quando uoluerunt eandem dispositionem habere locum in utroq; & prout in. c. uni. de cleri. ægro. lib. 6. & in plerisq; alijs iuribus. Et quòd præcisè senex nō dicatur infirmus, sed bene aliquando secundum subiectam materiam infirmus, & senex æquiparētur, not. Deci. in supra allega. l. senium. C. qui testa. fac. poss. col. 1. num. 6. uersū. sed præcisè non uidetur & c. In quantum uerò D. Sarnen. tangit, an in decrepito habeat locum ratio. c. 2. de renunciat. lib. 6. ista non est materia nostra, sed ex uerbis illius text. ibi, saltem per aliquas probabiles coniecturas, ut quia dictæ renunctationis tempore & c. credo, quòd non solum in casu infirmitatis, sed in quocunq; alio casu, ubi renunctio in fraudem præsumi possit: dispositionem illius. c. locum habere: super quo non insisto, quia non est presentis speculationis: nec intentio mea est commētandi, seu declarandi dicta D. Sarnen. super regulis, sed regulas ipsas.
- 8 QVINTO quæro, qui † infirmi ueniant in regula nostra? Ex ista quæsti. D. Sarnen. fecit plures, ut infra apparebit: ego autem plura hinc inde sparsa simul reducā. & ista discussio est necessaria, nec ulla alia posset esse utilior ad effectū cognoscendi, quādo sit locus regulæ, uel non. primo arguam ad partes, deinde reducā quasdam conclusiones. Videtur igitur dicendum, quòd ueniant grauitè infirmi. primo, quia dispositio à qua regulam istam D. Cassado. & Sarnen. dicunt accepisse spiritum, expressè hoc dicit. ibi, Infirmitate graui detinebatur. Regula igitur
- 2 ista ab illa dispositione descēdens, seu ad illius similitudinē facta debet in

- bet interpretari, & regulari secundum illam. l. si. nos igitur. C. de nupt. c. sicut CHRIS TVS prima quæst. i. c. translato, & ibi glo. si. de constitut. Secundo, ratio in dicto. c. 2. de renunciati. est ad euitandum fraudes, ut ibi expressè dicunt: eadem ratio est in regula nostra secundum scriben-
 3 tes super ea. at † identitas rationis inducit identitatem interpretationis, & identitatem iuris. l. si postulauerit. §. ratio. ff. de adult. l. illud, ubi glo. magistra, in uer. extimari, quæ dat plures concordantes. ff. ad. l. Aquil. Iaf. in. l. 1. §. item acquirimus nu. 12. ubi etiam extendit ad casum fictum, & idem Iaf. in. l. 1. nume. 80. ff. de offi. eius cui. Tertio, arguendo à coniecturata mente disponentis ad. l. 1. §. quoniam. ff. si cert. petat. l. cum auus ff. de condi. & demonstra. l. cum acutissimi. C. de fideicom. uidetur dicendum summū Pontificē uoluisse se cū iure scripto, uidelicet dicto. c. 2. cōcordare, & cum illius ratione, & habuisse cōsiderationem ad infirmitatem ueram, & notabilem. Quarto, quia (ut supra probatū est) sumus † in
 4 correctorijs: ergo debet fieri uera, & propria, ac stricta interpretatio. l. quod uerò contra rationem. ff. de legi. l. quod cōtra rationem. ff. de reg. iur. l. si uerò. §. de viro. ff. solu. matri. c. qui à iure de reg. iur. lib. 6. Quinto,
 5 † quia modica, & minima non sunt in consideratione: cum inter nihil, & parum, seu modicum nō sit differentia in effectū. l. seio illud. ff. de in. reg. resti. c. licet uersū. quanquam. ibi, quòd eorum dictis nulla, uel modica. de probatio. c. cum te in fi. de re. iud. & leuis febris non excusat. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caur. l. quæstū in fi. ff. de re. iud. l. 1. §. proinde. ff. de edili. edi. latè per Paris. consi. 165. Pacem inter se præfertim num. 14. uol. 4. ubi etiam quòd uulnusculum non potest dici uulnus, nec leuis offensa, uel leuis iniuria est in consideratione: & ibi plura adducit ad rem
 6 nostram. In contrarium uidetur, quòd immo omnis infirmus in regula comprehendatur. tuerba enim sunt generalia, & indistincta: ergo generaliter, & indistinctè sunt accipienda, & interpretanda. l. de pretio. ff. de publica. l. 1. §. quod autem. ff. de alea. ubi etiam glo. nor. in uer. quod autem, quod procedit etiam, quòd maior ratio sit in uno casu, quàm in alio. l. in fraudem in fi. ff. de testa. mili. Deci. consi. 5. in causa D. Ararij nu. 2. & 27. & pro uirili nu. 7. uersū. ex quo enim generaliter dicit de beneficij & c. & consi. 48. nu. 2. & etiam procedit in materia odiosa. Cald. in consi. 1. de confang. & affini. Arer. in. l. cum. l. per illum tex. ff. de testa. Deci. consi. 258. in casu D. Francisci nu. 6. Ex præmissis patet, quòd quæstio ista satis dubia redditur, & utraq; pars esset sustentabilis, & D. Sarnen. fecit plures quæst. ut præmissi, & diuersimodè locutus est, ut est uideri in eius quæst. 9. 10. 11. 27. & 28. & alibi etiam incidenter aliquid tetigit. in dicta uerò. 28. quæst. pro prima opin. adducit not. per Fran. in dicto. c. 2. de renunciat. credo, quòd uelit eum allegare in. 3. nota. ubi quod de-

tentus in graui infirmitate præsumitur cito mori. & postea subdit, quòd ad hoc, ut articulus concludat, debet exprimi, quòd de graui infirmitate: & non sufficeret allegare infirmitatem simpliciter secundum Imof. qui dicit se etiam obtinuisse. Aduertendum est, quòd istud dictum Fran. non facit ad rem, nam non dicit, quòd in dispositione loquente de infirmo, sit articulanda, & probanda grauis infirmitas: sed bene ad effectum illius. c. 2. ratio est euident, quia dictum c. 2. requirit infirmitatem esse grauem, & cum id exprimat, probandum est, eandem responsionem dò ad Feli. per eundem allegat. in c. fi. de exceptio. ante si. qui similiter loquitur de dicto c. 2. Consi. Ancha. per eundem allegat. nihil ad propositum. & tam illud, quàm præcedens, & subsequens nõ loquuntur in hac materia. Superest text. supra allegat. in l. 1. §. sciendum. ff. de edili. edi. qui etiam effectum, ad quem D. Sarnen. inducit, non facit. tex. enim ille non dicit, quòd appellatione infirmitatis ueniat grauis infirmitas, sed bene facit differentiam inter grauem, & leuem: & illa in illo casu releuat, & est in cõsideratione: hæc uerò non. Tandem D. Sarnen. resider pro hac ultima opin. quòd immo omnis species infirmitatis comprehèdatur, & ita dicit Rotã tenuisse. si uera est ista Rotã, resolutio. acquiescã & ego: 7 t murãda enim non sunt, quæ diu certam interpretationem receperunt. l. minimè sunt mutanda. ff. de legi. Deci. consi. 429. licet in causis num. 7. & 469. Visa inquisitione nume. 13. uerùm ulterius mihi cõsideranti pro ratione resolutionis huiusmodi, illa sese mihi obtulit, quæ ex uerbis regulæ clarè elicitur ex illis uerbis, uidelicet De ipsa infirmitate decesserit. quæ uerba etiam D. Sarnen. ponderat, & ante ipsum antiq. Glossator hic, & ante utrosque Rot. Fasto. cau. 31. in positione dubiorum, ubi loquitur de Hydropili. incipit. Die martis. 25. Iunij dub. 60. ubi ponit resolutionem. Apparet igitur, quòd quæcunq; sit infirmitas, ex qua infra 20. dies quis decedat, est locus regulæ. Ex proximè dictis resultat etiam decisi. plurium casuum per D. Sarnen. propositorum, & etiam aliorum: & inter alios unus est, an regula habeat locum in infirmitate, quæ solùm consistit in animo, seu mète, puta in furore, seu stulticia? Et dico, quòd non: quia ista nõ est infirmitas corporis, de qua in regula. Secundus casus per D. Sarnen. disputatus, an habeat locum in infecto peste? & dico, quòd si intellexit de uerè existente in huiusmodi morbo, haberet locum: alioquin si nondum in talem morbum inciderat, nulli dubium, quòd regulæ non est locus, etiam quòd talis reperiretur in loco pestifero. Tertius casus est in muto, surdo, cæco, & similibus, de quibus in l. 1. & 2. C. qui morb. lib. 12. per gl. in §. item propter aduersam in uer. aduersam Instit. de excus. turo. & similiter regula non intelligit de his, quia non sunt infirmitates, ex quibus quis moriatur. Sed si quis mihi cõcedat, quòd ex ta

libus

talibus infirmitatibus quis moriatur, dicam hos cõprehèdi. Idem etiam dicam in quartana, & podagra, de qua in l. podagræ. C. qui morb. lib. 10. & per Ange. in §. item propter aduersam supra allegat. Vnum tamen nõ 8 omitto, quòd infirmitatis uerbum à iure prolatum eam præsupponit, & de ea intelligit, quæ cuique rei peragendæ impedimento sit, & quæ usum, ministerium q; homini impediatur, ac qua quis uexatus nõ possit rebus proprijs incumbere, dicta. l. 1. §. sciendũ. ff. de edili. edic. l. quæsitũ. ff. de re iudi. l. podagræ. C. qui morbo. lib. 10. & §. itẽ propter Instit. de excus. turo. & de talibus infirmitatibus, seu morbis iuxta interpretationem legalem regulam hanc de iure intelligendam crediderim, præsertim ab hoc summo Pontifice editam: cum sciant omnes illum esse optimum Iurisconsultum, unde Iurisconsultorum more eum locutum exiitimo.

1 S B X T O quæro, † Cui incumbat onus probandi, ad effectum nostræ regulæ, uidelicet an danti de regula infirmitatem, & obitum ante uiginti dies, an uerò alteri sanitatem, uel uitam? D. Sarnen. sub alijs uerbis tetigit quæst. 9. in secundo quæstro: & postea quæst. 36. Et quoad sanitatem, 2 uel infirmitatem mihi clara uidetur resolutio, quòd † ei, qui dicit, & opponit, uulg. l. 2. ff. de probat. Deci. consi. 267. Non excedit col. 3. post medium uersu. similiter, quòd dicitur. facit. l. qui accusare. C. de eden. Rot. in no. 15. & 261. sed dans de regula est ille, qui dicit aliquem infirmum resignasse, & est ille, qui opponit de regula, & sic de inualiditate & defectu resignationis: ergo ipse probet. Insuper ipse se fundat in infirmitate, 3 & infirmitas est eius fundamentum: ipse igitur probet. † probare enim ille debet aliquid, super quo se fundat: ut etiam concludunt in probanda ætate maiori, uel minori. Bart. in l. de ætate. ff. de minoribus. Saly. & alij in l. cum te. C. de probatio. Ioan. And. in c. infamibus de regulis iuris lib. 6. & ista opin. est communis, ut latius probaui supra in præcedenti regula 18. quæst. 3. nu. 3. dum pono sextam opinionem. Et sic concludo, quòd infirmitas per dātem de regula omnino probāda sit: & sic debet articulare, & probare, Quod tẽpore quo. N. resignauit, in tali infirmitate constitutus erat, uel à tali infirmitate oppressus detinebatur. Quantum uerò attinet ad probationem uitæ, uel mortis, uidetur dicendum, quòd mors non sit probanda cum sit priuatio uitæ: & sic negatiua sic difficilis probationis, ad Bart. in tracta. testium in uer. mortuum hominem in prin. & in l. 2. §. si dubitetur, uersu. aduerte quem esse mortuum. ff. quemadmodum testam. aperia. allegat. l. actor. C. de probatio. ubi uidetur probari, quòd † Negatiua in rerum natura est improbabilis. c. super hoc uersu. porro licet negãtis de renuncia. Deci. consi. 173. Viso processu agitato nu. 3. Si igitur est improbabilis, alter probet uitam. In contrarium facit, quòd præsumptio est iuris, quòd tuiueret quis præsumatur 5 anq. ni

TT ij uique

usque ad centum annos, pro quo dicto allegatur ab omnibus *in. l. fi. s. & nobis. ibi*, longissimum hominis uitæ tempus elegimus, & non aliter eam actionem finire cōcedimus, nisi centum annorum curricula excesserit. *l. an usufructus in fi. ff. de usufruct. in Auth. ur ecclē. Roma. s. i. glo. 1. in dicta. l. 2. s. si dubiteretur, & ibi Bar. in prin. ff. quemadmodum testam. apert. Bart. Ange. Imol. & Roma. post. glo. in. l. sed & si de sua. ff. de acqui. hæred. idem concludit D. Sarnen. quæst. 9. nume. 7. & adducit rationem Criniti ex mente Arabū capta coniectura ex pondere dragmarum, facit Deci. consi. 204. In causa Reuerendissimi Archiepiscopi nu. 4. & consi. 575. In casu in quo nume. 10. ubi etiam dicit, quod ista est communis regula, & quod ista est cōmunis opin. Si igitur præsumitur uiuere usque ad centum annos, alter probare debet obitum, cūm præsumptio in eum transfulerit probandi onus. Quid tenendum? Ego concludo pro hac secunda opinione, non tamen per istud medium huius præsumptionis, & huius Theo. tot Doctorum, quam licet pro cōmuni allegent, ex infra dicendis probabo non subsistere, nec esse tenendam, nec probari per iura allega. immo esse erroneam, & falsam: sed illismet rationibus, quas adduxi, quod dans de regula tenetur probare infirmitatem, eisdem moueor, quod teneatur probare mortem: hac præsertim ratione, quia fundet intentionem suam dans de regula super istis duobus, uidelicet super infirmitate, & super morte infra uiginti dies, quæ duo nisi coniunctim probet, succumbere debet per ea, quæ supra dixi. & latè per Corn. qui plura consi. 10. uisa fuit primo aspectu col. 2. in fin.*

6 uersi. his tamen minimè refragantibus uol. 1. † Redeundo igitur ad oppugnationem dictæ Theor. quam communem asserunt aliqui, dico illam ex dicta. l. fi. C. de sacro sanct. ecclēsi. & alijs iuribus, quæ allegat, nullatenus probari. dicunt enim terminum centum annorum esse longissimum uitæ tempus, & quod homo potest uiuere centum annis. licet igitur dicat esse possibile, per hoc non sequitur, ergo est præsumendum,

7 siue ergo est uerisimile. † Possibilia enim multa sunt, quæ non sunt uerisimilia, puta instrumentum super mutuo inter easdem personas, & coram eisdem testibus, potuit fieri Bononiæ, & Mutinæ, quia non est tanta distantia, quod nō sit possibile id fecisse. Item sunt duo instrumenta, in uno cōstat, quod tali die emi fundum iure proprio: in alio quod eodem die, loco, & testibus emi iure liuellario, uel iure usufructus pro eadem quantitate. ista exempla, & istam Theor. ponit Bal. post Nic. de Matharel. in. l. scripturæ col. 2. num. 5. uersi. quædam sunt scripturæ derogatorie. C. de fid. instru. Immo uerisimile est, quod quis nō uiuat centum annis à communiter accidentibus. Quod † argumentum satis ualidum est. l. neque natales. C. de probatio. cūm glo. in uer. cum nihil. l. ideo cum glo. in princ.

in princ. ff. de legi. glo. in. l. 1. C. de arbit. in. l. quid si nolit. s. qui assidua. de edili. edi. c. 1. & ibi Imol. Abb. & alij de cleri. non residen. Et hoc argumentum à communiter accidentibus transfert onus probandi contrarium in aduersarium. Roma. singu. 397. incipit, quis debet probare hanc. & Marf. sing. primo incipit argumentum. Cūm igitur uideamus, quod rari ascendunt ad istam ætatem centum annorum, nō solum non potest dici, quod leges dixerunt, quæ nec dixerunt, nec dicent in æternum, quod quis præsumatur uiuere usque ad centum annos: Immo potius præsumptio erit in cōtrarium. & miror quod Glo. & tot primarij Doctores ista asseruerint, & concluderint, & præsertim ætatis nostræ Monarch, a& Iurisconsultorum Princeps Præceptor meus D. Philippus Deci. supra allegat. qui oculis (ut aiunt) linceis omnia arcana, & recondita, & abstrusa iura intuebatur, & penetrabat. In hoc tamen ipsum nō sequar: quia amicus Socrates, amicus Plato, magis amica Veritas. immo etiam in hoc ipsum sequar. alibi. n. melius, & uerius locutus est, uidelicet in. l. si emancipati. C. de collat. col. 3. uersi. non oblit. allegat. in contrarium, ubi concludit non esse uerum, quem præsumi uiuere usque ad centum annos, allegat rex. in contrarium, & plura alia adducit, quæ uideri possunt. & ante ipsum, istud idem conclusit Corn. consi. 119. Repetito & c. uol. 1. nume. 8. uersi. & quod dicunt glo. Bar. & c. ubi duo ad propositum nostrum optime concludit euidentissimis iuribus, & rationibus. Vnum est, quod leges omnes, de quibus supra, ut aliæ de ista materia loquentes dicunt, quod quis præsumitur non uiuere ultra centum annos, ut ibi latius. Alterum est, quod illi, qui se in uita, uel morte fundat, illam sibi incumbit onus probandi. & limit. Docto. glo. Barr. & aliorū, de quibus supra, procedere solum, quando alicui incumbit onus probandi mortem, qui in ea se fundat: tamen probat mortem præsumptiue, nisi excesserit ille, de cuius obitu quæritur, centum annos: & sic saluantur ambæ opin. à contrarietate. facit etiam consi. Corne. 340. quod dicta dos. col. 3. nume. 9. & sequen. ubi etiam dicit primam opin. in iure non probari, & illam dicit insolentes & uulgas tenere. hanc ultimam opin. tenuit etiam Alciat. in suo tracta. præsumptio. parte. 3. regula prima. præsumptio. 44. qui etiam limitat, & declarat, ut supra Rui. consi. 189. circa primum nu. 14. uolu. 1. & Paris. consi. 86. secundum ea, nume. 20. usque ad fi. consi. uol. 4. Ista igitur secunda opin. tanquā uerior, & rationabilior, & (ut credo) nunc magis communis, tenenda omnino est. Et parum curo de illa coniectura, seu consideratione D. Sarnen. seu Criniti, de qua supra, de pondere dragmarum cordis humani. Quis enim illis hoc reuelauit? & si uera esset ista consideratio, sequeretur, quod habens maius cor, plus uiueret. sequeretur etiam, quod nemo mori posset primis diebus, & initio uitæ, quia nō iam

iam aquasset uitam dragmis cordis. sed quia extra propositum, immo extra rationem, super hæc ulterius non uagabor: præsertim quia iuxta Euangelium, Melsis quidem multa, operarij autem pauci. Superest respondere ad primum fundamentum, quod ista negatiua sit improbabilis: breuiter dico, quod quando negatiua est fundamentum intentionis alicuius, per illum probanda uenit, siue agar, siue excipiat. Bar. in. l. in illa stipulatione nu. 5. uerfi. ubicunque negatio est causa intentionis, quam legit cum. l. hoc iure, & ibi post Alex. Iaf. nu. 14. latissimè, qui etiam dicit opin. Bar. communiter teneri. ff. de uerb. oblig. Bar. in. l. si per alium. §. docere nu. 2. ibi, & sic uides, quod actor probat negatiuam & c. ff. ne quis eum, qui in ius. uocat. c. 1. & ibi nor. Gemini. de confes. lib. 6. Inno. & Ioã. And. in. c. super his. de accus. Corn. in præalleg. consi. 340. col. 1. nu. 3. uerfi. licet sit negatiua, quod decesserit & c. uol. primo.

1 SEPTIMO, Quæro cum D. Sarnen. † Quid si infectus peste iussus continere domi, ibi renūciat, deinde incerto die solus moritur, an præsumatur mortuus infra uiginti dies, an post, & quis tenetur probare? D. Sarnen. dicit, quod opponens de regula: quia resignatarius habet intentionem fundatam de iure communi, quod taliter mortuus, præsumatur mortuus post uiginti dies. ratio per eum data est, quia qualibet infirmitas in dubio præsumitur durare longo tempore, saltem per annum, allegat Cardi. in. c. cum inter canonicos de electio. & alia iura, ut ibi per eum, Et responderet dicto Hippocratis de acutis ægritudinibus, & per istud suum argumentum, sine fundamentum concludit pro hac parte, limitans, & declarans dictum Hippocratis, & dicens leges aliter statuere, ut etiam in præsumptione uitæ. Ego autem credo D. Sarnen. somniasse, & nimis audacter posuisse falcem in messem alienam, & contra eum allegari potest adagium illud, Nō supra crepidam. & sicut ostendi ipsum & alios tenentes illam falsam opinionem super præsumptione uitæ usque ad centum annos: eodem modo spero errorem. D. Sarnen. hic ostendere. & melius fecisset, commentari solum regulas Cancellariæ, & non dicta arcaua Hippocratis: nec sibi obijci posuisset, si ad peritos in arte illa se remisisset. Exemplo Platonis, qui (teste Valerio Maximo) consultus super ara sacra cōficiunda remisit se ad Euclidem, tanquam in arte illa peritiorem. Ad rem igitur ipsam deueniamus. dicit ipse, quod qualibet infirmitas in dubio præsumitur durare ad minus usque ad annum, quod etiam extendit ad acutas ægritudines. allegat. l. si longius in princ. ff. de iud. ubi si iudex impediatur longo impedimento, pura infirmitate & c. alius est subrogandus: & sic uideretur probari, quod infirmitas sit longum impedimentum. Respondeo † uerba sunt accipienda, & interpretanda secundum subiectam materiam. l. si uno in princ. ff. locat. ubi do-

nationis uerbum accipitur pro transactione. & ibi glo. in uer. trāfactio. notat, & Imol. consi. 22. in casu præmissio num. 1. quod etiam procedit improprando uerba. Dec. in. l. bonorum nu. 15. C. qui admit. in. l. quamquam num. 4. C. de milit. testa. & in. c. ex parte post glo. nu. 8. de rescri. Dico igitur, quod secundum subiectam materiam, longum tempus, de quo in dicta. l. si longius, nō debet intelligi de anno, immo nec de mensibus, quod etiam probō ex alijs exemplis ibi datis, quæ in breui termino uerificari possunt, ibi, uel rei suæ familiaris periculo. Tale. n. periculum potest cito uenire, & cito euitari: Insuper potest & cito quis proficisci, & cito redire: & sic dare istam interpretationem, quod Iurisconsultus ibi senserit de longa absentia, id est de annali, somnium inquam est. nam secundum subiectam materiam diu dicitur abesse Iudex: quando per aliquot dies expectandus est, ut de se patet. & etiam modo per alium tex. in. l. Prætor in fin. ibi, tolerabilius denique est, interdum iudicem, qui semel cognouit, rarisper expectare & c. ff. de uacation. mune: ex quibus uerbis colligitur, quod qualibet mora, seu morula in Iudice, est considerabilis, & glo. 1. in dicta. l. si longius, declarat illud uerbum, uidelicet, longius quam sit dictum à delegante, uel quam sit æquum. Nec etiam facit. c. communiter. 23. distin. ubi demoniaci, seu epileptici, id est, morbo caduco laborantes, per annum suspenduntur ab officij sui ordine: quia tex. ille loquens de demoniacis, seu secundum alios de epileptis tantum, non infert ad alios infirmos. Immo inclusio istorum est exclusio aliorum: & etiam potest dari ratio diuersitatis propter periculum, seu grauitatem defectus. Arreptus enim à Demonibus non conuenit, quod illico ministrat diuina: & uexatus morbo caduco, sine aliqua notabili cessatione nō expedit, quod sacra tractet, cum & se, & sacra prosterneret, aliosque actus turpes faceret. Nec est uerum, quod Cardi. in allega. c. cum inter Canonicos, concludat infirmitatem præsumi durare per annum, Immo contrarium concludit col. 2. post medium uerfi. & ad id, quod dixi, quod præsumitur durare morbus, dic quod immo regulariter non præsumitur. & responderet ad dictum. c. Communiter, quod fallit in furore, de quo loquitur dictum. c. subdit postea, & potest esse ratio, quia est uicium durabile, nam rarissimè à furore quis curatur & c. postea concordando opin. uidelicet, an infirmitas sit iterum probanda, uidelicet, quod præsumatur durare, uel non: distinguit de qualitate morbi, puta de furore, uel podagra, & tunc præsumatur durare, & non sit de nouo probanda, aliàs secus. Nec etiam Alex. in. l. furiosum. C. qui testa. face. poss. loquitur in infirmitatibus, sed in furore: & concludit standum esse dicto Medicorum. Et quod graui infirmitate detentus præsumatur cito mori, facit tex. in. c. 2. ibi, infirmitate graui & c.

quæ uerba ad hoc ponderat Philippus Franc. in.3. nora. de renunciat. lib.6. Si igitur peracutæ ægritudines non transeunt decimum quartum diem, ut ipse Sarnen. ex mente Hippoc. dicit: quomodo potest cadere præsumptio, quod peracura infirmitas ultra uiginti dies, immo usq; ad annum præsumatur durare. Tandem pro multum subtili, & notabili affert declarationem ad dicta Hippocratis, quod sint intelligenda concurrente habitudine corporis cum mala dispositione: & dat differētiās inter Iuris consultorum & Medicorum opinionem. istos enim dicit tenere peracutas infirmitates extinguere hominem decimo quarto die: secus autem sit de iure, quod præsumit ad annum durare. Magna fuit hæc debilitas, & miror de eius imbecillitate: sed desino mirari, quia uno inconuenienti dato plura sequuntur. præsupponit enim ille, quod unum præsumatur secundum Medicos, alterum secundum legum peritos. Ego autem dico, quod sententiæ Medicorum in eorum arte omnino sequenda est. Immo etiam leges, legumque conditores, illam semper sequuti sunt, ut ostedi in præcedenti regula quæst. 5. cum de probar. per aspectum tractaui. Immo ipsi Iurisconsulti autoritate Hippocratis, & aliorum plura terminarunt, pluraque Medicorum iudicio terminanda esse statuerunt: nec dubitarunt summi Iureconsulti in illa difficili quæstio. an natus septimo mense censeretur iustus filius, pro affirmatiua concludere propter autoritatem summi uiri Hippocratis. l. septimo mense. ff. de statu. homi. & l. intestato. s. fin. ff. de suis & legi. ubi quod natus die. 182. iustè uidetur natus ex sententiâ eiusdem Hippocratis, & ibi glo. in uer. post decem. declarat illum passum, uidelicet, sexto mense & duobus diebus tactis de septem. computando enim dies. 182. faciunt menses sex, & dies duos assignando tamen dies triginta cuiuslibet mensi, & sic licet uideretur dicendum talem nasci tali tempore non potuisse, cum sint sex menses tantum & duo dies sic computando: uel secundum aliud computum dierum cuiuslibet mensis, cum sint menses habentes dies. 31. non excedent sex menses, tamen quia hec tenuit Hippocrates, Iureconsulti & Imperatores acquieuerunt eius opinioni, tanquam ueræ & approbatæ, iuxta illud, Standum est peritis in arte. Nec ab hac opinione discreparunt summi Astronomi, inter quos Ephesstion Thebanus probauit, aliquem nasci ad uitam posse septimo mense. uoluerunt etiam & undecimo nasci posse, non autem sexto, octauo, aut decimo. septimo enim mense, quem Astronomi Lunæ assignant, embrio formam perfectam recipit. in undecimo uerò mense uix unus inter mille nascitur. passim autem nono mense, quem Ioui deputant, in lucem ueniunt. Sed aduertendum est ad tres menses ipsos. Astronomi, enim à die conceptionis computant secundum cursum Lunæ, & sic de mensibus

bus Lunaribus loquuntur, qui breuiores sunt illis, quibus uulgò utimur. 8 & ista tutior erit suppuratio, quàm facta per glo. ubi supra, nam secundum hanc, dies. 182. constituent ultra sex menses Lunares integros, alioquin secundum glo. non uideo sex menses uenire integros. Error autem primus. D. Sarnen. fuit in problemate illo Hippocratis, secundum quod supponit morbos peracutos hominē extinguere in decimo quarto die. istud non dixit Hippocrates: sed bene per hæc uerba, Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Aphorif. 23. lib. 2. & licet meum non sit interpretari Hippocratem, immo me ad peritos in arte remitto: tamen ne aliquis Iuris professor in similem errorem incidat, & cum sermo sit de infirmitatibus, aliquid saltem ioci causa, immo ad quæstionis huius decisionem, in medium asferre licebit. Non dicit Hippocrates, quod acuti morbi in decimo quarto die interficiantur, quia malè loquere- tur, præsertim quia etiam possunt interficere, & etiam postea: sed uult inferre, quod uerum iudicium in talibus acutis infirmitatibus sit 9 die quartodecimo. Sunt enim secundum Medicos tres dies crismi, seu critici, uel decretorij, seu iudicarij, in quibus duellum, seu pugna acerrima conferitur inter naturam & morbum ab hora sensibilis lesionis computandi: qui sunt primus, quartus, septimus, decimusquartus, uigésimus primus, & uigésimus septimus. secundum uerò Hesiodum Poetam, à prædictis demuntur, quartus & uigésimus septimus quorum omnium dierum septimus est grauior, & omnibus alijs potentior, & secundum Autocēnam in Canticis, crisis est uelox morus morbi ad salutem, uel ad mortem. Mors autem est prædominium completum ægritudinis supra naturam ipsam. Vita autem dominium est naturæ supra materiam morbi peccantem. Insuper dicunt infirmitates aliquas dici acutas, aliquas peracutas, rursus & per peracutas alias cronicas, idest temporales, seu longas. Ex præmissis patet, quod ex diuersitate morborum, diuersa iudicia, seu prognostica fiunt. nec in dicto termino quatuordecim dierum loquitur de peracutis morbis, sed de acutis: de peracutis autem loquitur Aphorif. 7. lib. 1. ubi morbus peracutus est, statim extremos habet labores &c. & illud uerbum statim Galenus ibi interpretatur circa primos quatuor dies, uel paulò ulterius, Ponderationes igitur. D. Sarnen. non faciunt pro decisione huius quæstionis, eo magis quia Medicorum est propositio, quod plures morbi terminantur ad salutem, quàm ad mortem, exceptis pestilentialibus: ubi materia est adeo maligna, atque uenenosa, ut natura sapius non attendet inire pugnam cum morbo. hic. n. morbus, de quo in nostra quæstione, est satis diuersus ab alijs, & citissimè se expedit, loquendo à communiter accidentibus. Vnde cum ille resignans infectus, mortuus postea reperiatur, præsumendum à com-

munitur accidentibus, quòd infra paucos dies decesserit. Immo etiam supposita pro uera opinione, quòd infirmitates præsumantur durare per annum: istud non erit dicendum in pestilentialibus, quia mors, quæ (ut dixi) est prædominium completum ægritudinis, solet se citius interponere, & si natura cum pestilentialibus morbis non attentat inire sæpius pugnam, uel cito natura uicta cedit, uel cito per recessum morbi resurgit. sic etiam patet, quòd iura dicentia infirmitates præsumi durare, seu reputari pro longo impedimento, non probant aliquem præsumi cito mori, uel non, quia mors (ut dixi) est prædominium completum ægritudinis. Istitis igitur diuisionibus, & chimeris non potest defendi opinio D. Sarnen. sed alijs rationibus, uidelicet quòd pro ualiditate actus ipsius resignationis, cum possit talis plus & minus uiuere, in dubio pro ualiditate actus, & in benigniore parte: debet fieri interpretatio: tum etiam quia, ut supra pluries dixi, opponenti de regula, & se super infirmitate fundanti incumbit onus illam probandi. Verum quia est casus de raro contingens, & Deus omnipotens nos à talibus casibus liberet, ulterius non insisto: præsertim quia etiam tempore pestis, licet non soleant infirmi uisitari, tamen solent deputari Medici & alij, qui habent curam infirmorum, & sepeliendi cadauera defunctorum, per quos mors, & tempus mortis probari possunt, ut de se patet, & ponderat Corn. consil. 10. Visa fuit primo aspectu nume. 7. uers. item de probanda morte in loco proprio uol. 1. & Boe. Deci. 288. Sed hic uidetur col. 3. ante si. uers. & si dicatur, quòd parentes non permittunt intrare, quia etiam tempore pestis &c.

- 1 OCTAVO QUÆRO, † Infirmus resignans in fauorem consanguinei, seu amici in eiusdem domo obiit, post dictum terminum uiginti dierum mortuus publicatur: per aliquot tamen dies ante finem termini, medici, & alij non permittentur ad egrotum accedere: nec sunt, qui de tempore obitus testificari possint: nec potest cognosci ex aliquibus signis, quòd tunc, uel nuper expirauerit: an præsumatur infra uiginti dies, uel post obiisse, & cui incumbat onus probandi? Et quòd præsumatur post obiisse, & quòd danti de regula incumbat onus probandi mortem ante dictum tempus uiginti dierum, satis uidetur probatum in duabus præcedentibus quæstionibus. tum quia iste dicit, iste dat de regula, iste opponit, iste fundat intentionem suam super obitu, tum pro ualiditate actus, tum etiam ad excludendum præsumptionem fraudis: ergo probare debet, ad supra deducta. Adde eò maximè procedere, quia dans de regula fundat se præcisè † in tempore, uidelicet quòd ante diem uigessimam ralis obierit: unde illud omnino probare debet. l. i. §. additiones cū glo. magna. in uer. dic. ff. de eden. c. cum Ioan. §. ad hoc autem. ibi, nec per testes

- testes à te inductos de certo fuerit tempore facta fides. & ibi glo. in uer. de certo de fid. instrum. c. in presentia & c. inter dilectos de probatio. Contrarium puto tenendum in casu proposito, ex præsumpta fraude resulante ex exclusione Medicorum, & aliorum uisitantium, & ad infirmum accidentium, & sic infirmum tenuit occultum: coniuncto etiam interesse & commodo ad effectum consequendi beneficium resignatum, & ad excludendum expectantes, seu alias prouisos, uel prouidendos. Vnde † propter fraudem, & dolum quis omni commodo, & omni fauore carere debet c. super literis. ibi, infra peruersitatis pœnam, de resc. c. ex tenore, & ibi Deci. in ultimo nota. eo. c. auaritiæ. ibi, exquisitis fraudibus usurpare conatur. de electis. lib. 6. supra alleg. c. 2. de renun. eo. lib. per quæ tex. per rationem illius quæcunq; fraus siue in prin. siue in medio, siue in fi. debet uitiare, & annullare renunciationem, & inde sequuta quæcunq;. & † Renunciatio quæcunq; fraudulenta reiicitur, & prohibetur de uni. in fi. eod. Igitur eo ipso, quòd constat de fraude, uel fraus præsumi potest, resignatarius debet omni commodo carere. † Fraus enim ex coniecturis probatur. l. dolum. C. de dolo dicto c. 2. de renuncia. lib. 6. & ibi glo. in uer. coniecturas, & Fran. in 2. nota. Deci. consil. 337. In casu proposito in fin. Mil. in reper. in uer. Fraus qualiter probetur. præsumptio autem fraudis, coniunctis in propositione quæstionis positis facta, superque colligitur: tum quia iste resignatarius illicitum committebat: † Celando hominem liberum. l. non statim. §. si. ff. ad. l. Flauiam de plagia. ubi hominem liberum celans, tenetur pœna illius. l. quæ capitalis uideretur, prout. l. immo etiam seruum alienum celans, malè facit, & fur est. l. i. in princ. ff. de ser. fugit. & ibi glo. i. declarat, quòd celare est, quòd uelis ignorare eum, ad quem ea res pertinet alicuius tui emolumentum causa: at in casu nostro proprium dicitur resignatarium celasse, ne ordinarius expectans, uel alij ad quos ex infirmitate, & obitu emolumentum, & commodum spectabat. scirent. Immo etiam ut improbabilis esset dies obitus. Et pro huiusmodi cælatione etiam ad effectum nostræ regulæ uideatur omnino Dec. Nicol. Boe. 287. Incipit & in dicto processu de Terrenij, & etiam Deci. seq. 288. ex quibus infinita ad propositam quæstionem nostram elici possunt, quæ transplanare non curauim. Aduertendum tamen est, quòd licet ipse in dicta deci. 288. uideatur inclinare, quòd quando agitur de beneficio ecclesiastico, & sic de magno præiudicio, ex quo quis præsumatur uiuere usque ad centum annos &c. quòd non reuelans uitam, si alter mortem probare teneatur, hoc non subsistit: tum falsa est illa præsumptio de centum annis, ut in alia quæstione dixi: tum quia in casu nostro proposito plura concurrunt, quàm in casu Boe. nec aliqua signa concipi possunt de recenti obitu.

obitu. Facit etiam quod non potest allegari alia causa, quam fraudis, ad evitandum hanc regulam in tali prohibitione uisitantium, & in tali cēlatione. unde cum ratio alia allegari non possit, illa, quę sola reddi potest, pro expressa habetur. l. quamuis cū glo. in uer. curauit in si. ibi, nam ob quā aliam causam de emancipatione rogasset. C. de fideicomis. Deci. consil. 333. licet propositi num. 5. uersi. quarto & ultimo consil. 337. in casu proposito in si. ubi præcisè loquitur in coniecturanda fraude. 372. Vissis & diligenter nu. 5. & 6. 374. in casu proposito nu. 2. uersi. ideo ista ratio pro expressa haberi debet. 422. & pro tenui nume. 10. ibi, & cum ista sola ratio &c. Paris. consil. 72. ad ueram nu. 29. lib. 4. meritò igitur iste fraudulentus, & dolosus resignatarius, & beneficio, & omni favore carere debet, cum plura in malam partem sonantia commiserit. alioquin esset in arbitrio consanguinei, uel amici, aliquem post obitum occultum retinere, donec tempus regulę expiraret, & omni probatione prouisum, ordinarium, uel Apostolicum defraudare. & iura etiam prouideret, ne quis facto alterius, suis probationibus, seu exceptionibus & oppositionibus defraudetur, seu illis per fraudem aduersarij priuatur. c. quoniam s. sed si actor. ibi, ne fortè hoc procuret in fraudem &c. ut lite non contest. Consularem tamen, quod ordinarius expectans, uel alius interesse habens, curaret transmitti ad talē cēlatum, antequam terminus regulę laboreretur, ut docet Bar. in l. tabularum s. si dubiteretur num. 2. ubi quod debet peti à Iudice, ut mittat nuncios, & diligenter inquirat, utrum ille sit uiuus, uel mortuus. ff. quemadmodum rest. aperi. & dicta deci. Boe. 188. col. penul. ante si. uersi. sed in hoc est uerum &c.

1 Nō ō quæro, quid si † infirmus consentit uigore supplicationis, dum erat sanus, signatæ: & moritur infra uiginti dies à tempore præstiti consensus, an sit locus regulę? D. Sarnen. facit super hoc duas quæsti. unam nume. 12. aliam nume. 33. sub diuersis uerbis idem tamen importantibus, melius fecisset allegare solum extra uagan. clem. 7. & aliam regulam Pauli tertij declaratoriam sub ea. rub. de infirm. resignantibus, de qua in exordio huius regulę mentionem feci. Istam quæstio. ego omissem, tamen pro declaratione illorum uerborum nostrę regulę ibi, Etiam uigore supplicationis dum esset sanus &c. & ad ostendendum, quod sapienter addita fuerant. Insuper ad magis ostendendum, quod regula ista sit à iure exorbitans, prout supra in prima quæstio. latè scripsi, & ibi nu. 5. pollicitus fui aliquid super illis uerbis, & illorum effectu scribere. alioquin sat superq; fuisset dicere, quod tex. regulę declaratorię Pauli, quę erat tempore D. Sarnen. & de qua ipse intelligit, & tex. regulę nostrę, clarè procedunt. unde difficultates tollebantur. Prosequendo igitur quæstio. nostram, quam spero non inutilem undecunque futuram dico,

2 dico, quod tam rubrum, quod est de infirmis eorum beneficia resignantibus, quam nigrum, ad hoc ut sit locus regulę uideatur necessariò requirere infirmitatem in resignante. † Resignatio autem illa uidetur esse, quę in supplicibus libellis, seu in supplicationibus continetur sub hac forma uidelicet, Cùm deuotus. A. beneficium tale resignare proponat, & ex nunc resignet, supplicat deuotus orator. B. quatenus sibi specialem gratiam faciendę resignationem, seu cessionem huiusmodi admittere, seu admitti mandare, beneficium quę huiusmodi sibi conferre, seu conferri mandare dignetur. & sic Papa, seu signaturę præfectus, ac Dararius signaret concessum &c. Dar. Romę &c. Pridie Calen. Aprilis anno &c. Istud tempus supplicationis signatę attendendum esse uidetur, & tali tempore uidetur resignatio esse perfecta, ut etiam per D. Sarnen. in dictis duabus quæstionibus supra allegat per. c. quidam de renuncia. ubi eo ipso, quod quis petit licentiam cedere: & eam obtinuit, compellitur cedere: quia Papa solum attendit illam licentiam petitam, seu supplicationem ipsam. Sed ad illum tex. posse responderi, quod aliud est, quod quis cogatur, seu cogi possit renunciare: & aliud, quod renunciatio habeatur iam pro perfecta. sed ad istud ultra alias solutiones pro responsione sufficiat communis practica: quę est, quod in talibus supplicationibus apponitur clausula, Et ex nunc resignat, de qua supra: quę † clausula operatur, seu inducit actum de præsentis, etiam quod aliàs dependet à futuro: dummodo simus in dispositione pura, non autem conditionali. Bal. in l. A reusa in. 1. lectura col. fin. uersi. extra quæro, quid si restator dixit. ff. de stat. homi. Alex. consil. 83. uisa facti. col. 3. ante numerum. 7. uersi. confirmatur hoc, quod possessio uol. 2. & in l. huiusmodi la secunda in. 2. nota. ff. de uer. oblig. Cassado. Deci. 3. de præben. nu. 15. Ant. Negusan. in tracta. pigno in. 2. membro. 2. par. principalis num. 4. & 5. si igitur tunc dicitur perfecta resignatio, qualitas infirmitatis requisita tunc 3 debet adesse. Immo siue teneamus, quod † habilitas, seu qualitas requiratur, seu sufficiat tempore datę glo. in c. canonicis in si. de rescrip. lib. 6. ubi, quod qualitas canonicatus ad hoc, ut commissio illi facta subsistat, sufficit, quod interueniat, seu reperiat tempore datę, licet postea cesseret, secus contrā, quia initium spectandum est. Dec. consil. 24. & pro uirili numero. 3. & sequen. siue requiratur utroque tempore, uidelicet tempore datę, & tempore consummati effectus ipsius resignationis, ut per Dec. in dicto consil. & ad ea, quę posui supra proxima præcedenti regulę quæstio. 12. præferim num. 15. & sequen. & latè per. D. Sarnen. in c. statutum de rescript. lib. 6. nume. 116. & seque. omnino dicendum est, quod qualitas infirmitatis requiratur tempore dictę supplicationis signatę, alioquin non sit locus regulę: & aliud tenere, præsertim in cor-

rectorij, & exorbitatibus, esset omnino absonum. Aduertendum tamē est, quod pro alia opinio. allegari posset, quod dicta supplicatio, etiam cum clausula, Ex nunc resignat, non operetur ante consensum uerē pręstitum. Nam quilibet potest, seu posset porrigere talem supplicationem: non per hoc sequitur, ergo talis, qui in illa asseritur resignans, hoc uult, immo nec etiam arguitur eius scientia. & sic cessaret etiam dispositio dicti. c. quidam de renunciatio. ubi pro indubitabili requisito interuenire debet ipsius cedentis, seu cedere uolentis uoluntas, & petitio. Immo (quod plus est) renuerunt Domini in una Astoricensi Parrochialium, Co-
 ram. R. P. D. Antonio Augustino sub die. 5. & 16. Martij 1548. quod
 5 † consensus in mandato, seu aliter, quā in camera, seu cancellaria, non sufficiat, quomodo igitur sola supplicatio, quę nescitur à quo porrecta fuerit, absque uoluntatis, seu consensus subsequenti pręstatione operari poterit? Transeo nūc ad aliud morium pro eadem opinio. quam pręmissi, quod est, † consensus etiā diu post supplicationem signatam pręstitus retrahitur ad datam supplicationis, etiam si pręsterur per procuratorem post obitum resignantis. Cassado. qui plura allegat. & ita declaratum, & resolutum esse testatur, Deci. i. per totam & 3. col. fin. ibi, & ualet gratia signata supplicatione uiuo cedente, licet consensus pręstetur per procuratorem eo mortuo & c. de renuncia. & per D. Sarnen. ubi suprā. Nec uideatur nouum, quod consensus pręstari possit per procuratorem post obitum resignantis: quia ultrā declarationem summorum Pontificum, allegari potest etiam ratio data per Paul. de Cast. in. l. per Procuratorem aliās est. l. Paulus. §. per Procuratorem. ff. de acqu. hered. col. 1. num. 5. ubi dat regulam, quod quando actus, qui geritur per procuratorem, consistit in consensu, uel uoluntate, ut est contractus, perficitur ex consensu, & uoluntate ipsius procuratoris, ut ibi latius per eum. Cum igitur consensus trahatur ad tempus datā, inuitabiliter dicendum esset, quod infirmitas requireretur tempore datę supplicationis, & aliud statuere est à dispositione iurium recedere. unde merito dici possit, quod satis dura sit ista extensio, de qua in regula. uult, enim, ut dixi, quod fiat extensio ad resignationes, super quibus supplicationes in
 7 sanitate cedentium signatę sint. unde dicendum est, † Dura lex, tamē seruanda. Vulga. l. prospexit, ibi, quod quidem per quā durū est, sed ira lex scripta est. ff. qui, & à quibus. Feli. latē in. c. si quando num. 11. de rescript. ubi plura cumulat pro dicta. l. prospexit. Dec. consi. 37. in causa rigorosę accusationis nu. 4. ubi etiam extendit ad statutum rigorosum consi. 452. Visa instructione in fi. & 465. perscrutatis in finalibus uerbis. Ne tamen additio ista in nostra regula uideatur omni ratione carere:
 8 cum † ratio legis, uel statuti sit ipsius anima, Bal. in l. si quis seruo nu. 7. uers.

uersi. ex his apparet. C. de furr. glo. in. c. consuetudo in uer. ratione. i. distin. Abb. in. c. ratio nulla in primo notab. de pręben. Dec. consi. 64. & diligenter pro uiribus num. 6. uersi. ratio enim legis & c. uideamus an aliqua ratio assignari possit super ista additione, de qua in regula: & illa se se offert, quod duo immediati prędecessores idem statuerunt per suas constitutiones, seu regulas declaratorias, ut suprā dictū est, Exemplo igitur illorum summus Pontifex idem statuit, & meliori modo: quia illi pro declaratione, iste autem ad euitandum circuitus, & quia frustra fiunt & c. in eademmet regula ampliauit, & extendit exemplo Vlpiani Iurisconsulti in dicta. l. prospexit, qui duram legē alterius Iurisconsulti: sequutus est. Sed mihi ulterius inuestiganti occurrit ad casum nostrum alia ratio, quę est, quod regulę fraus committebatur. dubitantes enim suas resignationes futuras per regulam solitam ab omnibus in similibus promulgari per annū, seu annos ante resignationē effectualem, seu resignationis executionem, uidelicet ante pręstitū cōsensum faciebāt signari supplicationes, quibus si sibi uidebatur in infirmitate postea constituti utebātur, & consensus pręstatur: & sic regula inferuiebat de uento. contra nouas igitur malitias, nouum remedium fuit congruum, & necessarium: & quia uerba addita sunt clara, ulterius non insisto.
 1 D E C I M O Q U A R T O, cum D. Sarnen. An † ista regula habeat locum in beneficio unito? Ipse quęstio. 15. concludit pro parte negatiua: ratio, quia
 2 † beneficium unitum non dicitur amplius beneficium, per ea, quę ipse allegat, & ultra eum probatur per Rot. 159. not. quod beneficium unitum in antiq. Paris. consi. 30. in causa uertente nume. 10. uol. 4. Ista quęst. mea quidem sententia, aut inferuit de uento, & est omnino puerilis: aut ita intellecta, ut pro dubia proponi meruerit, non procedet ita de plano, ut ipse pręsupponit. & pro faciliori intelligentia, & pro iunioribus faciam aliquos casus, quos huiusmodi quęstioni adaptabo. Primus sit, Titius obrinens beneficium resignat ad effectum, ut perpetuò uniatur alicui ecclesię, seu monasterio, uel ad hoc, ut ad uitam uniatur alicui beneficio Mœuij, in his terminis dico regulam habere locum, siue quia ista est resignatio, ergo regula, quę in resignatione procedit, hoc casu procedet: uel quatenus ista nō posset dici simplex, seu uera resignatio, cum
 3 † dispositio de simplicibus loquens non comprehendat casus qualificados. l. i. ff. de donat. ubi sub simplici donatione, nō uenit donatio sub cōditione, & sic qualificata. c. licet Canonum c. statutum in fi. de electi. lib. 6. ubi declaratur dictum. c. licet Canonum. loquens de Parrochialibus non extendi ad Parrochiales qualificatas, uidelicet ad collegiatas Parrochiales. facit. l. cum aurum. §. pecuniam, & l. Quintus Mutius. §. an cui. ff. de aur. & arg. leg. Deci. consi. 381. Visi his nume. 10. consi. 472. testator le-
 gauit

gavit nume. 7. ubi etiam, quod uerba debent intelligi simpliciter, nō secundum quid: clara est responsio ex text. nostræ regulæ, quæ loquitur etiam in dimissione beneficij, & sic non solum in resignatione, ut regulæ antiquæ. & istud uerbum etiam erat in regula Pauli declaratoria, quam D. Sarnen. uidere potuit, quæ diu ante fuit publicata, quam eius libellus. Quomodocunque igitur quis beneficium dimittat, regula procedit, & secundum istum casum teneo contra D. Sarnen. tum propter uerba regulæ clara: tum propter identitatem rationis. Immo nulla dissimilitudo allegari potest. Secundus casus considerari potest, si quis obtinens beneficium unitum resignat uni ex beneficijs unitis: quo casu dicit D. Sarnen. quod regula non habet locum, quia nihil cedit. & iste uidetur esse casus Gemini. in c. cum personæ. §. si. col. penul. uersi. in eo uerò quod est dictū de unione & c. de priuile. lib. 6. & Syl. de beneficio. 3. par. quæst. 12. nu. 20. per ipsum alleg. ubi concluditur. quod nō est opus mentionem facere de beneficio annexo, sed sufficit exprimeri principale. ratio, quia ubi beneficium est unitum, & annexum alteri, perdit nomen beneficij, uidetur igitur uelle inferre D. Sarnen. iste non potest resignare beneficium alteri beneficio principali annexum, cum non censeatur beneficium de se, immo est confusum cum altero principali: Ergo non est locus regulæ. Ista quæstio esset satis frigida, & quasi similis illi, uidelicet An quando quis non resignat, uel beneficium dimittit, uel quando

4 nulla infirmitas interuenit, sit locus regulæ, quod ridiculum esset. Quæstio enim sine subiecto esse nō potest. l. si seruum. §. si modus. ff. de actio. empr. ibi, non potest extirpari bonitas loci, qui non extat. l. eius qui. §. quod si stipulatus. ibi, Domino suo mortuo. ff. si cert. pet. Deci. consi. 222. Viso puncto nu. 4. cōsi. 348. de duobus col. 3. in prin. & 508. consulti alijs col. si. uersi. ultimo non obstat. Pono igitur tertium casum, qui est, Titius

5 obtinet beneficium unitum, & annexum ad eius uitam, quæ unio ad uitam ordinario est prohibita, quia per eam prouideretur personæ, & nō Ecclesiæ. & est adinuenta ad effectum, ut quis possit assequi, & retinere incompatibilia, quæ alijs nō possit, Gemini. consi. 38. pro clariori nume. 11. Cassado. super regulis Dec. 33. nu. 5. ubi etiam dicit, quod est quædam palliata dispensatio. Summus tamen Pontifex sæpe beneficia unita, & annexa ad uitam alicuius. Ponamus igitur, quod præfatus Titius consentit dismembrationi beneficiorum unitorum, ad hoc, ut de uno prouideatur Mœuio: An regula habeat locum? hinc cadere poterat magna disputatio: tamen quia ista non propria resignatio, nec propria dimissio beneficij, nec sufficit sola uoluntas resignatis, cum alijs resignationes à mera uoluntate, & quadam quodammodo liberalitate fiant. Cassado. decisi. 13. de præben. in prin. & est modus satis diuersus ab alijs.

& uide

& uidemus, quod in Legato dismembrare beneficium, seu illius fructus plura requiruntur. Rot. 229. in no. in dismembratione. & in Abbat. 347. si Abb. in no. ad tollendum omne dubium superuenit regula nostra. & ad dididit alijs antiquis regulis uerba illa, uidelicet Seu ipsius beneficij unionis dissolutioni consenserit, concordans cū declaratoria se. re. Pauli in. Et sic etiam in hoc casu teneo contra D. Sarnen. & iste erat satis dubius ante declarationem Pauli, quæ fuit tēpore D. Sarnen. & similiter dubius remansisset, nisi uerba prædicta addita fuissent in nostra regula. Quartus casus adaptari potest, pone quod iamdiu fuerūt unita duo beneficia in perpetuum, illa quæ prout unita collata, & sic reputatur solum unū beneficium, ad supra deducta: illa obtinens cōsensit similiter unionis dissolutioni, quæ licet difficiliter concedi soleat, tamen propter diuersas rationes, multoties + unionis perpetuæ dismembratio fit. cum enim fuerit facta unio Monasterij propter hostilitatem alteri Monasterio. c. 2. de relig. domi. uel propter paupertatem, uel propter persecutionem erga prælatum, & diuersis alijs causis, de quibus latè per Perrum de Perus. in tract. reuoca. unio. illis causis cessantibus reuocatur, seu dissoluitur unio, ut ibi latius per eum: qua unione reuocata, beneficia remanent in statu, in quo ante unionem erant, ut ipse Petrus declarat in dicto tracta. cap. 7. & ultimo. Siue igitur adsint causæ huiusmodi, uel similes, siue summo Pontifici placeat reuocare, seu dismembrare uniones, uel ad instantiam beneficium unitum obtinentis, uel alijs, talis cōsentiens dismembrationi, & unioni huiusmodi, an subijciatur regulæ uel non: & talis dismembratio, seu dissolutio an supposita sit huic regulæ, nō sine dubio processisset. sed ista uerba addita, de quibus supra, tollunt omnes difficultates. Et sic siue præstetur consensus dissolutioni unionis perpetuæ, siue ad uitam, secundum casus supra positos puto locum esse regulæ nostræ, quicquid dixerit D. Sarnen.

- 1 V NDECIMO quæro, An + ista regula procedat in translationibus pensionum? D. Sarnen. quæstio. 16. concludit pro parte negatiua. Ego uerò
- 2 + Pensiones dupliciter considero: uno modo, quando dantur in titulum: altero, quando consistunt in sola temporalitate, pura dantur in stipendium, pro patrocinio, pro pulsandis campanis, uel alijs seruitijs: quo casu etiam laicus, uel alijs incapax ad beneficia, est illarum capax. Archidi. in c. quamuis uersi. prouideri de præben. lib. 6. ubi etiam Domin. in ultimo not. Petrus de Anchara. col. 1. uersi. 3. collige. & Fran. in 2. nor. Bald. in c. ad audientiam el secundo. ubi, quod pensio de sui natura non censeatur beneficium ecclesiasticū, & ibi Abb. in primo nor. & Feli. col. 5. nume. 5. uersi. quarta cōclusio de rescrip. ubi, quod tales pensiones nullam habent in se spiritualitatem: sed sunt quid merè temporale. Idem
- An. Tod XX Silu.

Silu. de beneficio par. 1. quæst. 3. nume. 11. Paul. Romanus in tracta. pensio. in. 7. quæstio. nu. 24. & Gigan. in tracta. pensio. quæst. 21. in princ. & idem D. Sarnen. in. 21. quæst. regulæ de annali. In isto igitur secundo casu, uidelicet, quando pensiones consistunt in sola temporalitate, sine dubio aliquo concludendum est cum eo. D. Sarnen. quod regula non habeat locum in earum translationibus: tum propter rationes, quas ipse allegat, tum quia ex omnibus prædictis clarè apparet non posse ullo modo tales pensiones inter beneficia cõnumerari, nec illæ ueniunt appellatione beneficiorum. Quantum uerò attinet ad pensiones in primo casu, comprehensas, uidelicet quando dantur in titulum, cõclusio D. Sarnen. non ita de plano procedit. pro meliori igitur dubij huius discussione uidentur in primis erunt potiora ipsius fundamenta, quæ pro parte negatiua faciunt, an subsistant. Primum fundamentum eius est, reducendo illud ad meliorem formam, Regula loquitur in renunciatione: pensio autem nõ renunciat, sed transfertur: cum igitur simus in translatione diuersa, à renunciatione, nõ erit locus regulæ, quia uerba nõ patiuntur. Istud uidentur satis urgere: tamen potest responderi, quod si accipimus translationis uerbum, ut in materia beneficii à iure solet accipi, nec etiam cõuenient pensioni. † translatio enim propriè est de una Ecclesia ad aliam, seu de uno beneficio ad aliud mutatio, ut probat tex. in. c. mutationes in prin. 7. quæsti. 1. ubi pro eodem accipit mutationem, & translationem. & ibi deciditur, tunc fieri debere, quando necessitas, uel utilitas suaderet: & ponitur exemplum de Petro Apostolorum principe ex Anthiochia Ciuitate Romam translato: & de alijs, ut ibi. facit. c. si quis iam translatus 21. quæsti. 2. c. post translationem de renunc. & toto titulo de translatione Episcopi. & Hostien. eo. in sum. post prin. ubi quærit, quid est translatio, & delegatio dicitur translatio. Bart. in. l. 1. in. 2. oppos. ff. de damn. infect. & de translatione pensionis loquitur Paris. consi. 45. Rui. monitorium nu. 16. lib. 4. uers. rursus subdit. Verbum igitur istud translatio pensionis, secundum subiectam materiam nihil aliud est, quàm renunciatio pensionis in alterius fauorem: & sicut ille, qui translatus à canonibus intelligitur, nihil habet commune cum priore beneficio, seu priori Ecclesia, dicto. c. si quis iam translatus in prin. & ibi glo. parua declarat. eodè modo ille, qui transfuit pensionem, nihil ulterius super ea prætere potest. Siue igitur dicamus transferre in alium pensionem, siue renunciare, uel cedere illi, ut alteri assignetur: idem in effectu est. unde non debemus adherere corticibus uerborum. l. siue leges. ff. de leg. & ibi Paul. de Castro in princ. & glo. magna, quæ exemplificat. facit dictum Pauli Apostoli, Litera occidit: spiritus autem uiuificat. Cum igitur eadem interpretatio in effectu resultare uideatur ex uerbo Renunciare, & ex uerbo Trans-

bo Transferre, consideratio prædicta non uideretur urgere ad dictum effectum: immo etiã dicimus cedere, uel renunciare pensioni, Paul. Rom. in tracta. pensio. in octauo, & ultimo quæsto nu. 28. uers. quæritur ergo, an sicut in cessione pensionis potest cõstitui procurator ad cedendum, uel renunciandũ pensioni &c. Accedit, quod ex alio uerbo addito tam in nostra regula, quàm illa declaratoria Pauli, uidelicet Dimiserit, & in illa Pauli, quæ erat tempore D. Sarnen. adest uerbum magis uniuersale, uidelicet, Aut aliàs quolibet dimittens. negari non potest, quod sub uerbo dimittere nõ ueniat etiam translatio. Ille enim qui transfert pensionem, quoad se illã dimittit: sicut dicimus in Ecclesia, & beneficio, quam seu quod quis transfert, dicto c. si quis iam translatus in prin. 21. quæst. 2. & dicto consi. Paris. 45. lib. 4. nume. 16. Secundum fundamentum, quod pensio sit contra naturæ ordinem, & odiosa quia obrinetur sine labore, seu sine meritis: istud non est indistinctè uerum: & licet ante ipsam Paul. Roma. in præalleg. tracta. pensio. in octaua, & ultima quæst. nu. 21. & sequen. appeller pensionem neruum ferreum, & hircum sacrificij, quæ in cineres redigitur, & plagam feridam: subdès, quod sublata pensione, Ecclesia absoluitur, & reuertitur ad naturam suam: & Caccialup. in eod. tracta. quæst. 8. dicit eam habere instar seruitutis: & Hier. Gigan. in dicto tracta. quæstio. 8. & latius quæsti. 56. dicat, per pensionis impositionem scindi beneficium, quod prohibitum est. c. cum causam. & c. maioribus de præben. c. uni. ut Ecclesia. bene. sine dimi. cõse. tamen quãdo pensio constituitur in tanta summa pecuniaria, & non quota fructuum, non dicitur beneficium scindi per Docto. ubi suprã. Sed quicquid sit reducendõ ad pensiones, quæ modo imponi solent cū suis clausulis solitis, † Pensio reputatur nõ solum non odiosa, immo fauorabilis: tanto magis considerando eam esse deductam. nam apponi solet clausula, Ut melius sustentari ualeat. & sic ista est concessio pro sustentatione, ergo pro alimentis, seu ex causa alimentorum, ut per Roma. consi. 388. in casu propositi thematis nu. 3. & 5. & sic Alimentorum assignatio censetur in piam causam. glo. in. l. si quis Titio decem post princ. quæ æquiparat, siue sit quid relictum ad pias causas, siue pro alimentis. Deci. consi. 72. Viso puncto ante numerum 3. uers. & similiter causa alimentorum pia dicitur &c. & latè consi. 120. & pro tenui, quasi per totum, & nume. 4. ponit communem. Gigan. ubi suprã, quæst. 96. num. 5. ubi quod propterea pensio dicitur fauorabilis, etiam si consideremus eius principium, antequam sit in effectu deducta. Accedit etiam, quod pensiones imponuntur ex causa resignationis, ne quis nimium dispendium patiat: uel ex causa cõcordiæ, seu pro bono pacis. c. nisi essent cir. medium. ibi, pro bono pacis de præben. i. Feli. in dicto. c. ad audientiam el. 2. col. 2. in prin. uers. exemplifica cõ-

clusionem, ubi etiam quando ob euidentem utilitatem Ecclesiæ in dictis casibus reputatur fauorabiles præsertim in esse deductæ, ut per Hier. Gigan. in dicta quæst. 96. nume. 5. & sequen. uers. secundo uerò casu usque in finē: cuius dicta nō refero, quia uideri possunt. Ad do ultra eos, aliam

8 causam rationabilem, quando † pensio propter seruitia præstita illi, qui beneficium obtinet, super eius fructibus imponitur. Paris. consil. 82. pensio. 8. ducatorum in prin. uol. 4. ubi plura allegat. Tertium fundamentum D. Sarnen. est, quòd rarus est iste casus, quòd quis transferre possit pensiones: unde tunc ad ea, quæ raro accidunt, iura non debent adaptari uulg. l. nam ad ea. ff. de leg. l. ea, quæ raro accidunt. ff. de reg. iur. facit. c. nos si incompeteter. §. his ita el secundo. 2. quæst. 7. c. si. 4. quæst. 3. in si. ubi non attenduntur casus raro contingentes, seu miraculosi. Ad ista facilis est responsio, negando maiorem, uidelicet quòd iste sit casus rarus. Immo ostendo, quòd est casus frequens in cur. Roma. nam ultra cōcessiones similes, quæ tempore diuersorum Pontificum infinitis factæ fuerunt à tempore feli. re. Leo. 10. & citra. & hodie Milites S. Petri de numero participantium, qui sunt numero quadringenti, inter quos etiam ego sum, ultra alia notabilia, & dignissima priuilegia habet etiam facultatē transferendi pensiones etiam in articulo mortis. eandem etiam facultatē habere intellexi Milites S. Pauli, & forsan alios Milites, seu alios officiales. Quomodo igitur iste poterit cōnumerari inter casus raro contingentes Romæ? & ipsemet D. Sarnen. fuit etiam Miles S. Petri, sed oblitus forsan priuilegiorum, hæc scripsit. corrui igitur istud argumentum, cum non

9 sumus in raro contingentes. Immo in omnem casum dicta † l. Nam ad ea, limitatur, & interpretatur habere locum solum, quando aliquid raro contingit miraculosè, uel supra naturaliter, non autem quando raro, & naturaliter: quia hoc ultimo casu fit, seu fieri debet lex. ista interpretatio, seu intellectus, uel limitatio fuit Bar. in l. si maior natus. ubi exemplificat, & probat. C. de legit. hæred. post glo. ibi, quæ opponit, sed non soluit, & Saly. ibi simpliciter transit, subdens, quòd legislatores circa frequenter accidentia debent magis uacare. facit glo. in dicta. l. ea, quæ raro. de reg. iur. ante medium. ubi, quòd aliquando iura adaptantur ad ea, quæ raro accidunt per iura, quæ ibi adducit. Quartum & ultimum fundamentum D. Sarnen. quod magis urgere uidetur, est quòd † beneficij appellatione non ueniat pensio. alleg. Domin. in c. quamuis de præben. lib. 6. poterat allegare illud rex. qui ab omnibus ad hoc allegatur. ibi enim deciditur, quòd si mandatur alicui in beneficijs prouideri usque ad talē summam, non uenit pensio appellatione beneficiorum: & sic nō potest illi prouideri de pensione. facit c. audientia el. 2. & ibi Abb. in primo not. de rescript. & ibi Feli. ubi pensio, & beneficium ponuntur pro diuersis.

Lare

Lare Sylu. de beneficio par. 1. quæst. 3. nume. 11. Deci. super rub. de rescrip. col. 2. in si. uers. & appellatione beneficij non uenit pensio. & Gigan. in dicto tracta. pensio. quæstio. 28. Ad istud, & omnia alia cōtraria respondeo, ut in princ. huius quæst. quòd procedunt in pensione, quæ consistit in mera temporalitate: nō autem in illa, quæ datur in titulum beneficij, & reputari potest pro spirituali, ut sunt quasi omnes pensiones, quæ hodie Ro. Cur. assignari solent. D. Sarnen. regula præalle. quæst. 21. de anna. ubi distinguit & in si. dicit, illa addi possunt ad hanc quæstio. Insuper respondeo, quòd uerum est, quòd non uenit pensio in materia odiosa: fuscus uerò quando sumus in materia fauorabili. Gigan. in dicta quæst. 28. nume. 18. & in finalibus uerbis D. Sarnen. in si. dictæ quæst. 16. super hac regula. ubi quod iustius uideretur, quod huiusmodi translationes sub regula comprehenderentur: quia ex hoc maior Ecclesiarum fauor resularet &c. & in terminis nostris, quòd ubi sumus in dispositione, uel regulis continentibus materiam extensibilem, puta obuiatiam fraudis, appellatione beneficiorum ueniant hospitalia, & pensiones, cōcludit Feli. in c. de quarto col. 5. num. 16. & ante uers. & si aliqua dispositio iuris, & regularum &c. & uers. sicut pensiones & præstimoniam &c. de præscri. Quid tenendum? Breuiter concludo cum D. Sarnen. non ex fundamentis suis: sed quia ut supra in 1. quæst. & alibi sæpius tenui, regulam istam esse odiosam, exorbitantem, & contra iura, præsertim propter additiones, de quibus in ea. unde quia negari nō potest, quòd quomodocumque pensio considerata non sit propriè beneficium Ecclesiasticum, in ista materia exorbitanti, & odiosa tenerem appellatione beneficiorum, non uenire pensiones: & sic cessarent omnia contraria, quæ solum procederent in materia fauorabili & amplianda. ultra quòd uerè negari non potest, quin aliud & fati diuersum sit translatio pensionis, à renunciatione beneficij.

1 D V O D E C I M O Quæro, An † regula ista habeat locum in permutatione? Noua est ista quæstio. pro parte negatiua faciunt omnia fundamenta facta per D. Sarnen. in 3. quæsti. regulæ de publican. ad effectum illius regulæ à nu. 11. usque ad si. quæstio. demptis quarto, & sexto fundamentis ibi uideri poterunt, quæ pulchro ordine congeruntur, & quæ furari, & transplantare nefas putauit. Quintum etiam ipsius fundamentum adaptari posset, sed sub alijs terminis hoc modo uidelicet, quòd maior ratio militat in uno casu, quàm in alio: & sic maior ratio in resignatione, quàm in permutatione. quod probo, quia magis cadit præsumptio fraudis in resignatione, quàm permutatione, ut uidemus in c. 2. de renuncia. lib. 6. quòd præsumit fraudem, in resignationibus, nihil autem

2 disponit de permutationibus. Insuper † permutatio non inducit ueram

uacua.

uacationem beneficiorum & per illas non datur uera uacatio, **Federil de Sene. consi. 62. uers. uidetur col. 2. uers. illud autem tempus uacationis est momentaneum &c.** & postea uers. quod autem dixi supra &c. & consi. 73. factum tale est. & in tracta. permutation. eiusdem in. 18. quæstio. ibi, etiam quod in permutationibus non additur beneficium, sed unum loco alterius subrogatur. sequitur **Cardi. in. c. quæstum in. 19. quæstio. num. 15. de re. permutat. & Mil. in suo reperto. in uer. gratiam beneficij impetrans ex causa permutatio. & Gasp. de Peru. in tracta. reseruat. in quæstio. quis sit effectus reseruationis. fol. 6. num. 4. Accedit quod**

3 † Resignatio in fauorem certæ personæ reputatur odiosa: quia per eam
4 prouidetur personæ, & non beneficijs: At † permutatio censetur fauorabilis, quia per eam prouidetur beneficijs potius, quàm personis. c. quæstum, ultimo responso de rer. permutat. **Fede. de Sen. in dicto tract. permutat. quæst. 18. ubi quod permutatio sit ob necessitatem, uel utilitatem Ecclesiæ. & dicto consi. 73. col. 2. uers. Item permutatio, cum nõ fiat, nec fieri præsumatur, nisi beneficiorum utilitate exigente &c. Paul. Roma. in tracta. pensio. fol. 30. nu. 2. in quæsti. 7. quæsti, an pensio possit pro officio, uel beneficio permutari. Vltimo pro hac parte negatiua, ultra alia, quæ adduci possent, facit quod text. regulæ nostræ est diuersus ab illo regularum antiquarum. ibi enim exprimebatur etiam ex causa permutationis: hic uerò nullum uerbum de permutatione: & sic casus permutationis uidetur omissus, unde remanere debet in dispositione iuris communis. Cum igitur regula ista (ut supra probaui) sit exorbitans à iure communi, & odiosa, merito non sit extendenda ad casum omissum, diuersum nomine, & effectu. Pro parte uerò affirmatiua faciunt plura argumenta **D. Sarnen. in dicta quæst. 3. de publican. num. 2. & seque. & inter alia negari non potest, quin ratio regulæ, uidelicet, ad tollendum fraudem, ita uerificari possit in permutationibus, sicut in resignantibus. Et dictum. c. 2. de renunciat. lib. 6. à quo (ut omnes dicunt) regula ista spiritum sumpsit, ita procedit in permutantibus, sicut in resignantibus: & glo. ibi in uer. renunciat, extendit ad alios modos uacantes, licet ibi solum sit expressus modus uacandi per resignationem. & rationem ponit, quia solum fuit expressa renunciatio respectu tituli, qui tractat de renunciatione. & quod illud. c. 2. procedat etiam in permutantibus, confirmat glo. in. c. unico de uer. permutatione lib. 6. in uers. sine fraude. si igitur. c. illud à quo sumpta fuit regula ista, procedit in permutatione, eodem modo & regula nostra. Quæstio ista pro utraque parte esset satis disputabilis: sed affirmatiua opinio est uerior. & omissis argumētis, & respon- sionibus habemus **rex. clarum in uer. dimiserit. uult enim regula, quod in quacunque dimissione beneficij, dispositio huiusmodi procedat: sed******

per-

permutatio est unus modus dimissionis beneficij, ut latius tangam infra proxima quæstio. n. 9. ubi uerbum istud declarabo. & forsan uerificatur etiã in permutatione, & permutatio continet duos actus, uidelicet resignationem, & permutationem, seu cõmutationem, ut declarat **Boe. Deci. 2. num. 16. Et quia sumus in casu claro propter uerbum Dimiserit, cessabunt omnia fundamenta pro parte negatiua allegata. nec illa opinio, quod permutatio sit semper fauorabilis, & semper fiat ad necessitatem, & utilitatem Ecclesiæ est indistinctè uera, ut parebit ex proxima sequen. quæstio.**

DECIMOTERTIO quæro (supposita uera opin. affirmatiua, de qua supra proximè) An † Regula ista habeat locum in permutatione æquali, seu de paribus beneficijs? **D. Sarnen. quæst. 16. pluribus fundamentis cõcludit pro parte negatiua: & sic restringit, & limitat regulam solum procedere in permutatione inæquali, seu super inæqualibus beneficijs, &**

2 plura allegat, quæ non repero. Et ultra eum facit, quod † cessat prohibitio & fraus in permutatione æquali, etiam in materia profana, ut uidemus in marito permutante dotem constante matrimonio, uidelicet ex pecunia in rem, & ex re in pecuniam. **l. ita cum. l. sequen. ff. de iure dot. & ibi glo. 1. exponit utile, uel non damnosum, alijs &c. & sic æqualis permutatio admittitur, non autem inæqualis facit text. in. l. Imperator in fin. cum duab. leg. sequen. ff. de leg. 11. ubi grauatus restituere quicquid ex hæreditate post mortem supererit, potest cõmurare, reuẽdere, & alia loco illius emere: & sic potest fieri restitutio absque fraude in**

3 re permutata, dummodo æquali, seu æquivalenti. Accedit, quod † permutatio beneficiorum in pluribus casibus sit etiam cõtra inuitos, si beneficia sint æqualia: secus si inæqualia. **Cardi. latè in. c. quæstum de rer. permut. in. 38. quæstio. nu. 23. & in clem. uni. in. 6. quæst. num. 13. & Imol. nu. 15. eo. Insuper (ut supra dixi) regula ista est exorbitans à iure, quicquid alibi tenuerit. D. Sarnen. qui tamen hinc negare non potest ueritatem, & hoc expressè confitetur. debet igitur reduci ad ius commune, in quantum fieri potest, tum propter odium ipsius constitutionis exorbitantis: tum quia † uerba & dispositio intelligenda sunt secundum iura & iuris terminos. **l. 2. C. de noxali. l. si. in computatione, & ibi nor. C. de iur. deli. Bar. in. l. uxorem. §. testamento el. 2. ff. de legat. 3. Bal. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & in. l. Gallus. §. quidam rectè. in. 3. nor. ff. de lib. & posthu. Anchara. consi. 264. in prin. Dec. consi. 278. non leuis col. penul. nu. 4. uers. decimo, quia in dubio &c. & consi. 446. Viso elegantis num. 6. Iura autem † permutationem fraudulentam prohibent: nõ autem eam, quæ sine fraude sit. **c. unico de re. permutat. lib. 6. dubio Fasto. 22. Tertium dubium &c. ubi inæqualitas beneficiorum permutato-******

rum

rum inducit præsumptionem fraudis: ergo si beneficia sint æqualia, non cadit ista præsumptio fraudis. Et si intelligeremus regulam de permutatione non fraudulenta, uideretur iniqua, & irrationabilis, quod non tolleratur in aliqua lege, uel constitutione. c. erit autem lex. 4. distin. l. placuit. C. de iudi. & quando ratio non exprimitur in lege, omnino eam inuestigare debemus. l. cum pater §. dulcissimis cum materia. ff. de leg. 2. & l. quamuis. C. de fideicom. & quod uenit ex mente legis, dicimus ex uerbis legis peruenire. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerb. signi. Et tanto magis prædicta procedere uidentur secundum terminos nostræ regulæ, in qua nullum uerbum de permutatione. Satis igitur est extendere regulam ad permutationem, in qua uerisimilius fraus coniecturari potest. Pro parte uerò affirmatiua, quod immo regula intelligi debeat indistinctè, & sic de omni permutatione, siue æquali, siue inæquali: facit, quia habemus + uerba clara, & tex. clarum: quo casu non est recedendum ab ipsiis uerbis, nec est locus alicui interpretationi, seu declarationi. l. ille, aut ille. ibi. cum in uerbis nulla est ambiguitas & c. & l. non aliter in prin. ff. de leg. 3. l. Labeo uerfi. non enim ex opinionibus, cum his quæ sequuntur. ff. de suppellec. legat. Bal. in. l. uni. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollē. latē. Dec. cōsil. 89. uiso pūcto col. 2. nu. 2. & dixit Bal. cōsil. 343. examinanda. col. 2. num. 4. uerfi. & de isto lib. primo, quod

7 + Glosia non indigemus, ubi habemus tex. idem concludit cōsil. 174. casus est talis in si. uerfi. colum. 2. ubi contra Aduocatos cauillantes uerba

8 clara statuti. & ubi est + casus legis, ibi nulla cadit dubitatio. l. ancillæ, ubi Bald. & Alij. C. de furr. l. illam. C. de collar. Corne. cōsil. 109. Viso infrascripto themate in fin. lib. primo. Dec. consil. 452. Visa instructione colum. si. ante numerum. 27. cōsil. 484. num. 1. ubi extendit etiam ad statuta, cōsil. 658. aliās dum essem ante numerum. 3. & cōsil. 693. in statuto, in princ. In casu autem nostro habemus text. clarum. loquitur enim peruer. Dimiserit beneficium, & ultra quod pateat ad sensum, ostendam, quod infert quemcunque actum, per quem quis à se beneficium abdicat. + Dimitto. n. quod uerbu græce ἀφίεο dicitur, idem est, quod relinquo, seu derelinquo. & Dimissus idem quod relictus, seu derelictus. Cic. in. 4. Acad. in ista Philosophia, quæ nūc propè dimissa reuocatur. Volēs inferre Philosophiam esse iam quasi derelictum. & Homer. pri. Iliad. ἀλλὰ ἴθι μὴ μὲ ἐρέδιξε σαώτερῳ ὤσκενέκαί, idest, sed abi ne me obrundas, ut saluus uadās. & alibi eodem libro. Αλλὰ ἔν Ατρείδῃ Αγαμέμνονι ἦνδανε θυμῶ ἀλλὰ κρηῶς ἀφίει, idest, sed non placuit Agamemnoni, uerum illum malè dimisit. Et Aristopha. Plur. ἀναδέξαι γὰρ ἐπι κρημὸν πῶ αὐτὸν κρημῶν ἀπέμι πα. i. cum imposuero eum super motem, discedam, seu eum relinquam. Patet igitur ex autoritate sum-

morum

morum Authorum, quòd dimittere aliquid est à se abdicare seu relinquere, abijcere, renuere, uel postergare. quomodocunque igitur quis beneficium à se abdicet, uel illum dimittat, habet locum regula nostra, uerè & secundum terminos approbatorum authorum intelligendo. Sed qui permutat beneficium, quod prius obtinebat, siue sit alteri æquale, siue inæquale, siue sit pingue, siue exiguum, illud omnino relinquit, & à se abijcit, & abdicat. Ergo regula nostra uerè intellecta in quacunque permutatione, tam æquali, quàm inæquali procedit, & aliter intelligere est impropriare, immo lacerare uerba, & sensum. Et cum habeamus text. clarum, & uerba aperta, cessant omnia argumenta in contrarium facta: quæ procederent in casu dubio, & quando esset locus interpretationi uerborum: non autem in casu nostro, qui non indiget alia interpretatione, quàm suprà data ex proprietate uerbi illius Dimitto. Secundo facit, quia + Verbum resignauerit, & uerbum dimiserit in hac regula sub uno determinabili ponuntur. ergo pariformiter determinari debent. Vulg. l. nam hoc iure. §. sed si alter. ff. de uulg. & pupill. & ibi Bar. in. 1. no tab. l. hæreditarem, & l. quamuis. C. de impuber. l. in testamento. i. respōso. C. de milita. testa. Ang. cōsil. 143. ante si. ubi extendit etiam ad statuta. Sicut igitur regula procedit in quacunque resignatione: dummodo quis infra uiginti dies ex illa infirmitate decedat: eodem modo intelligi debet de quacunque alia dimissione, si intra illos dies ex tali infirmitate decedat, nulla alia facta distinctione, seu suppletionē. Tertio, pro hac parte pondero, quòd ratio huius regulæ, quæ passim datur, est ne beneficia efficiantur quodammodo bona patrimonialia, de illis quæ disponatur in extremo uitæ spiritu, ut de bonis hæreditarijs, cōtra tex. & ibi not. in c. 1. de præben. & c. Moses. 8. quæsti. 1. quæ ratio militat etiam in permutatione æquali, sicut inæquali, & sicut in resignatione simplici. Et

11 quia + tractatur de tollenda fraude, latissima debet fieri interpretatio. l. 1. §. sed & constitutio & §. pecuniam autem. ff. de calumniat. l. sed Iulianus in prin. & §. inundatio. ff. ad Macedon. Dec. consil. 195. in casu proposito. num. 2. consil. 301. In causa, quæ Ferrariæ. nu. 7561. nu. 5. & 660. num. 9. & quia pro salute animæ. Ias. post glo. Bar. & Alex. in. l. si constante. ff. solu. matri. num. 78. uerfi. 20. limita. ubi ampliat etiam ad materiam exorbitantem, quando est identitas rationis. Tertio, quia + uerba etiam statuti, & sic quæ aliās strictè essent interpretanda, debent intelligi, ut aliquid opereretur. Bar. in. l. 4. §. Prætor ait num. 15. uerfi. quæro, quid si statutum. ff. de dam. infec. & in. l. 3. ff. de usuca. c. si Papa de priuileg. lib. 6. Alexand. cōsil. 36. cōsideratis his, in si. lib. 4. Dec. consil. 502. ex duobus nu. 6. cōsil. 517. In Ciuitate Rauennæ nu. 12. & cōsil. 617. ad eò plenè, num. 9. ut interpretari solum regulam procedere, quādo permutatio inæqualis, quia tūc

Y Y so.

solum possit excogitari fraus, & sic disponere in casum fraudis tantum, regula ista nihil operaretur: quia iam in euentum fraudis dispositum erat. per c. 2. de renunci. lib. 6. Quarto, quia ut pluries. D. Sarnen. dixit, & reperit quæst. 21. nu. 2. & ante ipsum Glossator hic, duæ rationes assignantur super promulgatione huius regulæ. Vna propter fraudes, quæ fieri poterant contra expectantes, & contra ordinarios. Altera, de qua supra, uidelicet, ne de beneficijs disponeretur, ut de rebus hæreditarijs.

13 †Ratione una sublata, remanente altera, quæ est successiois euitandæ, debet remanere dispositio, & dispositionis effectus, uulgar. 6. affinitatis Instit. de nupri. Dec. consil. 503. superioribus ante si. & consil. 565. clarissima num. 6. ad effectum istius regulæ, licet in alijs terminis. Dec. 32. num. 10. uersi. si uerò uolumus, ut duæ sint rationes, & D. Sarnen. dicta quæst. 21. nume. 2. Quid tenendum? utraque pars uideretur posse sustineri. Prima uideretur magis æqua, & benignior: pars uerò affirmatiua magis inhæret literæ, ac menti præsumptæ conditoris. Non omitto, quòd Domini de Rora in casu. D. Sarnen. non obstantibus eius motiuis contrarium tenuerunt. sub die. 11. & 20. Februarij. & 27. Martij. 1549. in una Maioricens. parochialis sancti Nicolai, coram R. P. D. Antonio Augustino pro. d. Francisco Roburor antiquo & practico Ro. Cur. causarum Procuratore contra Thomam Tassaquer.

1 DE CIMO QVARTO QUÆRO, † An regula habeat locum, quando sit resignatio reseruatis fructibus? D. Sarnen. quæstio. 20. non figit pedes, dicens tandem cogitandum esse. Breuiter omitta longa disputatione, pars affirmatiua tenenda est, tum propter idètitatem rationum, si enim rationes regulæ (pro ut dicunt) sunt, ne de beneficijs disponat quis, ut de bonis hæreditarijs, hæc ratio hic militat. siue dicamus regulam esse in fauorem expectantium, uel ordinariorum, adhuc ista ratio in casu proposito militabit. Immo cum occasione fraudis resistendum sit, maior fraus, frequentiorque fraudis occasio hic considerari poterit. facilius enim in firmus, qui dubius est, an superuiuere, an mori debeat, inducetur ad istas resignationes, si futurus cessionarius sibi polliceatur, consentiatque omnes fructus cedentis uita durante. libentius enim quis sub his modis, uel conditionibus cedit, quam purè: ut etiam dicimus facilius † renunciationem iuris ad rem, quam in re induci. c. si. de concess. præben. lib. 6. c. penult. & ibi nota. de præben. eo. lib. Paris. consil. 76. an capitula nume. 9. uersi. eo maxime uol. 4. Insuper resignatio cum reseruacione fructuum resignatio est, ergo in regula comprehendatur. Accedit, quòd reseruatio fructuum non alterat, nec impedit, quin cessio effectui demandetur. Papa enim reiecta conditione, seu qualitate reseruacionis fructuum in toto, uel pro parte, potest resignationem admittere, seu admitti mandare.

† Tur.

3 † Turpibus, enim conditionibus appositis, seu adiectis posthabitis, principalis actus, præsertim fauorabilis sustinetur. l. quidam. ff. de condi. insti. tu. ubi † conditione turpi, uidelicet, Si reliquias testatoris in mare proiciat, reiecta, testamentum ualeat: ut etiam institutio remanet, reiecta conditione dirimendi matrimonium, tanquam turpi. l. reprehendenda. C. de insti. & subli. c. si. in fi. cum glo. penult. de condi. appo. Anto. Corset. in suis singu. in uersi. pactum el secundo, ubi latè. Quòd autem pactum 5 istud † reseruacionis omnium, seu partis fructuum in cessione, seu resignatione sit turpe, nisi à summo Põtifice approbetur: & in tantum dicatur honestum, in quantum auctoritas & dispensatio Papæ se extendit, & nihilo plus, facit. c. quam pio ante si. ibi, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset cõuentio & c. i. quæsti. 2. c. cum pridem de pact. c. quæsitum, & c. cum uniuersorum cum glo. in uer. tractare. de rerum permu. latè. Dec. consil. 141. ad plura dubia post princ. & per totum consil. & quasi in terminis nostris Roma. consil. 359. quia beneficij resignatio, & expressus per Feli. consil. xi. Papa cõcedit per totum, ubi plura ad hoc adducit. Liberalitas igitur Papæ non debet impedire effectum huius regulæ, nisi aliud expresse caueatur, minusque debet sine causa rationabili præiudicari expectantibus, & ordinarijs. Et si aliter diceremus, sequeretur maximum absurdum, quòd omnes in extremis agentes resignarēt cum reseruacione fructuum, & sic fraus legi fieret.

1 DE CIMO QVINTO, QUÆRO cum. D. Sarnen. † An regula habeat locum in beneficio patrimoniali? Ipse non figit pedem. Primo enim pro parte negatiua allegat dictum Feli. in quibusdam suis recollectis, & rationem per eum datam, quòd renunciatio talis beneficij, nec expectantibus, nec ordinario noceat: ergo cessat ratio regulæ. postea oppugnat dictum Feli. respondendo etiam, quòd cessaret una ratio, uidelicet fraus contra expectantes, & ordinarium: non cessat alia ratio: ergo sit locus regulæ. saluat postea dictum Feli. in uno casu. ut ibi, tandem residet in his uerbis, uidelicet. Tenenda tamen est opinio Rotæ propter eius auctoritatem. nec dicit, quæ sit ista opinio Rotæ, nec de aliqua tali opinione Rotæ uerbum aliquod præmisit. possumus igitur dicere cum Horatio. Obscurus fio, dum breuis esse laboro. Ego credo, quòd ipse intellexerit, quòd annotatio Feli. sit ex mète, seu super resolutione Rotæ. unde cum ipse D. Sarnen. duo fecisset, primo impugnaverit dictum Feli. secundo illud saluando restrinxerit, & limitauerit: tandem dicit standum esse opinioni Rotæ, quasi recedat ad oppugnationem, & restrictionem, & approbet primum dictum. Vtunque sit, quæstio huiusmodi est magni ponderis, & à nouis in Cur. Ro. parum intellecta. & quia utilis, & quotidiana, præsertim tractantibus causas Hispanas, quæ secum ferunt lac, & lanam, &

YY ij hono.

solum possit excogitari fraus, & sic disponere in casum fraudis tantum, regula ista nihil operaretur: quia iam in euentum fraudis dispositum erat. per c. 2. de renuci. lib. 6. Quarto, quia ut pluries. D. Sarnen. dixit, & reperit quæst. 21. nu. 2. & ante ipsum Glossator hic, duæ rationes assignantur super promulgatione huius regulæ. Vna propter fraudes, quæ fieri poterant contra expectantes, & contra ordinarios. Altera, de qua supra, uidelicet, ne de beneficijs disponeretur, ut de rebus hæreditarijs.

13 † Ratione una sublata, remanente altera, quæ est successione euitandæ, debet remanere dispositio, & dispositionis effectus, uulgar. 6. affinitatis Instit. de nupri. Dec. consil. 503. superioribus ante si. & consil. 565. clarissima num. 6. ad effectum istius regulæ, licet in alijs terminis. Dec. 32. num. 10. uersi. si uerò uolumus, ut duæ sint rationes, & D. Sarnen. dicta quæst. 21. num. 2. Quid tenendum? utraque pars uideretur posse sustineri. Prima uideretur magis æqua, & benignior: pars uerò affirmatiua magis inhæret literæ, ac menti præsumptæ conditoris. Non omitto, quòd Domini de Rora in casu. D. Sarnen. non obstantibus eius motiuis contrarium tenuerunt. sub die. 11. & 20. Februarij. & 27. Martij. 1549. in una Maioricens. parrochialis sancti Nicolai, coram R. P. D. Antonio Augustino pro. d. Francisco Roburtor antiquo & practico Ro. Cur. causarum Procuratore contra Thomam Tassaquet.

1 DE CIMO QVARTO QUÆRO, † An regula habeat locum, quando sit resignatio reseruatis fructibus? D. Sarnen. quæstio. 20. non figit pedes, dicens tandem cogitandum esse. Breuiter omiſſa longa disputatione, pars affirmatiua tenenda est, tum propter idèritatem rationum, si enim rationes regulæ (pro ut dicunt) sunt, ne de beneficijs disponat quis, ut de bonis hæreditarijs, hæc ratio hic militat. siue dicamus regulam esse in fauorem expectantium, uel ordinariorum, adhuc ista ratio in casu proposito militabit. Immo cum occasione fraudis resistendum sit, maior fraus, frequentiorque fraudis occasio hic considerari poterit. facilius enim in firmus, qui dubius est, an superuivere, an mori debeat, induceretur ad istas resignationes, si futurus cessionarius sibi polliceatur, consentiatque omnes fructus cedetis uita durante. libentius enim quis sub his modis, uel conditionibus cedit, quam purè: ut etiam dicimus facilius † renunciationem iuris ad rem, quam in re induci. c. si. de concess. præben. lib. 6. c. penult. & ibi nota de præben. eo. lib. Paris. cõsil. 76. an capitula nume. 9. uersi. eo maximè uol. 4. Insuper resignatio cum reseruatiõne fructuum resignatio est, ergo in regula comprehendatur. Accedit, quòd reseruatio fructuum non alterat, nec impedit, quin cessio effectui demandetur. Papa enim reiecta conditione, seu qualitate reseruatiõnis fructuum in toto, uel pro parte, potest resignationem admittere, seu admitti mandare.

† tur.

3 † Turpibus, enim conditionibus appositis, seu adiectis posthabitis, principali actus, præsertim fauorabilis sustinetur. l. quidam. ff. de condi. insti. tu. ubi † conditione turpi, uidelicet, Si reliquias testatoris in mare projiciat, reiecta, testamentum ualeat: ut etiam institutio remanet, reiecta conditione dirimendi matrimonium, tanquam turpi. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. c. si. in fi. cum glo. penult. de condi. appo. Anto. Corset. in suis singu. in uersi. pactum el secundo, ubi latè. Quòd autem pactum
5 istud † reseruatiõnis omnium, seu partis fructuum in cessione, seu resignatione sit turpe, nisi à summo Põtifice approbetur: & in tantum dicatur honestum, in quantum authoritas & dispensatio Papæ se extendit, & nihilo plus, facit. c. quam pio ante si. ibi, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset cõuentio & c. i. quæsti. 2. c. cum pridem de pact. c. quæsitum, & c. cum uniuersorum cum glo. in uer. tractare. de rerum permut. latè. Dec. cõsil. 141. ad plura dubia post princ. & per totum cõsil. & quasi in terminis nostris Roma. cõsil. 359. quia beneficij resignatio, & expressus per Feli. cõsil. xi. Papa cõcedit per totum, ubi plura ad hoc adducit. Liberalitas igitur Papæ non debet impedire effectum huius regulæ, nisi aliud expressè caueatur, minus que debet sine causa rationabili præiudicari expectantibus, & ordinarijs. Et si aliter diceremus, sequeretur maximum absurdum, quòd omnes in extremis agentes resignaret cum reseruatiõne fructuum, & sic fraus legi fieret.

1 DE CIMO QVINTO, QUÆRO cum. D. Sarnen. † An regula habeat locum in beneficio patrimoniali? Ipse non figit pedem. Primo enim pro parte negatiua allegat dictum Feli. in quibusdam suis recollectis, & rationem per eum datam, quòd renunciatio talis beneficij, nec expectantibus, nec ordinario noceat: ergo cessat ratio regulæ. postea oppugnat dictum Feli. respondendo etiam, quòd cessaret una ratio, uidelicet fraus contra expectantes, & ordinarium: non cessat alia ratio: ergo sit locus regulæ. saluat postea dictum Feli. in uno casu. ut ibi, tandem residet in his uerbis, uidelicet. Tenenda tamen est opinio Rotæ propter eius autoritatem. nec dicit, quæ sit ista opinio Rotæ, nec de aliqua tali opinione Rotæ uerbum aliquod præmisit. possumus igitur dicere cum Horatio. Obscurus fio, dum breuis esse laboro. Ego credo, quòd ipse intellexerit, quòd annotatio Feli. sit ex mète, seu super resolutione Rotæ. unde cum ipse D. Sarnen. duo fecisset, primo impugnaverit dictum Feli. secundo illud saluando restrinxerit, & limitauerit: tandem dicit standum esse opinioni Rotæ, quasi recedat ad oppugnationem, & restrictionem, & approbet primum dictum. Vtunque sit, quæstio huiusmodi est magni ponderis, & à nouis in Cur. Ro. parum intellecta. & quia utilis, & quotidiana, præsertim tractantibus causas Hispanas, quæ secum ferunt lac, & lanam, &

YY ij hono,

honorant, & replent curiam istam, & à Doctoribus sicce, & obiter tacta reperitur, altius odiat. Assumo igitur partem negatiuam, quæ si approbata fuit à Feli. uiro magnæ authoritatis, & ab ipso. D. Sarnen. immo ab ipsa Rora, ut Sarnen. uideretur attestari, uideretur omnino tenenda. † Muranda enim nō sunt, quæ diu certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legi. Dec. cōsi. 429. num. 7. & 469. nu. 13. Accedit pro ista opin. quod ambæ rationes, quibus dicunt fundatam esse regulam ipsam, cessant in resignatione beneficij patrimonialis. prima enim, quæ est, ne fraus committatur contra expectantes, & ordinarium, ut uult Feli. cessat, & id etiā confiteretur. D. Sarnen. seu præsupponit, dum contra Feli. opinio. arguit. Altera ratio, ne beneficia dentur per uiam successionis, licet ipse aliud dicat, uideretur etiā sublata. successio enim cōsiderari nō potest, ubi nō datur libera facultas disponendi. Nam † liberè id dicitur fieri: quod sine alterius requisitione, & eo inuito agitur. seu tractatur. c. 1. post prin. ibi. liberè potest, & ibi Doct. de reg. iuris, lib. 6. glo. & Dec. in. c. si pro debilitate de offi. deleg. Alex. cōsi. 12. Viso themate nu. 1. & consi. 14. Viso & cōsiderato num. 3. uol. 2. licet enim quis resignet beneficium patrimoniale, ut de eo Titio prouideatur: nisi ille Titius sit filius patrimonialis, nō poterit sibi de eo prouideri. Secūdo, cū talia beneficia sint de iure patronatus Laicorum, ut uoluit Staphi. olim Roræ Auditor in tracta. utriusque signaturæ. fol. 15. procedent etiā omnia illa argumēta facta per. D. Sarnen. supra quæst. 17. dum quærit, an regula procedat in beneficijs iuris patronatus: quæ ibi uideri possunt. cū igitur utraque ratio regulæ cessare uideatur, & ipsa cessare debet. Tertio adduci potest, quod † patrimonialia beneficia non ueniunt sub simplici prolatione, seu uerbo beneficiorum. habent enim diuersam naturam, & qualitatē. nam uidemus, quod in adeptione beneficij quis tenetur facere mētionē de obrētis: alioquin gratia nō ualeat. c. in nostra, & ibi Hostien. Abb. & Feli. plenissimè de rescript. & tamen de Titulo patrimonij, ad quem quis est ordinatus, in literis gratiæ non tenetur facere mentionem. Cald. consi. 6. an. si Episcopus sub tit. de præben. col. 2. uerfi. an de præsimonijs: qui allegat eius patrem in dicto. c. in nostra quæsti. 6. Quarto, cū regula ista (ut probatum fuit) sit exorbitans, & odiosa, † dispositio de simplicibus loquens, non comprehendit casus qualificados, & diuersæ naturæ. l. 1. ff. de donat. c. statutum de electi. lib. 6. Dec. consi. 301. num. 1. & 472. num. 7. Quinto, quia † indefinita locutio in materia pœnali, nō æquipollet uniuersali. l. 2. & ibi. glo. magna & Doct. ff. de lib. & posth. l. si seruitus in prin. ff. de ser. uir. urb. prædi. Ruy. consil. 3. uideretur 1. facie col. fin. uerfi. ad hoc ergo, ut istud. uol. 5. & si Papa uoluisset hanc regulam extēdi ad beneficia patrimonialia, dixisset saltem per uerba uniuersalia, ut fecit in regula de

Veri-

Verisimili, de Triennali, & plerisque alijs, ubi usus est uerbis uniuersalibus. Pro parte uerò affirmatiua, facit argumentum D. Sarnen. quod negari non potest † patrimonialia beneficia, quæ hodie dantur in titulum perpetui beneficii, esse uerè, & realiter perpetua beneficia Ecclesiastica. & ultra Feli. per eum adductum in c. postulasti de rescrip. nume. 5. idem concludit. ibi Ioan. Andr. col. 2. super ultima glo. ubi, quod quando quis est ordinatus ad titulum patrimonij, necesse habet facere mētionem de illo titulo patrimonij. & ratio est, quia uerè est beneficium, unde de eo mentio fieri debet. & sic cessat tertium fundamentum supra in contrarium factum, quod procederet in secundo casu posito ibi per Ioan. And. uidelicet, quando quis non est ordinatus ad titulum patrimonij. Idem etiam concludit Io. And. in c. si pauper super glo. 2. nu. 2. & ante si. de præben. lib. 6. & Abb. in dicto. c. postulasti & dictum Io. And. communiter tenetur, ut attestatur Syl. de beneficio par. 3. quæst. 12. nu. 27. cū igitur uerè sit beneficium, comprehendit debet sub uerbis indefinitè positis: tanto magis in † indefinita legis, etiam quod esse in materia odiosa: & sic responderetur quinto argumento in contrarium facto. communis enim se habet, quod indefinita legis æquipollet uniuersali: contrarium uerò argumentum procederet in indefinita hominis, ut hanc dicit communem Cur. lun. consi. 10. num. 3. & consi. 107. nu. 3. & 4. Deci. consi. 287. in Ciuitate Placentiæ nu. 15. ubi quod indefinita prolata ab homine, non æquipollet uniuersali. Secundo, cū possit renunciari beneficium patrimoniale, sicut alia beneficia, licet in modo prouidendi sit aliqua differentia, per hoc non alteratur renunciatio, & sic locus erit regulæ. † Renunciare enim beneficio Ecclesiastico quilibet potest, dummodo in manibus sui prælati. c. admonet. ibi, aut te dimittere inconsulto. de renuci. Paris. consi. 135. Ioannes ex collatione nume. 2. uol. 4. immo & ipsi Paparui renunciari potest. c. 1. eo. lib. 6. Immo etiam renunciatio non admissa, obstat respectu ipsius renunciantis. Ror. in no. 62. permutanti non competit & c. & 352. si opponitur. Tertio, esto, quod renunciatio plena & effectualis fieri nō posset, adhuc ex uerbo illo Dimiserit, super quo late scripsi in proxima præceden. quæst. negari nō potest, quod locus regulæ non sit eo ipso, quod quis beneficium dimittit, tunc enim nihil curandum est, quid postea sequatur, cū solus actus dimissionis sufficiat, & regula in hoc clarè loquitur. Quarto considerari potest, quod eademmet rationes, quæ militant in alijs beneficijs, cōcurrunt etiam in his patrimonialibus. & dato quod cōcedendum esset, quod expectantes non possint acceptare beneficia patrimonialia, ut tener Staphi. supra allegat. in cōtrarium super signatura fol. 15. ramen ipse non negat: immo concedit, quod expectatiua etiam conceditur ad patrimonialia

nialia ex fauore. & ratio, quam ipse allegat, nō facit ad quæstionem nō
 stram. Immo nō est uera, quōd eo ipso, quōd sunt patrimonialia, sint de
 iure patronatus, ut infrā ostēdam. & sic secundum fundamentū in con-
 trarium factum, quod præsupponit ista beneficia esse de iure patrona-
 tus, non subsistit. & quatenus cessaret ista ratio defraudandi expectan-
 tes, nō cessaret alia, quæ est defraudare ordinarios: & sic dispositio alijs
 rationibus remanentibus nō cessaret, uulga. s. affinitatis Instit. de nupt.
 & licet D. Sarnen. arguens pro ista parte concesserit contrarium asse-
 rentibus cessare fraudem contra ordinarios, illorum quæ præiudicium
 non posse cōsiderari in his patrimonialibus: ego contrariū teneo, quōd
 immo ordinarius etiam illis, & illorum collatione defraudari possit:
 quia eorum collatio ad ipsum spectat, licet cū aliquali differentia à col-
 latione aliorum beneficiorum, ut infrā deducam. & sic cessat primum
 fundamentum in contrarium factum. cui etiam responderi potest, quōd
 etiam in beneficijs patrimonialibus, potest considerari successio, puta si
 patrimonialis in patrimoniale consanguineum resignat. Quid tenen-
 dum? Ego concludo pro hac parte affirmatiua: & pro maiori cognitio-
 ne ueritatis, ut quæ parum experti in Cur. Roma. melius rimari possint.

11 argumenta suprā facta, & ueritatem ipsam, pro illis præmitto, quōd t̄ be-
 neficiorū ecclesiasticorum duo sunt genera. aliqua enim sunt secularia,
 aliqua regularia. & quæ sint ista melius, quàm alius, prosequitur Syl. de
 beneficio parte. 1. quæst. 2. nume. 6. usq; ad fi. quæst. & larē Paul. Roma. in

12 tracta. pensio. in 7. quæstio. fol. 19. & sequen. Item t̄ secularia beneficia
 aliqua sunt libera, & ad liberam dispositionem ipsius prælati, aliqua nō:

13 & omnia t̄ libera præsumuntur, non autem seruitoria, nisi contrarium
 proberur. Inno. in c. cū uenerabilis in fi. de except. Beneficia uerò nō
 libera duobus modis considerari possunt. uno, quōd sint de iure patro-
 natus, toto titulo de iure patronat. altero, quōd sint patrimonialia, id est,
 quod necessariò sint conferenda filijs patrimonialibus. potest etiam si-
 mul utrunque concurrere, uidelicet quōd sint de iure patronatus, &
 etiam patrimonialia: & hoc ultimo casu communiter filij patrimoniales
 habentius præsentandi soli, uel cum alio nō patrimoniali. & ordi-
 narius instituit, & sic ordinarius habet solum institutionem, seu confir-
 mationē. At iste non est casus nostræ quæstionis. fateor enim, quōd tunc
 difficilius expectatiua cōcederetur iuxta terminos Staphil. ramen con-
 culcat patrimonialitatem, cum iure patronatus, & malè iudicio meo.
 præsupponit enim quōd omnia beneficia patrimonialia sint de iure pa-
 tronatus laicorum: quod est falsum. quæstio uerò mea, posita etiam per
 D. Sarnen. loquitur in beneficijs patrimonialibus, semora ista alia quali-
 14 tate iuris patronatus. Et de istis t̄ beneficijs patrimonialibus modo, quo
 sumuntur

sumuntur in Ciuirate Burgensī, Calaguritana, Palērina, & alijs locis Hi-
 spaniarum, nō uidi tex. aliquem in terminis, nec illorum materia in iure
 tangitur: licet ad sint canones de patrimonio clerici loquentes. qui ta-
 men de istis beneficijs patrimonialibus non loquuntur, ut ostendam. Et

15 præmitto, quōd de iure quis t̄ ordinari non debet ad sacros ordines sine
 titulo: alioquin Episcopus ordinans prouidere illi debet, unde uiuat do
 nec titu. consequatur. c. Episcopus si aliquem, & c. cū secundum Apo-
 stolum de præben. Quod etiam procedit in ordinibus minoribus c. non
 liceat eod. Erat dubium, quid in ordinato, qui habebat proprium patri-
 monium. non tamen habebat beneficium aliquod, & text. in c. tuis de
 præben. decidit, quōd habens sufficiens patrimonium poterit ordinari,
 & sic absq; eo, quod Episcopus teneretur illi aliquid suum subministra-
 re, seu de alio beneficio prouidere, ut declarat ibi glo. 1. Erat etiam du-
 bium, an habens Vicariam perpetuam, seu sufficiens patrimonium, im-
 petrans beneficium, teneretur de Vicaria, & patrimonio facere mētio-
 nem, & an Episcopus per literas Iustitiæ, id est in forma cōmuni, seu in
 forma, cū secundum Apostolum, arctetur tali prouidere. tex. in c. po-
 stulasti de rescript. utrunque proponit. decidit tamen solum in habente
 Vicariam perpetuam Episcopum non teneri, & literas non ualere. glo.
 ibi in uer. prouentibus, tenet literas in habente patrimonium ualere, li-
 cer tex. ibi non decidat, quia ex duobus præmissis, uno negato, alterum
 uideatur cōcessum. c. nōne de præsump. tandem Io. And. in dicto. c. po-
 stulasti post prin. & super glo. ult. & Abb. Feli. & alii, & Io. And. in dicto
 c. si pauper de præbē. lib. 6. super glo. 2. transeunt cū distinctione, de qua
 suprā: uidelicet quōd aut patrimonium est ordinatum in titulum bene-
 ficij, aut non. in primo casu reputetur pro uero beneficio, & de illo sic
 facienda mentio: secus in secundo casu. allegatur etiam pro prædictis. c.
 tua nos de symonia. ibi, quis potest creari canonicus, & beneficia sua
 pro præbenda retinere. Prædicta autem iura non concludunt talia be-
 neficia esse patrimonialia, de quibus nos loquimur, nec Doctores super
 dictis iuribus declarant, quæ sint beneficia patrimonialia, licet tam iura
 quàm Docto. concedant patrimonium conuerti posse in titulum bene-
 ficij, seu in præbendam? Et secundum terminos dictorum canonum, pa-
 trimoniū, quod græce *οὐσία* dicitur pro hæreditate à patre relicta, & hoc
 modo accipit Cicero de Oratore sub his uerbis, Patrimonij sui, & defen-
 sor iuris paterni. & text. in l. quantitas patrimonij. ff. ad l. Falcid. & l. se-
 16 quen. in prin. Patrimonialia t̄ autem beneficia, unde nomen sumpserint,
 & quæ sint, nunc subiiciam ex his, quæ legi, & ex his quæ audiui ab ip-
 sis litigantibus super talibus beneficijs. & Ego fui, & sum Aduocatus in
 pluribus causis super beneficijs patrimonialibus Hispaniarum, quarum
 plures

plures terminari uidi secundum iura statutaria, & synodalia desuper edita, quæ diuersa sunt, secundum locorum diuersitatem. Pro etymologia igitur huius termini, seu nominis patrimonialium intelligenda à qua
 17 † Etymologia licitum est arguere. l. 2. §. appellata. ff. si cert. per. l. Tugurium. ff. de uerb. signi. l. facta. §. si uidenda. ff. ad Trebell. c. clero 21. distin. c. si cupis 16. quæst. 1. c. clericus 12. quæst. 1. c. puberes de spons. impub. Videamus an ex eo sic patrimonialia appellentur, quòd à patrimonio, idest paterna hereditate ueniant secundum interpretationem, de qua supra & certè ad terminos nostros malè uideretur posse adaptari talis deriuatio: nisi dicamus, quòd beneficia, de quibus loquimur, propterea dicantur patrimonialia, quia instituta à parentibus eorum, quibus postea tanquàm filiis patrimonialibus conferenda sunt. & sic patrimonialia, quasi à patribus, seu auis instituta, ut dentur, & cõferantur filiis, & aliis successoribus in infinitum. Sed & illud ob stare uideretur, quòd non omnes eiusdè loci, Diocesis, seu Parrochiæ filii patrimoniales dici possent, sed illi tantùm, qui tales auos, uel patres habuissent. Secundo modo etymologia sumi posset, quòd dicantur beneficia patrimonialia, eo quòd ab aliquibus super eorùm patrimonio instituta sint, seu patrimoniũ beneficiis assignatũ fuit in titulũ patrimonii, & sic de patrimonii effecti fuerint tituli perpetui beneficiorũ. nec curo an patribus, uel auis illorũ, quibus talia beneficia cõferenda erunt, ab aliquibus ex beneficiis, uel ordinatis, seu ab aliis quibuscunq; sic ordinati fuerint, uel illis patrimonialia perfecta fuerint. potest. n. quis ordinari ad titulũ sui patrimonii, uel alterius, prout per Io. And. in alleg. c. si pauper de præben. lib. 6. super glo. 2. nu. 2. ubi expressè hoc dicit, & cū eo alii transeūt. Tertio modo summi potest deriuatio à patria: unde illa dicantur beneficia patrimonialia, quæ sunt in tali patria, quæ ex cõcessione Apostolica, uel statutis, seu synodalibus constitutionibus natis, seu degentibus in tali patria secundum diuersitatem statutorum, seu constitutionum cõferri necessariò debeant. & sic illa erunt beneficia patrimonialia, quæ talibus filiis patrimonialibus assignari possunt, & debent, & nõ illis personis. De istis beneficiis, & filiis patrimonialibus loquitur Cassad. decis. 8. de præben. quæ omnino uideatur, ubi permittit, quòd multa sunt talia beneficia in Hispania, ad quæ patrimonialia, seu naturales oriundi ex ipsis locis, Villis, aut Castris habent facultatem se opponendi, quando uacant: & ordinarii tenentur conferre illa habilioribus. & hos terminos patrimoniales, & naturales pro eod. accipit. De istis etiam beneficiis patrimonialibus loquitur D. Sarnè. in. 1. quæsti. regulæ, De nõ tollendo iure quæsto nume. 10. uerũ. & quod dictum est. Stylus igitur, & communis usus aliquorum locorum Hispaniarum est, quòd uacante beneficio patrimoniali tantùm, nõ loquor de illo,

illo, quod est de iure patronatus, pluribus concurrentibus ad illud beneficium sese inuicem opponunt: & oppositio talis habetur loco acceptationis. ordinarius causa cognita, ac discussa, qui sit habilior, declarat talem magisabilem, & idoneum, & illi beneficium deberi, mandatq; illum in possessionem immitti. Et notanda sunt illa uerba Cassado. ubi supra, uidelicet ad quæ filii patrimonialia, seu naturales oriundi ex ipsis locis &c. Et sic omnino uidetur concludere pro ista ultima etymologia. naturales enim oriundi, quantum ad rem nostram attinet, illi dicuntur, qui in aliquo loco nati sunt: & sic naturales, quasi in tali loco nati.
 18 nec expositio ista, & ista deriuatio discrepat à iure communi. † Natiuitas enim propria, seu paterna facit aliquem ciuem, siue municipem, & plura cõmoda tribuit. l. 1. in prin. l. assumptio. §. filius. ff. ad municipal. l. filios. C. de municipi. & de origin. lib. 10. & l. ciues. & utrobique Barr. C. de incol. eod. lib. latè per Ias. post Paul. de Cast. & alios. in. l. huiusmodi. §. legatum in. 4. nota. ff. de leg. 1. nec uideatur nouum, quòd per tales constitutiones synodales dispositum sit, quòd talibus filiis patrimonialibus, &
 19 naturalibus loci beneficia conferantur. nam & de iure beneficia conferri, seu concedi debent clericis loci, ubi beneficium consistit. in ecclesijs. C. de Episcopis & cleri. c. nec emeritis, & c. sequen. 61. distin. c. bene. el. 2. ibi, nec uellemus præficere alienũ. de postul. prælat. Abb. in c. si proponente de rescript. ubi, quòd † Taciturnitas nationis subreptionem inducit: quia si expressisset se forenssem, non concessisset sibi gratiam, uel non ita de facili. Dec. consi. 541. Visa donatione, & consi. sequen. nu. 13. & consi. 696. reuera cõclusionem nu. 22. Nec obstat c. ad decorem de instit. ubi reprehenditur Patriarcha Constantinopolitanus, qui certæ nationi beneficia dicta conferebat: & ibi disponitur, quòd undecunq; uenientibus tribuantur: quia respondeo, quòd id procedit in defectum clericorum loci beneficij. quando autem sunt originarij, seu naturales in loco beneficij, etiam de iure illi præferri debent, ut etiam dixi super regula 16. De concurrentibus super beneficio. quæstio. 39. Et optima ratione motus Abb. in dicto c. ad decorem, dixit, quòd ualde honestum, & fructuosum esset, ut quisque in patria beneficiaretur. idem repetit Syl. de beneficio part. 2. quæst. 23. nume. 34. Non omitto tamen, quòd secundum aliquos, † Patrimonialia & naturales filij differunt inter se, hoc modo, quòd naturales dicantur illi, qui infra fines parrochiæ nascuntur, qui etiam patrimonialia sunt: filij uerò patrimonialia, non autem naturales, nuncupantur illi, qui descendunt ex patre, uel matre, auo, uel auia, alicuius parrochiæ, licet ipsi nascantur in alia parrochia, uel diocesi. sufficit autem ad obtinendum beneficia patrimonialia, quòd quis sit patrimonialis tantùm, licet non sit etiam naturalis, ut obseruatur (ut audio) in

Ciuitate, & Diœcesi Burgen. & alibi, nisi aliter sit statutum, & dispositum. & secundum consuetudinem Burgen. ad hoc ut quis possit obtinere beneficia patrimonialia, quatuor requiruntur copulatiuè, uidelicet quòd sit filius patrimonialis. secundo, quòd se opponat infra tēpus. tertio, quòd subijciat se examini. quarto, quòd sit alijs filijs patrimonialibus habilior. unde cum plura ad actus perfectionem requirantur, omnia debent interuenire. l. si hæredi plures. ff. de cond. indeb. Redeundo ad quæstionem propositam, tenenda est opin. affirmatiua, per suprà deducta. & ex præmissis fatis credo responsum argumentis pro patre negatiua factis, excepto quarto motiuo: cui nunc respōdeo, negādo, quòd regula sit restringēda solum ad simplicia beneficia. immo ad omnia beneficia extēditur, præsertim in quibus militat eadē rationes, uel aliquę ex rationibus, quæ pro regula assignantur. Nego etiam patrimonialia beneficia quoad terminos regulæ habere diuersam qualitatem, seu naturam. & in omnem casum etiam in exorbitantibus, quādo est eadem ratio, & in fauorem animæ, pro qua præsupponunt regulam factam, faciēda esset extensio. Bar. in l. si constante præsertim num. 45. uerſi. ex prædictis. Abb. in c. quæsiuit de diuort. in fi. ubi, quòd fauore animæ, seu fidei uerbum generale etiam in materia pœnali intelligitur largo modo. faciunt trad. per Feli. in c. translato de consti. col. si. nume. 11. uerſi. primo quia licet in materia &c. at in casu nostro non extensio faciēda esset. immo non potest propriè dici extensio, quando quid uenit ex uirtute comprehensiuæ ipsius uocabuli. Vnum urget in contrarium, quòd Rota pro illa parte concluderit, ut D. Sarnen. in fi. suæ quæst. præsupponit: ad quod responderi posset, quòd de huiusmodi resolutione nō constar, nec ipse testatur ita resolutum esse. & quatenus aliās ita resolutum fuisset, non cōstat de identitate casus: & an eadem uerba essent in regula tunc temporis, quæ sunt nunc: tanto magis propter uerbum Dimiserit in nostra regula suprà ponderatū. Et quicquid sit, † Rotæ autoritas licet maxima sit, eius quæ respōsa magis diuina, quàm humana reputari debeant: tamen tunc sequendæ sunt D. Auditorum decisiones, quando in contrarium non apparent ualidiores rationes. illæ enim non æquipollēt legibus, ut prædicta expressè concludit Gemina. consi. 34. super præmissis dubio. nu. 5. uerſi. nec debent Auditores moderni &c. Idem in c. duobus nume. 9. cum quo transit ibi Fran. ante numerum 11. de rescri. lib. 6. Feli. in c. ex parte in uerb. diuersorum librorum de rescrip. Pauli. in prælud. extrauagante in uer. Decisiones Rotæ. ubi etiam dicit, quòd sæpe Rota iudicat cōtra decisiones ipsas. nec mirum quia ut hodie qui est 3. Octobris. 1552. R. P. D. Io. Ant. Capizucca Vir præstantissimus, & moribus cædidiſsimus, in sua luculēta & exēplari oratione apud alios R. D. coauditorēs,

ditores, & causarum patronos de more habita etiam ex sentētia sui nobilissimi, & integerrimi Pauli Capizuccæ olim etiam Rotæ Auditoris. ostendit, omnes mundi nationes appetiſſe, & appetere iudicium Dominorum de Rota, ea præcipua ratione, quòd nulla soleat esse apud eos acceptio personarum: & causas ita terminant, ut decreta ipsorum, decreta diuina esse credantur: & uox eorum, uox Dei sit. nec ipsi reperta ueritate (ut plerique alij etiam summæ potestatis Iudices) erubescunt recedere ab opinione præcessorū Auditorū. immo ex causis rationabilibus suasmet sentēcias mutant, quod in tribunalibus extra Cur. Ro. quasi insolitū uideretur contra illud, Melius est se corrigere, quàm ab alio corrigi. Nō dubito igitur, & in præsentī dubio, & in plerisque alijs quæstionibus tactis, si uiderint rationes adductas potētiores eas amplexuros, quamuis antiqui Domini de Rota aliās aliud senserint: & tanto magis, quia quòd iuniores, eò perspicaciores. Et nūc Rotæ supremum prudētissimum tribunal sub diuino Principe, ut summis Iureconsultis, & integerrimis uiris floreret: ut rediſſe ad Urbē uideantur Paulus, Mutius, Papinianus, Gaius, Seruius, Nerua, Casſius, & cæteri summi Iurisconsulti. Quorum Dominorum Auditorum Rotæ Dux, seu Vexillifer, quem Decanum appellant, tanquam eorum caput iuxta consi. Roma. 436. quod indultum num. 6. uerſi. item ibidem Decanus & eorum caput, ira omnes alios extra Urbem ubicunque existētes antecellit, ut merito tali sapientissimo cœtui præesse mereatur. nec aliter illum admiror, quàm alij antea admirari sint acutissimum illum Papinianum. Cui, si Hieronymus Acorambonus eius pater summus Philosophus diligētius à secūdis causis perquisiſſet, potius nomen Papiniani, quàm Fabii imposuisset. nō tamen negauerim nomen Fabii summo oratori euasuro nō inconuenisse.

DECILOSEXTO quæro, An † Regula ista procedat in renunciationibus, quę sunt extra Curiam? D. Sarnen. quæst. 2. proœmii, quærēs, an regulæ habeant locum extra Curiam, facit omnem opin. pro affirmatiua: exceptis illis, quæ non sunt de dandis, quæ respiciunt expeditionem literarum in cancellaria faciendam: & etiam exceptis quibusdam regulis iudicialibus propter aliquam particularem rationem. at super hac regula quæst. 26. super dubio proposito arguit ad partes, & residet in parte affirmatiua, adducens plures resolutiones Rotæ idem concludentes. & ante ipsum idem probauit Cassado. super hac regula decis. 31. incipien. sæpius fuit disputatum. & post plura fundamenta adducta dicit, sex ex Dominis Rotæ, intra quos ipse erat unus, tenuisse pro hac opin. & quatuor contra. Idem etiam concludit Roma. uidelicet regulam habere locum in resignationibus coram ordinarijs, ut inuenio annotatum in quibusdam summarijs decisionum recollectarum per bo. me. Ioan. Paulum

ZZ ij Tholo-

Tholomeum super decis. 13. Patet igitur, quod communis opinio, & Rota sententia est pro parte ista. unde contrarium tenere, uideretur quodammodo esse ponere os in cœlum. Verum quia Deus optimus dedit, & rectos ad sydera tollere uultus, & sacra Rota nō claudit aures noua, & intacta adducentibus, dummodo nō sint inspida, cogitabam supposita communi, & uera opin. prædicta, an in terminis regulæ nostræ procedat opin. prædicta? & maxima erit utilitas ista discutere, cum mille casus similes in dies magis accidere possint. Pro parte igitur negatiua facit, quia uerba dispositionis ubi non conueniunt, dispositio locum non habet. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. 4. §. totiens. ff. de dam. in fec. & ibi Bar. uers. ultimo no. nu. 25. & 26. exemplificat in edicto, quod non habeat locum, ubi uerba eius non possunt adaptari: & denunciationem non habere locum, ubi non est, cui denuncietur: & statutum super gabella soluenda super quolibet cōtractu ad sex denarios pro libra non procedere in contractibus, qui fiunt super re inextimabili & c. facit. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. l. cum hic status. §. si sponsus. ff. de donat. inter uir. & uxo. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & æsti. l. si seruum. §. nō dixit Prætor. ff. de acqui. hæred. c. indemnitaribus. §. penul. de elect. lib. 6. Bar. in. l. ita autem in prin. ff. de admin. tute. Deci. consi. 222. Viso puncto num. 2. 364. Visis his col. 2. post medium uers. & sic uerba statuti. 438. accuratè nu. 7. Sed uerba regulæ nostræ nō conueniunt renunciationibus, quæ sunt extra curiam: Ergo dispositio regulæ extra curiam omnino cessare debet: Minorem probo: nam regula nostra habet ultra regulas hæctenus editas uerba illa, Aut commendæ cesserit. Sed beneficia commendata sunt reseruata, nec de illis potest ordinarius disponere, nec illa expectans acceperare, cum non dicantur uacare per mortem commendatarii, sed per primum modum, uidelicet illius, qui ante commendam obierat, ut omnia ista probantur per c. nemo, & ibi glo. & Doct. de electio. lib. 6. Feder. de Sen. in tracta. permur. quæstio. 15. Roma. consi. 350. in casu proposita num. 3. uers. tertio huius opin. Ror. Bisigne. in antiquo. 1. de præben. utrum per commedam & c. Aene. de Fal. in tracta. reseruata. fol. 13. nu. 11. in uer. beneficia commendata non includuntur. Cassado. super hac regula decis. 32. Pascasius & c. nu. 2. & sequen. ubi etiam ad aliam quæst. utitur isto argumento supra facto. sequitur igitur, quod cum uerba non conueniant ordinariis, nec extra Cur. Ro. ergo regula restringi debet ad Cur. Ro. solum. Et si cui placet distinctio Aeneæ, ubi supra, uidelicet an simus in commendis temporalibus, & prædicta procedant: an in perpetuis, & aliud dicendum sit: cum quo etiam transit D. Sarnen. in. 13. quæstio. huius regulæ: qui demum post multa ita distinguit, ad aliud propositum: dicendum est regulam nostram indistinctè loquenter posse.

& debere

& debere intelligi de utraque commenda. Nec huic fundamento obstant adducta ibi per D. Sarnen. & ante ipsum per Cassado. in dicta decisio. 32. super regulis, quæ incipit Pascasius: quia forsan procederent, quando nulla mentio facta esset de commenda. secus igitur in casu nostro, in quo de commenda expressa fit mentio. immo si non facta mentione ueniebat tantum commenda perpetua, & non temporalis: facta mentione, debet uenire utraque commenda, eò præsertim ut expressio aliquid operetur. Pondero etiam alia uerba text. nostri, quæ non congruunt extra Cur. Ro. saltem nisi in aliquo casu particulari, & raro, sed solum Romæ, uidelicet, Vnionis dissolutioni consenserit: & non repetendo ea, quæ dixi supra quæsti. 10. quæ omnino uidentur erunt, ad istum effectum. pono enim ibi plures casus, quibus unionis tam temporalis, quàm perpetuæ dissolutioni quis consentit. unde si loquimur in dissolutione unionis ad uitam, sicut unire ad uitam ordinarius non potest, quia beneficijs prouidere debet, & non personis Gemi. consi. 38. pro clariori num. 11. Cassado. super regulis decis. 33. lata fuit sententia num. 5. de cisi. 3. de iudi. nume. 3 & unio ad uitam, seu ad tempus, & commenda temporalis fraternizâr. Cassad. de unione decis. 2. incipit, facta erat unio num. 9. & decis. 37. super regulis num. 3. unde procedunt adducta supra de commenda temporalis. Insuper sequitur, quod sicut unire ad uitam nō potest diocesanus, ut supra probaui: eodem modo, nec talem unio nem ad uitam dissoluere possit, seu eius dissolutioni consentire, argumento. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. l. is potest. ff. de acquir. hæredit. & hoc argumento utitur Caccialup. in tracta. Vnion. articulo. 9. ubi dat regulam, quod ille potest soluere unionem, qui potuit eam facere: & sic quoad commendæ temporalis dissolutionem sequitur, quod nullo modo regula potest uerificari extra Rom. Cur. Quantum uerò atinet ad commendæ perpetuæ dissolutionem, qui est casus rarus, & sic regula nostra adaptari, & interpretari debet ad casus frequenter, non autem raro accidentes, uulg. l. Nam ad ea. ff. de leg. tamen. etiam in istis terminis de raro contingentibus, etiam ad casus magis raros reduceretur cōsideratio dissolutionis in diocesano. Vniones enim omnes factæ per summum Pontificem, seu Legatos, dissolui minimè poterunt, per Episcopum, arguendo ut supra: & propter affectionem per manus Papæ appositionem. c. ut nostrum de appell. c. inter dilectos de excess. prælat. & ibi Docto. norant. Cassad. dicta decis. 2. de unioni. num. 10. & decis. 37. super regulis num. 3. potest etiam cōsiderari raritas casus, ex eo quia ordinarius non omnia beneficia unire potest, sicut Papa: ut latè per Caccialup. & Perr. de Perusio. in tracta. Vnionum. Tertio, ponderari possunt illa uerba, uidelicet Vigore supplicationis, dum esset sanus, signata. Quæ

uer.

7 uerba nullo modo uerificari possunt in diocesanis, qui non signant sup-
 plicationes resignationum. † Resignationes enim, quæ sunt coram Epi-
 scopis per uiam bullæ ipsius Episcopi, seu literarum, siue publico instru-
 mento, siue cum sigillo expediuntur, & tales probant. c. post cessionem
 & ibi glo. in uer. literas, ubi etiam Abb. Feli. & Dec. late de probat. Rot.
 22. fuit dubitatum utrum credatur in no. ubi etiam quando non creda-
 tur literis Episcopi. Dub. Fast. ultimo uacan. quadam & c. col. 2. in fi. 348.
 uoluerunt in no. Belleme. 321. in causa & c. Syl. de beneficio part. 3. quest.
 23. ubi ad plenum. Cum igitur stilus sit notorius, quod resignationes cor-
 am ordinarijs nõ fiant per uiam supplicationum: patet, quod uerba nõ
 8 stri tex. non possunt adaptari ad ordinarios, seu ad resignationes, coram
 facta concessio etiam ab ipso Principe contra stilum, prouiso priui-
 legium, seu cõcessio redditur suspecta de falso. c. porrecta, ubi glo. ma-
 gna, in uer. confirmatur de confir. util. uel inutil. & glo. ord. in c. causam
 quæ in c. obuia rationi de Testi. Roma. consil. 376. quæstio est nu. 12. uerfi.
 secunda ratio. Abb. in c. ex parte, el. 2. num. 7. de offi. deleg. late Feli. post
 omnes in c. ex parte, el primo de rescrip. num. 16. in uer. stilus. Insuper
 cum plura sint uerba seu clausulæ in hac regula positræ, quæ non conue-
 niunt ordinarijs, eò magis prædicta procedunt. † Geminatio enim actiui,
 9 clausularum, seu uerborum ultra solitum operatur, & ostendit maiorem
 deliberationem. l. balista. ff. ad Trebell. l. scimus, & ibi Bar. C. de agri. &
 cens. lib. 11. Bal. in l. fructus. C. de action. empt. & in c. fi. de rescrip. Corn.
 consil. 59. repetito num. 5. & 8. col. 2. Ias. in l. nominatum num. 8. ff. de lib.
 & posth. Dec. consil. 4. in causa istorum col. 2. in prin. latissime per Anro.
 Corfer. in tracta. uerb. geminat. qui cumulat. 76. effectus seu casus gemi-
 nationis. Et tanto magis prædicta procedunt in terminis regulæ nostræ,
 cum sit exorbitas à iure communi, ut supra probaui, etiam ultra omnes
 regulas hactenus super resignationibus infirmorum, editas, ut pluries
 10 ostendi, & uerba ipsa id clarè ostendunt. Insuper † Arguendo à ratione,
 seu causa cessante ad l. adigere. s. quamuis. ff. de iur. patro. l. quæsitum. ff.
 de testi. l. cura. s. deficientium. ff. de mune. & hono. l. Titia Seio. s. usuras.
 ff. de leg. 11. c. suggestum de decim. c. cum cessante de appell. Dec. consil.
 335. Vifo consil. nu. 2. & consil. 341. uifo puncto col. 5. cir. medium uerfi. pri-
 ma est. Paris. consil. 39. an regula. num. 19. uol. 4. ubi ita arguit ad effectum
 cessationis regulæ de publican. Duæ causæ, seu rationes allegantur per
 D. Sarnen. & Cassado. primam opinionem tenentes. Vna est, ne frau-
 dentur ordinarij: altera ne de beneficijs ad libitum etiam in articulo mor-
 tis disponatur, prout fit de bonis patrimonialibus, & profanis. Addunt
 aliqui primæ rationi, ne etiam expectantes defraudentur: tamen ista nõ
 est ira

est ira urgens: cum quia expectantes possunt alia beneficia acceprare: tũ
 etiam quia, quãdo ratio ista subsisteret suppositis ueris fundamentis fa-
 ctis supra, cum de commẽda, & unione locurus sum, uel nunquam uel
 rarissime secundum supra deducta esset locus præiudicio expectantiũ,
 unde casus iste, seu consideratio huiusmodi parum uidetur obstare. Vi-
 deamus igitur, an illæ duæ rationes, seu causæ præmissæ cessent in ordi-
 narijs? & dico, quod sic, & probo. Nam prima, ne fraudentur ordinarij,
 considerari non potest, cum resignatio fiat in eorum manibus: & sic nõ
 priuantur sua ordinaria collatione, seu dispositione. Altera etiam ratio,
 ne quis disponat de beneficijs, ut de bonis proprijs in extremo suæ ui-
 tæ, cessat: cum † Resignas coram ordinario simpliciter resignare debeat,
 non autem cum clausula, ut de tali beneficio prouideatur Mario, & non
 alijs, aliter, nec alio modo. alioquin omnia essent inualida, & simonia-
 ca, licet aliter dicendũ sit in resignatione coram Papa. c. ex parte, el primo,
 cum glo. in uer. omnino, & in uer. dimittere de offi. delegat. Inno. in
 c. tua nos in fin. de Simo. Abb. in c. Vniuersorum de rer. permur. Cassa-
 do. decis. 3. Confirmauerat Papa de enunciat. & 11. de Simoni. præualuit
 præsertim num. 3. 6. & 7. Mil. in reperto. in uer. renunciatio beneficij si-
 moniacè facta, uerfi. & dicitur simoniacè renunciari, quando renuncia-
 tur hoc expresso, quod alteri conferatur & c. Feli. in c. ad audientiam el
 2. de rescript. col. 2. in 3. conclu. nu. 3. uerfi. nam licet renunciatio debeat
 esse libera & c. & col. 3. uerfi. quod autem animus & c. Immo in forciori-
 bus terminis concluderunt Domini mei de Rota sub die. 4. Februarii.
 1549. in una Sarsinatensi beneficii coram bo. me. Hieronymo Nouato
 resignationem factam in manibus Legati simpliciter, cum mādaturum ad
 cedendum esset in fauorem certæ personæ, licet eidem prouiderit, fuisse
 nullam. pro dubio tamen huiusmodi in Rota deciso uideatur omnino
 Paris. consil. 15. circa dubiorum, præsertim num. 12. & seque. uol. 4. Cum
 igitur resignando quis coram ordinario, & etiam coram Legato nõ pos-
 sit certam personam, seu certum resignatarium nominare, seu eligere,
 cessat ratio disponendi ad libitum, ut in patrimonialibus: in quibus quis
 potest nominare, & eligere, quem uult. & sic responsio, seu oppositio
 Sarnen. in dicta quæst. 26. num. 4. uerfi. Sed prædictis: nihil contra hanc
 meam opin. facit. Nec obstat dictum Alexã. in l. filia. ff. Solu. matri. quia,
 ut dixi, & fraus contra expectantes, & successio (ut probaui) cessant, nec
 potest præsumi illa affectio dirigendi in consanguineos, cum coram ordi-
 nario nullus possit nominari. Altera ratio Sarnen. quod infirmus non
 præsumatur esse in sana mente, falsa est per text. in l. senium. ff. qui te-
 stam. fac. pos. & l. sanum mente C. de transact. & per plura alia iura &
 doctri. per quæ, & quas probaui etiam in semimortuo nõ tolli consen-
 sum

- 12 sum, & liberam uoluntatem. Accedit, quòd † ordinarius difficiliter fallitur in prouidendo, & conferendo, & aliàs iurisdictionem suam administrando, quàm summus Pōtifex, cum ille maiorem cognitionem, & cōuersationem qualitarum, morum, & personarū habere præsumatur, argumēto. c. quosdam de præsumptio. c. irrefragabili de offi. ordina. clem. 1. eodem. Hostien. & Io. And. in. c. cum nostris. de concess. præben. Card. in clem. 2. eo. num. 13. quæst. 17. & Dec. qui pro hac parte tenuit etiam su per aliis regulis ab hac diuersis. consi. 224. in casu proposito ante si. uersi. alio etiam principali. & ibi dicit, quòd maior suspicio surreptionis, & fraudis, est in Pontifice, ne decipiatur, quàm in ordinario, faciunt tradi. per Syl. de beneficio par. 3. quæst. 12. nume. 19. in. 13. qualitate, ut etiam uideamus regulam de Valore nō procedere in ordinario, quia ordinarius præsumitur bene informatus de omnibus. Cōcurrit etiam alia ratio diuersitatis, quæ est, quòd † ordinarius prouidet, seu prouidere solet beneficiis & ecclesiis: Papa uerò personis. Cardi. in dicta clem. 2. de offi. ord. quæst. 17. uersi. sed Papa & Legati prouident personis & c. Feli. in. c. ad aures in. 14. cōclusi. de rescript. Syl. in dicto tracta. de beneficio part. 3. quæst. 12. num. 19. in. 13. qualita. ibi, & ordinarii dicuntur conferre motu proprio, & prouidere Ecclesiis. Papa autem, & Legatus prouidēt personis & c. præmissa uidentur satis urgere, pro quibus etiam conferunt tradi. per Stepha. Bertran. cōsi. 128. non possum obstan. uol. 2. qui loquitur super regula de Verisimil. cuius dicta reassumam super dicta regula de uerisimil. satis mihi sit pro nūc, aliqua noua, & à nemine ad effectum huius regulæ tacta, saltem eo modo, quo deduxi, in medium attulisse. Qui uerò uellet contrariam opinio. tenere, etiam nō obstantibus supra per me adductis, posset satis fundare suam intentionem per alia uerba, quæ nō sunt in aliis regulis, uidelicet: Quauis autoritate conferatur. Videtur enim uelle summus Pōtifex regulam huiusmodi habere locū, quacunque autoritate conferantur. Sed etiam ista uerba nō carent dubitatione. Omnem igitur huiusmodi discussionem remitto sano iudicio sacre Rotæ. fat sit mihi annuisse, & Iuniores excitasse.
- 13 **DECIMO SEPTIMO** quæro, cum D. Sarnen. † An per clausulas generales, uidelicet, quouis modo uacet & c. positas, in supplicatione resignationis mortui infra uiginti dies, comprehendatur modus iste uacationis per obitum sicut inductus per istam regulam, attento quòd resignatio prædicta hīc annullatur? Ipse ponit aliqua urgentia fundamenta pro utraque parte, quæ uideri possunt. tandem dicit propter præsumptam fraudem resignarii rem nō esse siue difficulrate, qua sublata, teneret partem affirmatiuam, uidelicet, modum istum comprehendī. Et tenendo illam opinio. responderet ad illud contrarium prius factum, uidelicet

- uidelicet quòd illa clausula solum concerneret beneficium tunc uacans, istud fundamentum est falsum, quia secundum omnes, uenit omnis modus uacandi ex eadem persona, & dat instantiam, ut ibi. Verum quia discussio huius dubij fat mihi utilis, immo necessaria uisa fuit, aliqua breuiter adducam pro ueritate reperienda, & pro declaratione clausularum huiusmodi, Quouis modo & c. quæ quotidie in mille supplicationibus apponuntur. Præmitto pro nouis in Curia, quòd † Vacatio simpliciter prolata comprehendit omnem modum uacationis, & quocunque modo uacet, & in quacunque materia proferatur, siue fauorabili, siue pœnali, & restringibili, siue pro beneficiis iam uacantibus siue pro uacaturis. c. ex parte el primo de offi. deleg. ubi in gratia ad uacatura, sub hoc uerbo uenit uacatio per resignationem postea factam. glo. in. c. cupientes in prin. in uer. uacationibus de electio. lib. 6. glo. in uer. uacabunt in. c. si propter de rescri. eod. lib. Lap. alleg. 6. nume. 5. Feli. in. c. in nostra. core. 37. in prin. nume. 37. de rescri. & Fran. in. c. susceptum in. 2. not. nu. 3.
- 3 eodem. Secundo præmitto, quòd † uacationis modo uno expresso, non uenit alius, dicto c. susceptum. ubi expressa uacatione per resignationem, non uenit uacatio per obitum, & ampliatur ista conclusio etiam si in altero sit fortior ratio. Franc. in dicto c. susceptum in. 2. not. ibi, tamen expresso uno modo & c. Rot. Fast. dub. 46. die Mercurij & c. post prin. Feli. in dicto. c. in nostra. cor. 37. uersi. si tamen in impetratione beneficij exprimeretur unus modus uacationis & c. & licet post dicta uerba non sequatur negatiua in meo libro, & forsā alijs: tamen omnino intelligēda per iura, quæ allegat uidelicet dictum. c. susceptum, & per ea, quæ postea in discursu subiicit. Aene. de Fal. in tracta. reseruat. quæst. 1. fol. 5. num. 4. uersi. sed quid si diceret percellum & c. Tertius casus est, quando quis impetrās expresso uno modo, puta per resignationem, seu per obitum, uel alio modo, subiicit clausulam, Siue præmissa, siue alio quouis modo uacet & c. Et † propter hanc clausulam uenit omnis modus uacandi ex persona illius resignantis, seu defuncti, uel illius ex cuius personæ uacatione impetratur beneficium, ut per Glossatorem, & D. Sarnen. hīc, qui plura allegat. & ultra adductos per eos hanc conclusionem firmat Casfado. decif. 5. in princ. de præben. Syl. de beneficio alibi, quàm D. Sarnen. allegat, uidelicet quæsti. 12. 3. par. in. 5. limi. ubi plenè. Staphi. super signatura fol. 107. à ter. uer. quòd uerò ad alias clausulas. Sozi. plenè consi. 32. ex his, quæ superius col. 4. ante numerum 12. & seque. uol. 1. Paris. consi. 128. poruit licitè uol. 1. num. 29. & seque. ubi etiam quòd ista clausula importat idem, quod omni meliori modo de iure ualere possit: & importat ualiditatem actus eo modo, quo ualere potest. Aymo. consi. 88. quæritur an collatio col. 3. nu. 9. & sequen. Quarta conclusio est, dicta clausula,

fula, Siuæ præmissio, siue alio quouis modo : continet solum modos uacandi ex illa persona : non autem ex persona alterius, nisi addita alia

6 † clausula, uidelicet Ex cuiuscunque persona. in primo enim casu ueniunt omnes modi propter uacationes personæ nominatæ : in secundo uerò tam ex persona nominati, quàm qualibet alia. ista omnia probantur per Fran. post Lap. & alios in dicto. c. susceptum num. 9. uersi. & ad uerter, quia determinat sing. &c. & postea uer. secundo limita, ubi exemplificat per hæc uerba, uidelicet Alio quouis modo, uel alterius cuiuscunque personæ, seu loci, uel temporis. facit Rot. 612. si Papa in antiq. & 23. si manderur in no. Staphi. ubi supra. fol. 107. Feli. latè in dicto cor. 37. uersi. sed cōtrarium quodammodo &c. Syl. de beneficio in dicta quæsti. 12. part. 3. uersi. sed istud est dubium arduum, utrum illa uerba, Vel quouis modo, possint importare, quòd etiam si ualeret ex persona alterius, quàm illius, de quo est dictum &c. & ibi plura allegat. facit etiam glo. pragma. factio sub rub. de causis. s. nec tamè in dissolutione, in uer. aliàs quouis modo. Quinta conclusio est, quòd † clausula prædicta comprehendant uacationes etiam beneficiorum reseruatorum, & comprehendant etiam uacationem apud Sedem: quia talia uerba sunt uniuersalia, & prægnantia, apta etiam comprehendere maiora expressis. glo. in cle. si. de sent. excom. in uer. quosuis, & ibi per Doct. glo. in clem. ne Romani. s. eo tamen in uer. quouis modo de electio. in clem. 1. in uer. cuius, de reb. eccle. non alie. glo. in l. cum pœna. ff. de arb. Felin. in c. sedes col. 6. uersi. secunda declaratio de rescrip. & in terminis nostris, quòd ista ecclesiæ comprehendat uacationem apud sedem Apostolicam, facit Rot. Bisigne. in antiquo. 12. de præben. ubi per clausulam Quouis modo, uenit modus uacationis per munus consecrationis: quod munus consecrationis, cum à summo Pontifice obrineatur, inducit uacationem apud sedem. Et dicit præclarus Doctor modernus Petrus Rebuf. in cōcord. fol. 164. col. 2. in uer. quacunq; alia, quòd sub illa clausula uenit uacatio per obitum curialium apud sedem decedentium. allegatur etiam pro hac opin. Rot. in antiq. 725. not. quòd beneficia. & 742. not. quòd si facta. & ita sentit D. Sarnen. hinc super dicta quæstio. 34. in princ. Sed aduertendum est, quòd prædicta non procedunt ira indistinctè, & sine aliquali, immo sine magna difficultate, licet D. Sarnen. ponat pro cōstanti, & dicat hoc esse uulgatum. nam dicta decisio. 725. in antiq. aliter loquitur, quàm ipse præsupponat. dicit enim decis. huiusmodi, quòd si Papa faciat gratiam alicui de beneficijs uacantibus apud sedem per unam uiam, non uenit uacatio apud sedem per aliam uiam, nisi adsit clausula Vel alio quouis modo. Sequitur igitur, quòd si Papa non exprimat uacationem apud sedem, etiam apposita clausula Alio quouis modo, illa non ueniat.

8 ueniat. nec mirum, quia † clausula, Alio quouis modo, intelligitur de modis similibus. c. sedes, & ibi omnes de rescri. & in terminis nostris est consi. Paris. 138. dico in ista causa nu. 11. & seq. uel. 4. ubi etiam concluditur quòd clausula quouis modo nō suppleat defectus reseruationis: & quòd aliud sit dicere quomodocunque uacet, aliud quomodocunque reseruatum existat: aliàs nunquam de reseruatione, etiã per uacationem, apud sedem, uel aliàs, esset faciendã mentio: quia semper clausula Alio quouis modo, apponitur hodie in literis. ista sunt uerba Paris. ubi supra. Mihi uera uideretur conclusio, quòd clausula prædicta nulla facta mentione reseruationis alicuius, non se extendat ad reseruata: facta autem mentione reseruationis addita dicta clausula, ueniat omnis reseruatio: & sic prædictæ opiniones uidentur posse concordari. Et propterea, qui sapiunt, addunt in supplicationibus clausulã, Etiã si resulret reseruatio hoc modo, uidelicet reseruatis &c. & aliam clausulam, uidelicet Etiam in corpore iuris clausam &c. & nō eundo per mendicata suffragia Rot. sub die. 4. Iulij. 1550. in una spoleran. beneficiorum coram R. P. D. Vestano inter Prosperũ Plantanido, & Petrum Gradi resoluit stante clausula quouis modo, & clausula quamcunque generalem reseruationem importante, uenire etiam uacationem per obitum in Cur. Rom. de quomodo uacandi nulla fuit facta mentio. Quibus præmissis, redeundo ad quæsitum nostrum, responderem iuxta casum præpositum negatiuè, ea præferrim ratione, quòd promissio facta, seu supplicatio signata super resignatione, & sic super beneficio tunc uacante, nō se extendat ad alium modum uacandi de futuro. & ut melius percipiant ignari supplicationum, & illarum formæ, & pro maiori declaratione præmissorum & inferius dicendorum, talis † supplicatio sic sonat. Cùm deuotus. N. beneficium, quod obtinet in fauorem tamen. P. resignare proponat, prout resignat de præsentis, supplicat. S. V. dictus. P. quatenus resignationem huiusmodi admittendo, seu admitti mandando, sibi que specialem gratiam faciendo, beneficiũ huiusmodi culus fructus &c. siue præmissis, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam dicti. N. uel cuiusvis alterius resignationem de illo in Ro. Cur. &c. aut cōstituti, execrabilis &c. uel affectuone &c. uacet deuolutũ, affectũ specialem, uel aliàs ex quouis causa in literis etiam dispositiue, uel conditionaliter exprimendã generaliter reseruati, litigiosum &c. eidẽ oratori conferre, & de illo etiam providere &c. dignemini de gratia speciali. Ista est cōmunis forma supplicationis resignationis, cui adijciuntur aliæ clausulæ ordinariæ, ex qua clarè apparet Papam concedere solum, & providere per modum de præsentis, seu de præterito, non autem de futuro. & sic omissa omni disputatione, non uideo quomodo possit præ-

- tendi talem modū uacandi comprehendere casum obitus, qui nō erat.
- 10 Et licet † Papa possit etiam disponere de beneficijs uacaturis, seu antequam uacent. c. 2. de præben. lib. 6. dicto. c. susceptum de rescrip. eod. lib.
- 11 regulariter tamen † Beneficia, antequam uacent, conferenda non sunt. c. 2. & c. ex tenore de concess. præben. c. deliberatione. §. prohibemus de offi. Leg. B. llem. decis. 443. si Episcopus in prin. & not. Abb. in dicto. c. 2. de præben. quod ex promissione beneficij uacaturi de facili causatur uorum captandæ mortis proximi. & ideo quanto superior est sanctior, tãto facilius debet abstinere à promissionibus uacaturorū beneficiorū. licet igitur Papa cōcedere possit: tamen cū regulariter nō soleat fieri talis cōcessio, & bonū sit ab ea abstinere, nō debet præsumi facta: nisi expressè dictum sit, seu taliter dispositū, quod illa omnino ueniat. eò præfertim, quia † concilij generalis constitutionem, ut est ista. c. 2. de concess.
- 12 præben. non intendit Papa tollere, uel aliquid cōtra eam facere: nisi expressè apponat mentionem, & derogationem ad illam constitutionem concilij generalis, iuxta tex. in. c. ex parte de capel. mona. & in c. nonnulli, & ibi per omnes. & c. eam te. ibi, concilij non congruat institut. de rescript. Syl. de beneficio par. 3. quæst. 11. nume. 31. dum loquitur de concilio Basiliens. Insuper cū non liceat impetrare beneficia uiuorum, stante regula De beneficio impetrato per obitum uiuentis, super qua (Deo dante) plura scribam, quæ hucusquē indigesta retineo, si cōcederemus, quod facta impetratione per resignationem iuxta casum propositū ueniret uacatio per obitum futurū, infini taliter impetrarent, etiam fingendo resignationem, seu asserendo, quod talis morti uicinus resignare proponat, & per clausulam quouis modo & c. extorqueret beneficium succedente obitu infra uiginti dies. & sic † indirectè concederetur, quod directè prohibetur cōtra. l. Athleras. §. sed & qui tunc quæstū. ff. de his qui not. in fa. glo. magistra in §. est autem casus in uer. habeatur Insi. de hæred. instit. c. cū quid una uia. de reg. iur. lib. 6. Sozi. consi. 32. ex his, quæ col. 3. post medium nume. 10. lib. 1. & Deci. consi. 561. septimo reuocatur col. 2. post medium ante numerum. §. ibi, quia quod directè prohibetur & c. Ex præmissis mihi uidetur falsa opinio. D. Sarnen. in fin. quæst. postea, ubi asserit falsum esse, quod sub tali clausula secundum casum propositū ueniat solum modus uacandi tunc existens. falsum etiam mihi uidetur, quod decisiones per eum allegatæ id probent. Sed etiam magis falsa apparet eius illatio, & consequentia, quæ est: quod cū in locis per eum allegatis probetur ex huiusmodi clausulis uenire omnem modum uacandi, cū autem sit impossibile, quod eodem tempore beneficium uacet per resignationem & per obitum eiusdem personæ: ergo necessariò dicendum est, ad euitandum contrarietatem, seu absurdum,

- dum, quod interpretatio fieri debeat de tempore successiuo. Ego uerò, nego huiusmodi suam consequentiam, immo contrarium ostendam: & duobus modis respondeo. uno, distinguendo, aut sit concessio alicui super beneficio uacante, seu cū uacabit per resignationem, seu alio quouis modo: & tunc uenit per obitum de futuro euerturum propter illam clausulam: & quia rectè intellecta istam uacationem per obitum de futuro etiam comprehendit: & ita procedant not. in. c. susceptum de rescript. lib. 6. & in alijs locis de quibus suprà. & iste non est casus noster. Aut sit gratia per unum modum expressum super beneficio tūc uacante. Verū quia posset oriri dubium an ille sit uerus modus uacandi, qui fuit expressus, an uerò alius modus sit uerus, & iste non: item posset cadere dubium an uerè uacet ex persona illius, qui nominatur, an uerò ex persona alterius: ad cautelam apponitur utraque clausula, siue præmisso, siue alio quouis modo: & altera, Et ex cuiuscunque persona, nam licet in rerum natura sit certum, per quem modum tunc uacet beneficium: apud homines tamen potest esse incertum, seu dubium. & propterea cautela est plures comprehendere modos uacandi. & in simili dicimus † Titulorū multiplicationem esse cōcessam ad cautelam, etiam quod unus titulus sufficiat. c. post electionem de concess. præben. ubi omnes. Lap. alleg. ult. col. ult. uerfi. ad secundam questionem. ubi quod quis petere & defendere potest possessionem ex duplici collatione. & illum sequitur Roma. consi. 432. Quoad primum, & latè Feli. in c. in nostra col. 2. uerfi. titulus multiplicatur, & Syl. de beneficio par. 3. quæst. 19. col. 8. nu. 2. In quæst. igitur proposita resideo in parte negatiua, quam indubitabilem puto, quicquid teneat. D. Sarnen. qui non figit pedes.
- 14 DE VIGINTI OCTAUIO, quæro cum D. Sarnen. An † Dies, quo fit resignatio, uel præstatur consensus infirmi, debeat computari in termino uiginti dierum, de quo hīc, ut uidelicet currat de momento ad momentum? an uerò eo non computato incipiat terminus uiginti dierum, an sequenti die numerari? Hanc quæstionem dicit propositam fuisse in Rora, & nō resolutam: ipse arguit ad partes. Et pro prima opinione, quod † terminus currat de momento ad momentum, ultra adducta per eum, facit tex. in. l. denique. §. minorem. ff. de mino. ubi ætas cōputatur de momento ad momentum: & in termino illo. 25. annorum computatur hora, in qua quis natus est. glo. in. l. Gallus in prin. in uer. in decem mēsis post medium. ff. de libe. & posthu. ubi quod dies mortis computatur in termino. x. mensium assignato, & ibi Bal. Ange. & Alex. Io. And. in c. super eo el. 2. de appell. Card. in clem. sicut, & clem. quamuis, de appell. Gemini. in c. ab eo de appel. lib. 6. Bal. in. l. si quando in. 5. quæst. C. de resti. & in. l. si duobus. §. sed & si quis in fi. C. commu. de legat. Rot. 208. terminus octo dierum

dierum in no. & istam opini. esse magis cōmunem concludit Cor. consi. 279. in hac consulatione uol. 4. num. 4. uersi. quicquid autem sit & c. Pro contraria uerò opin. quam D. Sarnen. tenet, ultra per eum adducta, facit tex. in. l. eum qui Calendis uersi. planè. ff. de uerb. oblig. ubi obligans se in die Calendarum de soluendo Calēdis, illa dies obligationis, in qua Calendæ incidunt, non computatur. glo. in. l. ultima. §. primo in uer. sexaginta. C. de iure deliberandi. Specu. in titulo de citatione. §. Viso. uersi. penul. Item not. & c. Imol. in. l. Gallus in prin. ff. de li. & posthu. Anchara. & Gemini. in. c. 1. de restitu. spolia. lib. 6. l. ubi lex. & ibi Deci. latè. ff. de reg. iur. & in summa ista uideretur magis communis opinio, ut concludit And. Tiraquel. in nouo. & pulchro tracta. Vtri. retract. §. primo glo. 1. fol. 93. ubi infinita cumulat pro utraque parte nume. 16. & seque. tandem nume. 21. residet pro hac secunda opini. allegans etiam plures, qui dicunt hanc de consuetudine seruari solitam. Et sic absque illa ponderatione, quam facit D. Sarnen. quæsti. 37. de termino præfixo per dictionem A, patet magis communem esse pro eo. Quid igitur tenendum sit, in terminis nostræ regulæ, periculosa est hæc discussio, & uideretur concludendum esse pro opi. D. Sarnen. Ego uerò nō obstante dicta magis communi opin. & deductis per ipsum, contrariam partem in terminis nostræ regulæ puto ueriores: quòd immo computatio debeat fieri ab illa die obitus, & sic de momento ad momentum, & istam meam opini. retuit etiam hîc Glossator antiquus ante si. de quo D. Sarnen. hîc nullam mentionem facit. † Limitando enim omnia iura, & omnes doctri. pro ultima opin. quæ est magis communis, dico, quòd in tanta uarietate opinionum, † Benigniores, & æquiores partem sequi debemus. l. benignius. ff. de legi. l. placuit. C. de iudi. l. proxime in uersi. sed in re dubia. ff. de his, quæ in testa. delent. Deci. consi. 482. pro resolutione in si. & consi. 500. In causa, quæ Mantuæ. ubi etiam quòd in dubio pronunciarî debet causa non deferra, & in dubio admitti debent articuli, & non reici: æquius autem est, & benignius ne quis propter unum diem excludatur à iure sibi competenti. Tiraquel. in dicto tracta. Vtri. retract. §. 1. glo. 11. ante numerum 22. Secundo limitantur omnia iura contraria, etiam si adsit † A monosyllaba, uel syllaba Ab, de cuius natura est excludere, non includere. ff. de actio. empr. l. ratio. §. si. Imol. in cle. sicut nu. 10. uersi. glo. à die, de appell. l. 2. §. quod ad magistratus. ibi, secundum locum à Regibus obrinebat. l. post Reges. ff. de origine iur. Bar. in. l. meminisse in prin. ff. de offi. Proconsu. Oldra. consi. 49. cōsuevit dubitari col. 1. Bal. in. l. nuptæ. §. Senatores. ff. de senat. & in. l. militis codicillis. ff. de milit. testa. Archid. in. c. statutum el primo col. 1. uersi. à die. & ibi Gemini. nu. 11. Bal. latè consi. 457. R. P. D. Fr. uol. 1. col. 2. num. 3. quòd non procedant, ubi-
cunque

6 cunque † actus iungitur cum tempore, quod est de initio ipsius: uel ubi cunq; monosyllaba. A iungitur cum suo initio, exemplificat ibi Bal. hoc modo: dicit tex. instituo nepotem, qui nasceretur infra decem menses à die mortis filij mei, quòd dies mortis computatur in decem mensibus per. l. Gallus. ff. de libe. & posth. in prin. Item in iuramento fidelitatis, Iuro ab hac hora in antea esse fidelis: hæc hora iuramenti includitur, quia iungitur actus in initio proprii temporis. Contraria uerò procedunt, quòd monosyllaba ista iungitur cum tempore, quod non est de eius initio, ut ibi declarat, & exemplificat. puta si quis citatur, ut infra decem dies à die hodierna compareat: uel excommunico te, nisi infra octo dies ab ista die solueris: ista dies non computatur. Istud consil. Bal. quod sequitur, & approbat Tiraquel. ubi supra in. 8. limitat. num. 34. uidetur decidere casum nostrum. Actus. n. iungitur cum initio temporis, cum dicatur in tex. nostro, A die per ipsum resignantem præstandi consensus. initium enim est ipse consensus. & ista uidentur de plano procedere. Tertio, ad propositum † limitantur iura contraria non procedere, quando terminus statuitur ad tollendum priuilegium contra ius commune. l. 3. §. minor. ff. de minor. ubi quia illa restitutio est priuilegium, seu dispositio contra ius commune, facit, quòd fiat dinumeratio à prima die. & sic dies prima computatur in termino. Imol. in clem. sicut col. 3. uersi. quandoque non adjicitur aliqua dictio. de appell. Tiraquel. ubi supra in. 10. limitat. num. 36. subdens iura specialia semper restringi: iura autem communia extendi. l. ius singulare cum uulga. ff. de legi. ad ampliacionem igitur iuris communis, facienda est talis interpretatio contra uenientes ex regula, & sic ex iure singulari. quarto, contraria nō procedunt, quando sumus in odiosis, & pœnalibus, ut est nostra regula: quæ, ut probatum est, est odiosa, exorbitans à iure communi, & pœnalis: quia annullatiua actus. Quibus stantibus utraque opin. ad concordiam reducitur hoc modo, quòd quando resullaret odium, seu in pœnam quis incideret; † computando diem termini in termino, tunc non fiat talis computatio. è contrario uerò, si non computando diem ipsam in termino, odium, seu pœnalitas resullaret, tunc dies illa computaretur: & sic fiat computatio de momento ad momentum. istam distinctionem ponit Gemini. post Archidia. in. c. statutum el primo. de præben. lib. 6. col. 3. uersi. si uerò non potest apparere de mente legis, tunc potest distingui, quòd aut apparet odium si staret inclusiuè & c. Anch. in. c. licet canon col. 2. nume. 2. uersi. item not. quòd cum idoneitas. ibi, ubi agitur de beneficio incohâdo & c. & in terminis nostris Corn. consi. 279. in hac consulatione uol. 4. col. 2. num. 5. uersi. potest pro concordia opin. distingui & c. & ibi decidit casum nostrum. ita etiam concordat opin. prædictas, & concludit pro casu
nostro

nostro Tiraquel. ubi supra num. 46. qui post multa concludit, quod uel computetur, uel non computetur, prout est fauor, uel odium: & in casu nostro fauor est, quod computetur in termino: & odium esset non computare. Istam opinionem credo uerissimam, & æquitatem summam continet, quam Domini de Rota sequi semper consueuerunt: & ita crederem, quod pro hac opin. iudicarent.

- 1 DECI MONONO, QUÆRO CUM D. SARNEN. Nunquid † Legatus cum facultate derogandi regulis editis, & edendis, isti regulæ derogare possit? Ipse quæstio. ultima remittit se ad quæstionem quintam, & sextam pro cæmij regularum: subdens talibus regulis notabilibus, ut est ista, non induci derogationem per clausulas generales: tandem dicit fuisse datum dubium hoc in Rota, & pro expedito habitum ab usu patris familiæ. ista sunt omnia in effectu, quæ ipse dicit. Quantum uerò atinet ad quæstionem quintam pro cæmij, ad quam ipse se remittit, non facit ad casum per me, immo per ipsum propositum: tum quia ibi nihil de Legatorum quia nullum uerbum de regulis cancellariæ in derogatione, unde non mirum, si sub illa generalitate non comprehendebantur, ad trad. per Cassad. decif. 38. super regulis. num. 11. ubi, quod nõ uenit derogatio regulæ sub generalibus uerbis, Non obstantibus, sed debeat dici, Non obstante aliqua regula &c. Quod uerò ad sextam quæsti. pro cæmij, ubi dilatat simbras suas, nec quæstionem istam ibi tractat, nec ex dictis ibi potest decidi. est uerum, quod quædam argumenta ibi posita cõferunt pro hac quæstione. Deueniendo igitur ad propositum dubium, in quo ipse uidetur concludere pro parte negatiua, pro eadem parte plura adduci possunt. Primo, quod † clausula generalis ad non uerisimilia non extenditur. l. obligatione. ff. de pignoribus. c. si. de offi. Vicar. lib. 6. Roma. cõfi. 436. quod indultum nu. 9. col. 2. uersi. prima quia generalis. Et † generalibus uerbis nõ sufficit fieri, quod specialibus faciendum est. gl. in cle. 1. de iudi. in uer. specialiter. & glo. in c. inquisitores in uer. expressè de hæret. lib. 6. sed istæ regulæ Cancellariæ, quæ sunt iudiciales, requirunt specialem mentionem, ut per. D. Sarnen. quæst. 6. pro cæmij, ergo non sufficit ista cõcessio, seu expressio in genere, quod possit derogare regulis cancellariæ ad hoc, quod ueniat regula nostra. nec uideretur uerisimile, quod sub tali generalitate, talibus regulis Papa derogari uoluerit per Legatū.
- 2
- 3
- 4
- quibus ipsemet Papa uix, & de raro derogare solet. Secundo † Rescripta sunt reducenda ad dispositionem iuris communis in quantum fieri potest. l. si quando in prin. C. de inoffi. testa. c. causam quæ de rescrip. Inno. quem ibi sequuntur Io. And. Anto. de Bur. & alij in c. dudum de cler. Bal. in l. bonorum. C. qui admitti. Dec. consi. 114. & pro tenui nume. 3. uersi. confirmatur hoc uerum: quia de iure communi Legatus nõ potest derogare

- derogare Pontificum decretis, seu constitutionibus, uel statutis. Specu. in titulo de Legat. §. superest nu. 6. & 7. cum addi. in uer. Apostolis ante si. Abb. in c. nisi in 3. nor. num. 4. de offic. Legat. & in c. si. in. 1. not. de confir. utili. uel inutil. facta igitur tali concessione deberet fieri interpretatio, quod posset derogare regulis parum importantibus, & concernentibus talia, uel parū ultra, quibus aliàs Legatus de iure derogare posset. Tertio gratia, † seu cõcessio quæcunque semper intelligitur facta sine præiudicio tertij. c. super eo. ibi, non tamen est nostræ intentionis de offi. de legat. præalleg. c. causam quæ ante si. uersi. alioquin. de rescrip. Fel. in c. ueniens el. 2. col. 2. de testi. & dixit Iaso. in l. à diuo Pio. §. si super rebus nume. 17. ff. de re. iudi. quod cum statutum disponat non posse appellari à certo actu, interpretari debet quoad ipsos litigantes: & hoc ne ius tertij tollatur. Hinc est, quod † indultis concessis Cardinalibus cum amplissima facultate conferendi, & disponendi de beneficijs sub quibusuis clausulis prægnantibus, nõ censetur illis cõcessum, quod possint prouidere de beneficijs iure ordinario ad aliorum collationem, uel præsentationem spectantibus, per Cassado. in 3. de priuileg. per has autem derogationes per Legatum faciendas potest præiudicare ordinarijs & expectantibus. Pro parte uerò affirmatiua, quam sequor, facit, quod † Legatus in locis sibi cõmissis uices ipsius Papæ gerit. c. cum Venerabilis. ibi, quod uices nostras &c. de consue. c. 1. & ibi Abb. in ultimo nor. & c. nolentes in fin. ubi reuerentia, quæ præstatur Legato, dicitur præstari sedi Apostolicæ per ipsum repræsentatæ: & fulgor, & præsentia Legati facit cessare omnem potestatem, ut ibi. & sic ad similitudinem summi Pontificis, corā quo omnes etiam supremæ potestates genua flectunt. Et † Legatum impediens, causam Dei impedit, & statum cõturbat Ecclesiæ. c. si quis autem 94. distin. & eo ipso, quod quis † Legatus constituitur omnem potestatem, & omne imperium recipit pro prouincia sibi commissâ, ibique Vices Apostolicæ sedis ministrat. c. mandata de præsumptio. c. si Abbatem, & ibi Archidia. Gemini. & alij de electio. lib. 6. In concessione igitur talibus facta latissima debet fieri interpretatio. Secundo, † genus cõtinet sub se species omnes. l. semper in generalibus. ff. de reg. iur. l. siquid earum. §. interemptum & l. Item legato, ubi legato generis continentur omnes species. ff. de leg. 3. c. deliberatione. §. prohibemus cum glo. in uer. specie. & ibi Gemini. in. 1. not. quod † genere prohibito, qualibet species prohibita uideretur: & remoto genere, quælibet species remota censeretur. Bal. in l. omnes populi col. 2. uersi. præterea à quo remouetur. ff. de Iusti. & iur. Vnde sic dicendum est è contrario, quod concessa derogatione regularum in genere, debeat censeri concessa derogatio cuiuslibet regulæ. Tertio, † Dispositio, seu cõcessio, per quam fit reditus

ad ius commune, & ad ius primæuum, fauorabilis, & amplianda reputatur, ut tetigi supra in secundo fundamento pro parte contraria factis: & in terminis est glo. not. in. c. statutum de præben. lib. 6. in uer. numerandum circa medium uersu. item per hanc reditur ad ius cōmune, extendenda est &c. & per istam glo. Alex. in. l. si constante col. 3. nume. 5. ff. solut. matri. dicit etiam in correctorijs, quādo fit reditus ad ius commune, fieri extensionem. Ias. in. l. si unus. §. pactus ne peteret col. 2. num. 6. ff. de pact. Feli. in. c. cūm accessissent col. 2. in. 3. not. de constitu. & iste reditus ad ius commune antiquum interpretationem sumit à not. per Alciat. in tracta. de uerb. signi. lib. 2. num. 35. ubi declarat debere intelligi de reditu ad ius, quod uigebat ante legem correctoriam. & sic iste est casus noster. nam ante regulæ huiusmodi editionem secundum iura, quilibet poterat resignare ad sui libitum, nec de iure talis resignatio subijciebatur isti limitationi dierum suæ uitæ. Nil aliud est igitur dare licetiam derogandi huic regulæ, quàm restaurare ad iura communia antiqua. unde merito, etiam quod aliqua aliæ regulæ nō uenirent sub hac generali facultate derogandi, ueniet ista exorbitans, & odiosa, ut pluries dixi, & de se patet. Quarto, retorquēdo argumentū D. Sarnen. in si. suæ ultimæ quæst. positum (si tamen ipse ita intellexit) quod dubium istud ab usu patrisfamilias pro expedito haberi debeat: dico, quod pro ista parte affirmatiua pro expedito haberi debet ex communi usu, stilo, & obseruantia, in talibus indultis Legatorum, in quibus apponitur indistinctè clausula quorum omnium, & aliorum tenores, etiam si de eis expressa mentio facienda esset &c. ac si de uerbo ad uerbum &c. operatur enim ac si in indiuiduo omnia expressa fuissent, & tollit clausulā derogatoriam ad futura. Anto. de But. consi. 2. Feli. in. c. nonnulli col. 7. in. 2. fallen. uersu. addatis primo. de rescrip. Cassado. decif. 10. num. 2. & Dec. 28. & 38. super regulis. Dec. consi. 341. nume. 1. Cur. Iun. consi. 10. nume. ult. Aymo. consi. 126. inter alia priuilegia nu. 6. & 7. Paris. consi. 1. num. 84. uol. 4. Et ista est magis communis opin. ut colligitur ex tradi. per glo. concor. in tracta. de for. manda. Aposto. in uer. pro expressis &c. Quinto, pro ista mea opin. in proprijs terminis istius regulæ adduco egregium Doctorē nostri temporis idem concludentem, uidelicet Nicol. Boe. in tracta. de potestate Legati à latere: qui plura allegat, quæ uideri possunt à uersu. & profecto quanquam hæc ante numerum. 58. usque ad numerum. 107. & dicto nume. 107. dicit procedere sine dubio, quod ex concessione præfata possit Legatus huic regulæ derogare: sed dubium sibi facit pragmatica &c. sed illud dubium nihil ad nos, quia extra materiam nostram. Nō obstat primum fundamentum pro contraria opin. factum, quod sub illa generalitate non ueniat facultas derogandi huic regulæ; tollitur enim per re-

respon-

sponsonem Dec. consi. 30. & pro tenui. col. 3. ante numerū. 4. ubi in alia materia, secundum tamen terminos nostros dicit, quod ista esset magna restrictio ad communem opin. & quod est contra opin. Doct. simpliciter loquentium. Insuper ex his, quæ ibi subijcit, in talibus indultis solet poni dictio uniuersalis, uidelicet Derogando omnibus regulis cancellariæ, uel derogando omnibus & singulis regulis &c. & sic ut ipse concludit nō essemus in indefinita, sed in uniuersali propositione. & quando quidem indultum loqueretur per uerba indefinita, dico, quod quando est eadem ratio, † Indefinita æquipollet uniuersali. l. si plures gradus. ff. de legat. 3. Cur. Iun. consi. 107. nu. 3. & 4. Dyn. super rub. de reg. iur. Barr. in. l. si pluribus de legat. 2. At in casu nostro, non potest dari ratio differentie huius regulæ ab alijs. Immo (ut supra dixi) magis induci debet derogatio huius regulæ exorbitantis, & odiosæ, quàm quarundam aliarum fauorabilium. Nec opin. D. Sarnen. in. 5. & 6. quæst. proce. quod istæ regulæ iudiciales sint magis nota dignæ, quàm reliquæ, in iure probatur: nec est uerum, quod uerisimiliter Papa non concessisset derogandi potestatem quoad istam regulam. Minus subsistit illa ratio, quod ipse Papa non soleat derogare, immo & ipse derogat, ut dicit D. Sarnen. quæstio. 39. ubi ad replendum folium facit quæstionem de per se, an de stilo soleat regulæ derogari. istud enim in facto consistit, & quilibet summus Pontifex pro tempore derogauit, & derogat ad sui libitum. satis est, ut etiam ipse dicit, quod sæpe derogatur et in materijs extra Italiā pro absentibus indistinctè. Ad secundum fundamentum partis cōtrariæ, quod debet fieri reditus ad ius commune: respondetur per tertium argumentum pro hac opin. factum. immo utraq; argumēta faciunt pro hac opin. quod derogādo huic regulæ, seu faciēdo interpretationē, quod inducatur derogatio, seu facultas derogādi, uerè sit reditus ad ius cōmune pri-

7 1
2 5
3 6

marium, ut latius ibi probaui. Nec obstat, quod † Legatus nō possit derogare constitutionibus, & decretis Pontificijs, quia inferior non potest tollere legem superioris. l. formā. C. de offic. Præfect. Illir. c. cūm inferior de maior. & obediens. quod procedit etiam in Legato de latere glo. communiter approbata in uer. figura de hære. lib. 6. cir. medium, & ante fin. Corn. consi. 10. Visa fuit col. 3. num. 9. & in consequentia nō possit derogare regulis cancellariæ: quia primum dictum non ita indistinctè procedit, saltem quādo adest causa derogandi. tunc enim † Legatus, & Episcopus derogare potest. Bal. in. l. omnes populi col. 3. in. si. uersu. in cōtrarium quia Episcopi. ibi, nisi fortè fiat ex euidenti, & necessaria causa. ff. de iustit. & iure. Abb. in. c. at si clerici. §. de adulte. col. 4. num. 9. uer. prædicta limita &c. de iudi. & in c. dilectus. de electio. Stapha. Bertran. cōss. 236. multa sunt col. 3. nu. 6. uol. 1. tamen istud argumētum nihil facit: quia

BBB ij esto,

esto, quòd non possit derogare: non sequitur, ergo data potestate derogandi non derogabit quoad contenta in potestate: immo si ex se possit, talis facultas superflua reputari deberet. & illud dictum. Non potest inferior tollere statutum superioris, limitatur, nisi quatenus superior permittit. Bal. in dicta. l. omnes populi col. 3. uers. in contrarium, quia Episcopi. ibi, nisi quatenus superior permittit. Satis est, quòd ista facultas derogandi fauorabilis reputari debeat, ut supra dixi: & sat superque est, quòd nihil aliud facit Papa, dando facultatem derogandi regulis, quàm respectu regularum exorbitantium concedere potestatem redeundi ad ius commune. Ad tertium argumèrum respondeo, negando posse prætendi præiudicium tertij saltem considerabile, & impeditiuum: eòd præfertim, quia (ut proximè dixi) per tales derogationes nõ sunt actus, per quos iura communia offendantur: immo antiqua iura cõseruantur. Nec potest considerari præiudicium tertij tempore ipsius concessionis similitium indulgentium: & quatenus etiam aliquale præiudicium prætendi possit, nõ esset tale, quin summus Pontifex circa dispositionem beneficiorum, quorum ipse est absolutus Dominus & dispensator, tollere, suspendere, uel obumbrare possit. Et ad omnia fundamenta prædicta, & omnia alia, quæ in contrarium allegari possent, responderetur, quòd contraria forsitan procederent, quando non adessent clausulæ illæ prægnantes, de quibus supra in quarto monitorio facto pro hac mea opin. clausulæ enim ille, & aliæ, quæ in similibus apponi solent, omnem penitus difficultatem tollunt. Et sic etiam ab usu patrisfamilias, quicquid tenuerit, seu tenerit D. Sarnen. ista secunda opin. omnino tenèda est, etiam tanquam æquior, & rationabilior. alioquin infiniti deciperentur sub talibus derogationibus, credentes illas legitimas, & iuridicas.

- 1 VIGESIMO QUÆRO, An † Regula ista comprehendat præceptorias? Pro parte negatiua facit, quòd regula loquitur de resignante beneficiũ, sed præceptorias non uidentur comprehendere sub nomine beneficiorum, ergo non contineantur in regula. minorem probò per tex. in cle. 2. §. ut autem & §. præmissa uerò, cum glo. in uer. committatur in uer. militarium
- 2 & in uer. aliorum de religi. domi. ubi aliter de istis præceptoris, quàm de beneficijs disponitur. Lap. allega. 27. disputat an præceptor &c. Corn. consi. 66. placet mihi col. 3. nu. 1. ubi quòd in bulla Pij præmittitur, quòd huiusmodi præceptorias nequaquã sunt beneficia Ecclesiastica, sed simplices administrationes, à quibus possunt nutu Magistrum, & conuentus remoueri præceptores eorundem. Aene. Fal. in tracta. reserua. in. 3. quæst. prin. pag. pen. l. fol. mihi. 18. nume. 29. in uer. beneficia regularia, uers. & propter hoc puto, quòd beneficia ordinis S. Ioãnis Hierosolymitani, & & præceptorias S. Antonij, siue alterius ordinis, prout sunt in Hispania,

- non includantur in reseruationibus &c. & sic uult, quòd diuersa sit natura præceptoriarum ab alijs beneficijs. Paris. consi. 125. An collatio nume. 17. ubi quòd istæ præceptorias uidentur dispensationes quædam bonorum ad Hospitalitatem uolu. 4. Secundo uidemus † Præceptorias de sua natura laicis concedi. c. Canonica. de senten. excom. iun. intitulatione, seu inscriptione, quæ fit magistro & fratribus Hospitalis Hierosolymitani, ubi fit extensio priuilegij cõcessi monachis, & canonicis regularibus ad istos fratres Hierosolymitanos, dando facultatem eorũ Priori præbytero, quòd eos ab excommunicatione absoluat. & ibi no. Docto. quòd isti præceptores, seu confratres sunt laici præter Priorem, à quo etiam magnus magister, qui etiam laicus est, absolui poterit, sicut alij præceptores. facit. c. 1. cum glo. in uer. persoluant uers. sciendum est, quòd isti fratres laici sunt ex ordine, quia ordinem clericalem non habent &c. de uerb. signi. lib. 6. Nico. Mil. in suo repert. in uer. religiosi sunt fratres hospitalis S. Ioannis Hierosolymitanenses, licet sint laici &c. Lambertii. in tracta. iurispatro. art. 57. quæst. 1. par. 2. lib. fol. mihi. 215. col. 4. Tertio, isti † præceptores non sunt perpetui, sed ad nulum amouibiles, seu aliàs ad tempus deputati simplices commendatarij, seu temporales administratores, qui pro libito amouentur. c. cum deputati de iudi. iun. ijs, quæ not. ibi Inno. in prin. ubi, quòd comparantur institutoribus, seu custodibus, uel commendarijs: & quòd possunt remoueri ad arbitrium superioris, & Abb. ibi. col. 4. in 2. quæsti. ubi tractat de potestate & officio horum præceptorum. & in dicta alleg. Lap. 27. ante si. & in alle. consi. Corn. 66. num. 1. uol. 3. & facit stylus religionis Hierosolymitanæ, qui est (ut audio) quòd præceptorias illius religionis commendantur ad decem annos, & ultra ad beneplacitum magni Magistrum, & Conuentus: & sic non assignantur in perpetuum, quia † perpetuum dici non potest certo tempore, seu termino limitatum. Bart. per illum text. in l. iurisperitos post prin. num. 2. ff. de excu. tuto. in 2. lectu. Io. de Syl. in tracta. beneficij par. 3. quæst. 68. ante si. ubi disputat, an beneficia regularia sint perpetua. & sic sunt diuersa à conditione beneficiorum, quorum natura est, ut sint perpetua. alle. Lap. 9. disputat hoc num. 3. Quarto, siue dicamus regulam habere locum in Papa tantum, & non extra curiam, uel etiam extra eam, quia ex stabilimentis cum religione Hierosolymitana, & indultis, seu priuilegijs Inno. viii. consistorialiter concessis ex causa onerosa, & forsitan etiam per uiam cõtractus disponitur collationem, seu dispositionem præceptoriarum huiusmodi etiam in Romana Curia uacantium, spectare solum ad magnum Magistrum: pater expressè, quòd sumus extra terminos regulæ, cum dispositio nec ipsi Papæ, nec ordinarijs competat.
- 5 Pro parte uerò affirmatiua facit, quòd immo † præceptorias uacent per obitum

obitum & per resignationem etiam in Curia Romana, sicut alia beneficia: beneficiorum que appellatione ueniant, ut concludit Corn. in alleg. consi. 66. nu. 2. & sequen. uers. tamen hoc non ob. lib. 3. idem etiam concludit Sozi. consi. 32. ex his, quæ superius num. 11. 13. & 17. qui consultauit in eodem casu, in quo Corn. uti refert ipse Corn. in dicto consi. in princ. licet non alleger consi. dicti Sozi. ratio, quia tunc emanant, nec redactum erat inter alia. nec uolumina Bartho. Sozi. erant tunc impressa. Insuper pro hac parte affirmatiua facit identitas rationis. eadem enim ratio præsumptionis fraudis, quæ cadere potest in alijs beneficijs, potest etiam in præceptorijs. Vnde non est facienda uis in cortice uerborum: sed magis † in mente, & sensu, in quibus consistit legis uirtus. l. cōtra legem in. 2. respon. & l. sequen. ff. de legi. l. scire oportet uers. sed & si maxime uerba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud uult. ff. de excu. tuto. l. nominis & rei in. 2. respon. ff. de uerb. signi. pulchre per Bar. in. l. 1. in. 2. quæst. uers. plus dicunt Doctō. moderni & c. ff. uti possi. & in materia regularum per Cassado. decisi. 32. super regulis nume. 9. Quid tenendum? duo casus considerari possunt. unus sit, quando præceptorix sunt perpetuæ, ut per Innoc. in allega. c. cum deputati de iudi. uers. si autem sit perpetuus præceptor & c. & per Abb. ante numerum. 8. uers. si uerò præceptor est perpetuus & c. de iudi. & dantur in titulum perpetui beneficij, resignantur que, & uacant, ut alia beneficia. & tunc clarum erit ex uerbis, & mente locum esse regulæ. Alter casus erit in illis præceptorijs militaribus Hierosolymitanis, uel in alijs præceptorijs, quæ de sui natura non sint perpetuæ: & materia est ad partes satis disputabilis. Ego autem concluderem, quòd in resignationibus, quæ fiunt in Curia Romana, ut omnes indistinctè fieri solent, sit locus regulæ: præsertim † si fiant in fauorem certæ personæ. tunc enim cessabit priuilegium, seu indultum Innoc. viii. de quo supra, propter notabilem decisionem Dominorum meorum de Rota, factam in una Cesaragustana præceptorix de Viglel. coram R. P. D. Iacobo Puteo nunc dignissimo Cardinale, sub die 14. Nouembris. 1548. dato enim puncto an priuilegium Inno. comprehenderet uacantia per resignationem in manibus Papæ, concluderunt sub dicto priuilegio non comprehendi beneficia per resignationem in fauorem certæ personæ. de qua resignatione in fauorem certæ personæ uideatur Cassado. decisi. 3. de renunc. nume. 2. & sequen. Nec mirum si Papa etiam concessio quocunque priuilegio, seu indulto ipse confert præsertim beneficia uacantia in curia: cum concurrat cum quolibet ordinario. Immo plenaria dispositio omnium, & quorumcunque beneficiorum cuiuscunque qualitatis sit penes ipsum. c. 2. de præben. lib. 6. & dato, quòd † beneficia essent manualia, seu ad nutum

cuncto

amouit

amouibilia, eo ipso quòd conferuntur per Papam, efficiuntur perpetua: dico in fauorem illorum, quibus fit prouisio. nec Papæ collatio huiusmodi per quemcunque superiorem prouisi poterit reuocari. Bal. in. c. illud de maior. & obedi. Gemini. in. c. præfenti col. 2. num. 9. uers. dicit tamen Archidia. quòd ubi religiosus & c. de offi. ordi. lib. 6. Lap. alleg. 9. disputat hoc col. 3. ante numerum 6. uers. Aliud est prouidere de beneficio & c. Feli. larè in. c. per tuas col. 2. & seq. nume. 4. & optimè per præceptorem meum D. Philippum Deci. qui respondet motiuis Abb. in. c. ad nostram col. 3. uers. in contrarium tamen, de confir. uti. uel inuti. Ex præmissis potest colligi responsio ad omnia contraria, quibus sigillatim non respondebo, tum breuitatis causa, tum ne ulterius inter infirmos, & mortuos commorer. Itaque claudere iam riuos liceat, sat prata biberunt.

Regula Vigesima.

De Idiomate loci ecclesiæ Cathedralis, intelligendo ab eo, cui conceditur.

TEM Voluit, quòd si contingat ipsum alicui personæ de Parrochiali Ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, uel gratiam expectatiuam concedere, nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat, idioma loci, ubi huiusmodi Ecclesia consistit: prouisio, seu mandatum, & gratia desuper, quoad parrochiam Ecclesiam, nullius sit roboris, uel momenti.



DIDIOMATIS Regulam interpretaturus, quid uerbum ipsum significet, præmitram, iuxta consilium Vlpiani in. l. 1. in princ. ff. de iusti. & iur. Idioma igitur, seu ΔΙΑΛΕΚΤΟΣ proprietas linguæ, seu proprietas sermonis dicitur. Sumitur etiam pro disputatione rerum. uerbum enim græcum ΔΙΑΛΕΚΤΟΣ, id etiā infert. Sed in regula nostra in prima significatione sumendum erit: iuxta quam dicimus, quinque esse, seu fuisse idioma apud Græcos, quæ etiam dialecti nuncupantur. Huic regulæ similis est, immo quasi eadem, altera, disponens nulli licere expectationem impetrare expectatiuam: de qua loquar infra, quæst. 6. ubi melius cadet,

PRI.

- PRIMA** Quæstio, An Regula hæc sit iuri, & rationi consona?
SECUNDA Quæstio, an regula procedat in beneficijs electiuis?
TERTIA Quæst. an regula obseruari debeat, & liget extra curiam?
QUARTA Quæst. Quid si in uno loco sint duo idiomata, unum naturale, alterum accidentale, & prouisus intelligit solum, & loquitur accidentale, & ab alijs intelligitur, an obftet sibi regula?
QVINTA Quæst. An regula procedat in gratia motu proprio, & Ex certa scientia?
SEXTA Quæst. Papa dedit expectatiuam Alemano, etiã quoad parrochialem in Francia, uel alibi, & derogauit huic regulæ, sed non regulæ prohibenti obtineri expectatiuam extra nationem suam: an quoad parrochiale censetur derogatum utriusque?
SEPTIMA Quæst. an Regula dispensato à Papa, ut possit tenere plura beneficia curata, & quòd non teneatur in illis residere, si sibi alijs canonicè conferantur, obftet sibi, si conferatur Parrochialis à summo Pontifice absque derogatione regulæ?
OCTAVA Quæst. an regula ista habeat locum in Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & Patriarchatibus?
NONA Quæst. quid si in supplicatione impetrantur Parrochialis, & beneficia simplicia eiusdem Ciuitatis, seu castri, & impetrans non intelligit idioma loci, an sicut gratia quoad parrochiale nulla est, eodem modo sit nulla, quoad simplicia beneficia?
DECIMA Quæst. Romanū idioma, ad effectum huius regulæ, quòd erit?

- PRIMO** Quæro, An Regula ista sit iuri & rationi consona? & licet. D. Sarnen. pulchro ordine, & abundanti stilo, quæstionē hanc prosequatur, non tamen censui superfluum aliqua in medium adducere. arguam igitur ad partes, ut melius ueritas cognoscatur. Pro parte igitur negatiua
PRIMO facit, quòd Regula Christiano necessaria, & pro quibus edocendis Romæ, Bononiæ, Parisiis, & alibi deputari debent magistri, sunt hebraica, arabica, & caldea, cle. 1. de magi. seu secundum glo. ibi in uer. hebraicè, sunt hebraica, græca, & arabica: seu uerius, latina, græca, & hebraica. ut per Card. in dicta cle. in. 14. nota. ubi post Lap. quòd tres sunt linguæ sacræ, hebraica, græca, & latina, quæ totum Orbem diuidunt. Sic enim non sine magno misterio descriptus fuit diuinus ille titulus sanctissimæ Crucis latinè, græcè, & hebraicè, & dictis tribus linguis signatus appositus fuit pro rostris ante faciem omnium Populorum. Si igitur personis Ecclesiasticis, immo omnibus Christianis, immo toti orbi istæ tres linguæ cõueniunt, illas que à magistris edoceri debemus: Istæ enim duæ, uidelicet latina, & græca sunt omnibus communes. l. 1. §. fi. & ibi per omnes.

- nes. ff. de uer. obli. §. alienationis in Auren. de non alienan. colla. 2. & ibi glo. in uer. uoce cir. medium dicit scripturam sacram translata fuisse de hebraica in græcam, & de græca in latinam linguam, per Ias. in dicta l. 1. de uerbo. §. fi. in princ. si nobile, & salutiferum uexillum Christianum ita pictum, & annotatum reperitur, exemplum sit nobis, talia Idiomata conuenire, non autem alia, de quibus in regula. Secundo dico, quòd
RECTOR, seu quiuis alius sacerdos debet habere scientiam, pro intelligendis scripturis sacris uidelicet, euangelij, & prophetis. c. sacerdotes. c. ideo, uer. si, elaborandum est Sacerdotibus, ut ignorantiam à se, quasi quandam pestem, abiciant. 37. distin. c. Ignorantia. 38. distin. ubi quòd debent scire sanctas scripturas, & canones: & in summa ea, quæ tales scire debent, sunt expressa in. c. quæ ipsis sacerdotibus. 38. distin. ubi quòd liber Lectorius, Antiphonarius, Baptristerium, Computus quo ad dies, & menses, Canones pœnitentiales, Psalterium & homeliæ, postea subditur ibi, Ex quibus omnibus si unum defuerit sacerdotis nomen uix in eo constabit. & sic datur intelligi, quòd omnia illa sunt necessaria, & præter illa, nullum aliud requiratur, & sic non requiritur istud Idioma, de quo in Regula. Tertio, arguendo à si de quo magis ad. c. si Paulus 32. quæsti. §. c. imitare cum glo. in uer. Petrus. 6. quæsti. 1. glo. magistra in. c. cum in cunctis in uer. multo fortius in si. de electio. Si igitur Episcopus non tenetur scire Idioma, de quo in regula, ut latius prosequar infra in alia quæstione: in quo tamen Episcopo plures qualitates, & maior sufficietia requiruntur, quàm alijs inferioribus, dicto. c. cum in cunctis: ergo nec de iure, nec ex aliqua ratione Rector uideretur astringi debere ad istud Idioma per regulam requisitum. Quarto, iuxta dictum argumentum à maiori, si deputantur D. & Auditores sacræ Rotæ iudicantes duodecim tribus, & uniuerso Orbi iura reddentes, & iste est splendor Urbis, & Orbis, & ista est lucerna supra montem posita, per quam etiam mons montium clarior, & lucidior redditur: illi enim uice Papæ uiuentis causas audiunt, Specu. in titulo de offic. ordi. §. 1. col. 2. ante numerū 4. ibi, Auditores autem Palatii &c. & in quibus candiditas morum, eminentis scientia, & tot alia (quæ apud omnes alios rara inueniuntur) requiruntur; & tamen non requiritur Idioma locorum, à quibus causæ, & lites arduæ, graues, ponderosæ ad eorum tribunal fluunt, & præsertim Hispaniarum, quæ sicut India mittit ebur: istæ ad Cur. Rom. mittunt negotia infinita, & causas magni momenti: & sæpe necessarium sit principales ipsos litigantes audire, & ab ipsis ueritatem, & responsiones, seu confessiones elicere, etiam per uiam interrogationis ab ipso Iudice faciendæ, ubicunque eum æquitas mouerit. l. penul. ff. de interroga. actio. CCC multo

multo minus igitur requiri uideretur tale Idioma in Rectoribus, qui non ita ardua, & ponderosa tractant. Quinto, insitendo in eodem argumento, fit Papa, qui Vices Dei gerit in terris, & cuius Diocesis est uniuersus Orbis, & qui, ut dicit Abb. in alleg. c. cum in cunctis col. 2. uers. ideo ad propositum & c. debet habere maiorem scientiam reliquis, cum sit prepositus curæ totius Christianitatis, latè Syl. de beneficio par. 3. quæstio. 5. num. 3. & nihilominus non astringitur ad scientiam Idiomaticam, seu alius Idiomaticis. immo Episcopatu Romano præfecti fuere Hispani, Galli, Germani, & alij extranei ab Idioma, immo etiam moribus Romanis: multo igitur minus qualitas ista uideretur requiri debere in simplici rectore. Sexto, turgendo à matrimonio carnali ad spirituale, ad tex. in c. sicut in unaquaque 21. quæst. 2. c. inter corporalia post prin. de transla. Episco. c. quoniam frequenter. s. porro in princ. de electio. Hostien. in c. cum inter canonicos col. penul. ante fin. ibi, & maxime astrictus parochialis Ecclesie, qui quodammodo sponsus dicitur & c. eo. † Matrimonium autem potest contrahi inter personas diuersarum linguarum, præsertim mediante interprete. c. ex literis el primo, cum glo. in uer. intellexerit. Abb. antiq. qui ponit exemplum, quando Græcus contrahit cum Theutonica. & Abb. Parnor. ibi optimè col. 2. nume. 3. ubi etiam quod si sunt diuersæ lingue, possunt contrahere per interpretem. de sponsa. Ias. in dicta. l. 1. s. si. ff. de uerb. oblig. col. 2. nu. 4. ubi ampliatur illum tex. qui uult lingue diuersitatem non impedire, uel inuadere stipulationem: dummodo contrahentes se intelligant per se, uel per interpretem. ampliatur etiam ad iudicem, & restatorem, qui possunt adhibito interprete ferre sententiam, & testamentum facere coram notario non intelligente suum sermonem. & pro conclusione præmissa faciunt tradi. per Io. Brunelli in tracta. de sponsa. & matri. in. 15. conclu. incipiente, matrimonium potest contrahi inter eos, qui sunt diuersæ lingue adhibito interprete & c. Pariformiter igitur debet admitti matrimonium istud spirituale, inter rectorem extraneæ lingue à consueta in loco parochialis, & sic uxoris poterit enim, si linguam non intelligat, per uiam interpretis supplere.

9 Septimo, quia † temporis necessitate cessante, cessare debet, quod propterea statutum erat. l. uni. in prin. C. de caduc. tollen. c. quod pro necessitate. 1. quæst. 1. c. quod pro remedio. 1. quæst. 7. Cum autem † prædicare antiquo tempore cõpeteret Rectoribus Parochialium, non autem alijs clericis, seu religiosis. c. adijcimus. 16. quæsti. 2. c. ecce ego post prin. 95. distin. Abb. in c. decernimus nume. 14. de iudi. glo. in cle. 1. in uer. officia de regula. Feli. in c. excommunicamus nume. 4. de hæreti. latè Cardi. in cle. dudum uers. ab olim in. 6. quæst. num. 7. de sepul. & ista sit potissima ratio, quod Rectores scire deberent Idiomatica, ut prædicare possent, & ab alijs

alijs intelligeretur, ut per D. Sarnen. hinc quæst. 1. in prin. istis autem temporibus non prædicent Rectores, sed Monaci & alij iuxta dictam cle. dudum de sepul. qui etiam confessiones audire possunt, ut ibi sequitur, quod cum alijs requireretur Idioma pro prædicando parochianis, illorum que confessiones uocales audiendo, cessantibus istis rationibus, cessare etiam debet quodcunque requisitum lingue, seu Idiomaticis. Istis fundamentis pro parte negatiua iactis, respondebo argumentis D. Sarnen. pro parte affirmatiua factis. Ad primum de prædicando, & confessiones audiendo, unde propterea Idioma requiratur, responsum est supra immediatè, quod alij nunc prædicant, & alij confessiones audire possunt. Insuper possunt alium loco sui deputate ad ista, uel alia officia, in quibus loquela, quæ in huiusmodi Rectoribus non adsit, requiratur.

11 unde succedit Regula, † qui per alium facit, perinde est ac si faceret per se ipsum. l. 1. s. si iusserim. ff. de acqui. pos. l. quod iussu. ff. de regu. iur. c. qui facit per alium, & c. potest quis per alium de reg. iur. lib. 6. Secundum fundamentum D. Sarnen. est, quod originarijs magis est fauendum: & quod bonum esset, quod cuilibet in patria sua prouideretur. ad istud respondeo, quod non facit ad regulam nostram, quæ non disponit circa oriundos, uel eiusdem patriæ, uel Diocesis & c. sed bene alia regula, quæ est supra decima sexta, super qua latè scripsi. Tertium motiuum D. Sarnen. tendit per diuersa media ad probandum utile esse Rectoribus, & alijs habere linguam, seu lingue cognitionem loci, ubi sita sunt beneficia, seu illorum, cum quibus & c. conuersari habent. adducit infinita iura, ad que omnia uerbo respondeo, quod cõcedo: quod sit utile: tamen nego, quod sit necessarium. est etiam habere linguam Caldeam, & Arabicam cle. 1. s. hoc sacro de magi. tamen est necessarium, nego cõsequentiam. Quid tenendum? ueriores puto partem affirmatiuam, per plura,

12 quæ adducit hinc D. Sarnen. & quia negari non potest, quod † Rectori incumbat onus per se ipsum audire confessiones, sacramenta ministrare, parochianos instruere in fide Christiana, & in sacra doctrina. c. ignorantia mater in fi. 38. distin. in fi. c. sit Rector. 43. distin. ubi etiam quod non debent esse canes muti non ualentes latrare. Esai. 58. in prin. clama ne cesses, quasi tubæ exulta uocè tuam. & in dicto. c. sit Rector subditur, præconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit. & postea uers. sed cum Rector, subdit quod Rector præparat se ad loquendum, atredat sub quâto caurelæ studio loquatur, & istorum est annunciare omne consiliu Dei, Actum Apostolorum 10. col. 5. ubi Paulus attestatur se esse mundum, quia non subterfugit annunciare omne consiliu Dei. c. Ephesijs. 43. distin. sed quia præmissa non possunt fieri, & executioni demandari absque proprietate Idiomaticis, & lingua sit nuncius cordis, & anima organo uo-

cis exprimat suam uoluntatem, & uoces sint signa passionum animi, ad
 Bald. in l. de quibus prope fin. ff. de legi. Feli. super rub. de si. instru. post
 princ. Mari. Sozi. Iun. consi. 128. presentis consultationis num. 85. & 86. se-
 quitur necessariò, quòd etiam de iure, etiam diuino necessariò requiri
 13 debeat in Rectore Idioma loci, seu parrochianorum. alioquin uana es-
 set Rectoris loquela non intellecta, & qui † consequens uult, & antece-
 dens uelle uiderur. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procura. l. ora-
 tio. ff. de sponsa. l. iter. §. si. ff. de serui. ruti. prædi. Et sic cū omni iure con-
 cordat regula ista, & in se habet maximam rationem, & ultra adducta
 hīc per D. Sarnen. uideatur Syl. de beneficio par. 3. quæst. 26. præsertim
 col. penul. & ultra, ubi loquitur de hac regula, & pro ipsius ratione ali-
 qua adducit. Superest modo respondere ad contraria suprā per me ad-
 ducta, licet eneruentur per proximè facta: tamen singulariter respon-
 dendo, Ad primum menm argumentum respondeo, quòd per regulam
 nostram non excluduntur tres linguæ, Latina, Græca, & Hebraica: nec
 ego nego tales linguas pro scripturis sacris, immo pro omni sciētia, præ-
 sertim Latinam, & Græcam necessarias. sed quantum atinet ad Recto-
 res, illa præcipuè requiritur, quæ communis, & solita est parrochianis:
 Ad secundum similiter respondeo, quòd nō nego illa requiri, sed mul-
 to magis loquelam uulgarem pro uulgaribus maximè, cum quibus Re-
 ctor circa sacramenta, prædicationes, & alia participare habet. Ad ter-
 tium, non est uerum quòd Episcopus non teneatur scire linguam, seu
 Idioma: & si non per se ipsos, ad minus per alios curare debent pro in-
 telligētia linguarum etiam diuersarum in suis Diocēsisibus. c. quoniam
 de offi. ordina. Insuper diuersa est ratio inter Episcopū, qui habet suum
 Vicarium, nec ad ea tenetur, ad quæ Rector, qui permixim cū suis par-
 rochianis diu noctuq̄ue moram trahit: nec inter parrochianos solet da-
 ri differentia Idiomatum, ut inter homines diuersarum Diocēsim, ut
 in dicto. c. quoniam de offi. ordi. in prin. ubi quòd in plerisque partibus
 infra eandē ciuitatem & Diocēsim permixti sunt populi diuersarū lin-
 guarū, & sic iura facilius prouidere potuerunt circa Rectores, quàm cir-
 ca Episcopos quoad Idioma. Ad quartū de D. Auditoribus Rotæ argu-
 14 mentum, nō procedit propter magnā diuersitatem, tum personarū, tum
 officij, seu misterij, & † ex diuersis nō fit illatio. l. naturaliter. §. nihil com-
 mune. ff. de acqui. posse. l. si duo in si. ff. uti possi. Insuper arguēdo ab im-
 possibili ad. l. impossibilis, ff. de uerb. oblig. l. uerum est, & l. impossi-
 bilium. ff. de reg. iur. sed impossibile est Auditori linguas omnes intelli-
 gere, & proferre, tanto magis quia persona in una professione ita excel-
 lens, ut præsumitur quilibet ex Dominis de Rota, nō potest uacare ap-
 prehensionī tot linguarum iuxta illud, Pluribus intentus, minor est ad
 singula

singula sensus. Immo sola scientia Legum & Canonum requiritur totum
 hominem: & uix sufficit ætas pro illa ad plenum assequenda. Vnde
 possumus dicere cum Hippocrate in suo primo Aphorismo, Ars longa,
 15 uita breuis. & magis conuenit nobis propositio illa quàm Medicis: † Qui
 cognitis quibusdam principijs, cū parua reuolutione librorum, seu car-
 tarum cito se expediunt, fortunæ cæterā mandantes. & ego aliās scribēs
 cuidam amico Medico, perebam ab eo iuxta principium Iliadis quot-
 quot dimiserit orco. Et si mihi obijciatur de Mitridate, & aliquibus alijs. 81
 qui tot Idiomata sciuerunt, dicam illos raros fuisse. iuxta illud, Rara uis
 in terris &c. Insuper Mitridates alijs scientijs præsertim illis, quibus uita
 hominis non sufficit, uacuus erat. sed quicquid sit, rarò ista accidunt, ad
 quæ iura ordinariè non adaptantur. l. & his & l. nam ad ea. ff. de legi. l.
 ea, quæ rarò. ff. de reg. iur. Insuper D. Auditores non prædicant, nō au-
 diunt confessions, non ministrant sacramenta, nec alia faciunt, pro qui-
 bus exercēdis loquela, seu Idioma proprium requiratur: sed in omnem
 16 euentum prouisum est circa † D. Auditores, ut penes ipsos sit Idioma il-
 larum gentium, à quibus præcipuè ad Cur. Rolites, & causæ adducun-
 tur. solent enim duo ex duodecim sacre Rotæ Auditoribus eligi ex do-
 ctioribus, & magis idoneis ex tota Hispania, unus uidelicet ex Castella,
 alter ex regno Aragonum: unus ex Gallia, alter ex Germania, reliqui
 Itali, inter quos duo uel tres Romani. Nec sum ignarus, quòd aliquis
 obijcere mihi poterit istum ordinem Rotæ non esse ita fixum, quin ui-
 deamus aliquando nō ita prouisum circa prædicta Idiomata, cum nunc
 nullus sit ex natione Germana, quæ tamen potens est opère, & sermo-
 ne. Immo cum ea ipsa sit, quæ imperium obtinet, & fouet, non uiderur
 ita negligi debere. rationem, qui melius nouit, reddat. ego tamen credi-
 derim non absonum fuisse hac uice ordini illi antiquo derogatum fuisse
 propter turbulētiā status illarum partium, in quibus uis erat, & est in
 armis: uel potius propter præstantiam, & excellētiā summi Viri. R. P.
 Io. Baptistæ Guido boni, qui in locum Auditoris Germani successus fuit
 cui si Idioma illarum partium desit, tantū alijs in rebus præstat, ut me-
 ritò facillè fuerit illum iurisperitis Germanis anteferri. Ad quintum dico,
 17 quòd Papa non subijcitur legi: immo est solutus legibus. Insuper † lo-
 quentis persona semper excipitur à sermone generali. l. i. cū glo. in uer.
 relatum de senato. l. si mercedem. §. si habitatoribus, & ibi Bar. in primo
 nota ff. de actio. emp. l. inquisitio, & ibi Bal. C. de solu. Bal. in l. cum acu-
 tissimi. C. de fideicom. Iura igitur requirementia Idiomatis intelligentiam
 non arctant summum Pontificem. Insuper esset impossibile, quòd ipse
 omnes linguas sciret. Accedit, quòd cum ipse sit Episcopus Romanus,
 uiderur sufficere, quòd habeat Idioma Romanum. Ad sextum respon-
 deo,

deo, quod est diuersa ratio matrimonii carnalis à spirituali. in illo enim dummodo de cōsensu constet, nihil impedit ad contrahendum, & post contractum ad persistendum in eo: tecus dicendum est in matrimonio spirituali, quod semper requirit loquelam congruam, ut supra dixi. Ad septimum dico, quod per cle. dudum de sepul. non excluduntur rectores à prædicando, & audiendo confessiones, licet derur facultas Monachis secundum terminos illius cle. quæ facultas strictissimè, & in terminis suis intelligi debet. Cùm t̄ Monaci de iure officia populo celebrare prohibeantur. 16. quæst. 1. quod Monaci. & c. Monachus. ubi, quod non habet officium docentis, sed plangentis. & faciunt alia capitula sequen. & de prædicatione eis prohibita probat ibi tex. in c. adiciamus, & per Docto. in c. 2. de iudi. & licet Rectores nō prædicent, prædicare tamen possunt, immo debent, immo istud est eorum officium, ad supra deducta, & per Feli. in c. excommunicamus col. 3. nume. 4. de hæreti. Insuper ultra prædicationem alia faciunt, ut supra deduxi: unde etiam quod cessaret una ratio, propter quam non requiretur Idioma, non cessant alia. argumeto. §. affinitatis Insti. de nupt. Et ex proximè dictis patet etiam respōsum ad ea, quæ deduxi contra primum fundamentum D. Sarnen. Ad quod etiam respōderetur, quod est electa industria personæ. & licet Rector aliqua committere posset, non tamen omnia, nec semper: & absurdum esset habere Rectorem linguam non intelligentem: cùm si quis ex parochianis cōferre uellet aliquod suum peccatum, nec alteri reuelare, non posset. Et quod in talibus sit electa industria personæ, probatur de pœnitent. distin. 6. c. si. & c. omnis utriusque sexus post princ. ibi, proprio sacerdoti de pœni. & remis. Demum t̄ uoces nihil aliud sunt, quàm notæ affectuum insistorū animo. Aristot. primo πρὸς ἑρμηνείας, seu de interpretatione, sectio. 1. tex. 2. uoces quæ conceptuum enunciativæ sunt nobis à natura datæ ad animi cōceptiones inter nos declarandas, ut mutuo frui cōmercio, & ciuilia inuicē officia præstare possimus. nā κέροϛ κέροπϛ hominis est epitheton, quod habeat uocem diuisam, id est unus alia, alter alia uoce loquatur: uel diuisam, id est articulatam, quod soli homini inter omnia animantia datū est. Sermonis itaque usus ita hominis proprium est, ut cùm duabus precipue rebus à beluis differamus, ratione uidelicet & sermone: nullis tamen satis euidentibus argumētis demonstretur, mutas animantes ratione omnino carere, nisi quod eas irratiōnabiles appellamus, & ita esse omnes dicimus. sermonem autem nobis tantum à natura cōcessum fuisse nemo est qui nesciat. Dono igitur isto naturæ ad eod præclaro, & singulari abuti non debemus, quo utriusque abuterentur illi, rebus præcipuè sacris præfecti, si eos, qui sibi subsunt non intelligerent, nec ipsi ab illis intelligerentur. ij enim inter se surdi essent

iuxta

iuxta sententiam Cice. 5. Tuscu. dicentis in iis linguis, quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectō sumus. Concludo igitur, quod ista regula est conformis omni iuri, & sic fauorabilis.

- 1 SECVNDO QUÆRO, An t̄ regula ista procedat in beneficiis electiuis? D. Sarnen. incidenter tangit quæst. 4. declarans illa uerba h̄c posita, uide licet prouidere seu prouideri mandare. funditus autem dubium hoc ad partes disputabo. Pro parte igitur negatiua facit, quod t̄ prouisionis uerbum in regula positum non comprehendit electionem. text. est apertus in c. cū in illis. §. i. de præben. lib. 6. ubi sub uerbo prouisionis, & collationis non uenit modus electiuus. & ibi Domini. num. 3. uersi. no. quod modus electiuus non includitur sub uer. prouisionem, & dispositionem. cl. 1. §. ad hoc eo. ubi in fortioribus terminis in parte executoria, seu inhibitoria, fiebat mentio de electione: & tamen deciditur ibi, quod t̄ electio non ueniat, & ibi Cardi. assignat rationē quæst. 3. quæ est, quod Papa non præsumitur uoluisse grauare plures, & præiudicare eligentibus, Rot. 877. præmissa igitur in anti. ubi etiam erat facta mentio quasi per æquipollens. Cardi. latè consi. 103. casus super quo col. 2. uersi. in cōtrarium est. nu. 12. usque ad. 20. Feli. in c. in nostra corolla. 32. uersi. sed caue, quia non credo, quod isti uelint, quod ueniāt electi & c. de rescrip. Aene. de Fal. in tracta. reserua. in 3. quæst. princ. fol. mihi. 17. col. 2. num. 21. uersi. beneficia electiua in prin. Cassado. decis. 12. de præben. pluries & c. num. 2. In contrarium facit glo. in dicta cle. 1. de præben. in uer. quamuis ante fin. ubi t̄ electionis modus uenit nullo alio expresso. idem concludit Zabba. in dicta cle. §. ad hoc quæst. 5. qui plures allegat. Rot. 196. habens gratiam in no. Mil. in reperto. in uer. gratiam habens de beneficio, quod in certo in prin. fol. mihi. 79. col. 3. Cardin. in dicto consi. 103. à prin. usque ad numerum. 12. præsertim num. 6. & seq. & tandem ante numerum. 20. uersi. sed quia Rota decidit hoc dubium, cōcludit pro hac opin. facit pro & contra consi. Calderi. 12. de præben. incipit, an beneficia electiua. & pro hac parte concludit Feli. in c. sedes de rescri. col. 5. nume. 5. & in c. in nostra eo. corol. 31. num. 27. uersi. & no. quod si nullus modus prouidendi exprimitur, uenit modus electionis, & omnis alius & c. Aene. de Fal. fol. 17. ubi supra. uersi. si uerò in reseruatione nullus modus uacandi & c. Quid tenendum? breuiter ego inhæreo distinctioni, quam facit Gemini. in dicto. c. cū in illis. §. illis uerò de præben. lib. 6. in fi. ubi dicit, quod prouiso, & dispositio latè sumpta includit electionem: secus est in materia odiosa, ut in illo. §. idem concludit in §. cū autem post prin. uersi. fol. dic. quod hoc operatur materia restringibilis. idem etiā firmat Fran. in dicto. §. illis num. 6. & 7. & residet cum distin. Gemini. quod in materia larga comprehendat omnem modum, nisi sit talis modus, cui

non

non possit adaptari, nisi modus collationis. In materia uerò stricta, & ambitiosa procedat prima opin. pro parte negatiua. Feli. in præalle. c. in nostra, coro. 32. ante numerum. 29. uers. scias etiam, quòd licet in materia stricta &c. & nouissimè huic distinctioni adhæret Paris. cõsi. 144. scripturam pridie col. 2. nu. 14. uol. 4. Applicando igitur ad regulam nostrã, concludo pro parte affirmatiua, cum probauerim in præcedenti quãssi. regulam istam esse fauorabilem, & sic omnia contraria allegata pro prima opin. cessabunt, quia procederent in materia restringenda, & odiosa, non autem in casu fauorabili, in quo sumus, tanto magis, quia, ut probauimus in prima quãssione, immo patet ad sensum, loquela præsertim in casu nostræ regulæ est iuuenta, & operatur non solum ad particularem, sed & ad publicam utilitatem. † Lex autem siue constitutio, fauorem publicum respiciens, seu ob publicam utilitatem facta, dicitur ualde fauorabilis, & est amplianda in quantum fieri potest. l. si quis in graui. s. utrunque uers. is quoq. ff. ad Syllania. & ibi Bart. no. in summa dicti. s. utrũ. Alex. in l. cum mulier. col. penul. ff. solut. matr. Ias. in l. qui seruum in. 3. col. ff. de uer. oblig. & Dec. consi. 669. Viso & perlecto col. 3. nu. 4. & 5.

1 **TERTIO** quæro, † Nunquid ista regula obseruari debeat, & liget extra curiam? Glossator antiquus tenet partem negatiuam: contrarium concludit. D. Sarnen. quæst. 6. impugnans rationem Glossatoris, fundans intentionem suam super identitate rationis, quòd ita militet in prouisione ne facta in curia sicut extra curiam. Et † Argumentum istud identitatis, rationis ualidum est in iure: ubi enim est eadem † ratio, ibi idem ius. l. si postulauerit. s. ratio. ff. de adul. l. i. s. hoc interdictum eandem habet, & ibi no. Bar. ff. de fonte. l. illud cum glo. magistra, quæ dat concordantes in uer. æstimari. ff. ad leg. Aque. c. translato cum glo. ff. de consti. Immo † Ratio, quando est scripta, ut hic, ex ea possumus inferre ad quemlibet casum: & tunc in alijs casibus non expressis nõ dicitur extensio, sed comprehensio, quasi tacitè sit cautum. l. iis solis. s. de cæteris. ibi, etiam tacitè eorum putamus. C. de reuo. donatio. quem tex. pro nota. ad hoc ponderat Bald. in auten. quas actiones col. 2. uer. sed ego dico, quando generalis ratio scripta est in leg. &c. C. de sacr. eccl. & super rub. C. de nau. fœno. Calderi. consi. 1. an capitulum in prin. in titulo. ut lit. pend. Ias. in l. à Titio in. 3. & ul. nota. ff. de uerb. obli. Dec. consi. 284. Viso puncto col. 2. ante medium. ibi, & cum ista ratio expressa sit in lege. &c. Aymo de antiqui. tempo. par. 1. num. 20. Accedit, quòd etiam si allegaretur pro contraria opin. quòd simus † in annullatione actus, & in priuatione beneficii, & sic pœnalibus, adhuc propter identitatem rationis deberet fieri talis extensio, seu comprehensio. c. i. s. porro. quæ fue. pri. cau. bene. amitt. ubi in materia priuationis feudi proceditur de similibus ad similia. &

na & Bald. ibi col. 3. no. illum tex. pro meliori de iure ad hoc, quòd in pœnalibus procedatur de similibus ad similia. glo. in leg. si. C. de reuo. donatio. in uer. uoluerit: quam ibi Saly. no. pro singulari. & idem firmat Saly. in l. si serui col. penul. nume. 24. & seque. C. de noxa. & inter alia decidit, quòd † statutum, si quis portauerit frumentum super equo, asino, uel curru extra talem locum, habeat locum etiam si portet super humeris proprijs, uel collo bouum &c. & assignat rationem; quòd statutum considerauit factum exportationis, non modum exportandi, uel super quo: & expressio facta de equo, asino, & curru, fuit facta causa exempli. Sic dicamus in casu nostro, quòd considerari debeat, an talis intelligat, & intelligatur, non autem à quo prouisus fuerit. Roma. consi. 429. considero in proposita num. 5. ubi ponit plura exempla, & facit plures illationes. Abb. in c. translato. & ibi Dec. in prin. de cõsti. Ias. in l. i. col. ff. nume. 13. uers. ego fortiter dubito. C. de transactio. & in l. i. num. 35. C. de iure emphi. prædictum argumentum satis urget, ita quòd opinio D. Sarnen. uideatur efficax. Ego contrariam opin. sequor, & teneo partem negatiuam cum Glossatore contra D. Sarnen. ea præsertim ratione, quòd uerba ubi non conueniunt, seu adaptari nõ possunt, nec dispositio locum habet. l. hos accusare. s. omnibus. ff. de accus. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. c. identitatibus. s. penul. de electio. lib. 6. Quòd autem uerba non conueniant, nec adaptari possint, probò ponderando uerbum ipsum in prin. regulæ positum: uult enim regula, quòd si contingat ipsum scilicet summum Pontificem prouidere, uel prouideri mandare de parrochiali, uel expectatiuam ad parrochiam concedere. ecce igitur, quòd regula expressè & limitatè loquitur de ipso Pontifice solum, & de gratia à se tantum facta, seu facienda. nam uerbum Ipse, quòd græcè αὐτός dicitur, est relatiuum, & sic refert eum de quo supra dictum, ut apud Vergilium in 3. Aen. Ipse arduus atraque pulsat sydera. Ipse supple scilicet Poliphemus, de quo supra loquutus erat. Sic in constitutione nostra ibi, Ipsum, scilicet Pontificem. uel etiam quòd stet demonstratiuè, ut cunque sit per Bar. in l. cunctos populos num. 1. C. de sum. trini. & si. catho. fat sit, quòd de ipso Pontifice solum intelligere possumus, & nõ de ordinario. Insuper idem expressè demonstrant alia uerba uidelicet, Gratiam expectatiuam concedere. † Expectatiuam enim gratiam ordinarius concedere non potest; immo nec dare ius ad uacatura: sed solum summus Pontifex. c. 2. & c. ex tenore de concess. præben. c. 2. primo responsio de præben. lib. 6. immo etiam summi Pontifices antiquitus parè, & limitatè tales expectatiuas concedebant. Abb. in c. consuetus in primo nota. de rescripti. & in c. mandatum ante numerum 4. eo. ubi etiam dicit, quòd à principio Papæ nõ concedebant tales gratias expectatiuas, sed postmodum

dum incœperunt dare, cum moderatione tamen. patet igitur, quòd ista regula loquens de expectatiuis nullo modo potest uerificari in ordinarijs, nec etiam illa uerba. Prouideri mandamus: quia ordinarius prouidet, non mandat prouideri. & sic uerba non possunt adaptari ad ordinarios, ergo nec dispositio. † Casus igitur prouisionis ordinarij, erit casus ommissus, & sic remanebit in dispositione iuris cõmunis. l. si cum docem in prin. & ibi. Alex. num. 2. ff. solut. matri. c. susceptum de rescri. lib. 6. Bal. in. l. si mater. ff. de institu. & substi. sub. condi. fac. & in. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. Abb. in dicto c. mandatũ de rescrip. col. penul. uerfi. item secundum D. Antõ. Cũ igitur quoad ordinarios non sit expressa facta mutatio circa eos, in suo statu persistat iura antiqua, ad glo. in uer. secularis post prin. in cle. r. de electio. Ad argumentum de identitate rationis potest responderi, quòd nõ procedat propter præmissa: quia uerba constitutionis non possunt adaptari. Insuper potest negari, quòd ratio sit expressa. illa enim quòd intelligat, & intelligatur, non est ratio, sed dictum: alioquin † ratio esset eadem cum dicto, quòd esse non debet. l. ff. & ibi Bar. post prin. ff. de offi. procu. Casar. & in. l. qui interrogatus in princ. ff. de peri. hæredi. optimè pro casu nostro glo. in uer. exceptione in fi. in. l. ff. de excep. Bald. in. l. non omnium. ff. de legi. Alexan. consi. 136. Viso & examinato col. 4. nume. 7. uol. i. Insuper potest assignari duplex ratio differentie, quare dispositio regulæ magis procedat in Papa, quàm in ordinario. una est, quòd casus prouisionis à Papa, cui infirmitas loquelæ obstare potest, est frequentissimum, & quolibet die, & quolibet momento illi occurrendum est. quis enim nescit curiales, præsertim † Palatinos, contra quos inuehitur, & exclamat Paul. Roma. in pulchro tracta. pensionum in 7. quæsito, an pensio possit pro officio, uel beneficio permutari nume. 17. fol. 22. ubi, quòd uiuus Ionas deuoratur, quando beneficia Ecclesiastica, quæ sunt bona columbæ, & passionem domini præfigurant, in cuius sanguine sunt fundata, à cetis & beluis ultra sufficientem necessitatem deuorantur, & quòd isti detinent esurientium panes: passim beneficia in extraneis regnis impetrare? & multoties ad tales accedit Barbarus aliquis, qui ante lucem surrexit, & qui tales non intelligit, nec ab illis intelligitur, nisi per interpretem, uel nuru, uel signis. & aliquando tales alloquitur super aliquo beneficio in tali patria, seu loco existente, de qua, seu quo, illi seu de illius existencia, seu situatione nullam penitus prius habuerant noticiam, seu cognitionem, neque illius patriæ nomen unquam nominari audiuerant. nõne esset indecens, quòd tales passim ad parrochiales in regnis sibi extraneis, & incognitis præficerentur? Quod facile eueniret, cum habeant aures summi Pontificis, seu ipsius Datarij. Summa igitur ratione, & prouidentia per re-

per regulam hanc refrenantur, cui summus Pontifex, nisi ex maxima causa derogare non solet: & nisi esset regula ista, parrochiales à Palatinis & altis curialibus ubicunque existentes forsan sæpe deuorarentur, & deglutirentur. de illis loquor, qui sunt tales: ac si nulli sint, de nullis loquor, sed illis solum, qui fuerunt tempore præfati Pau. Rom. uel alio. Non sum enim nescius plerosque præsertim ad latus principis existentes, & illi magis dilectos, per iter directum ambulare, & pro illis etiam præsumendum est. sibi enim assistentes in tali existimatione, & reuerentia habendi sunt, ut contra eos machinans, incidat in pœnam maiestatis. l. quisquis, & ibi. Barr. C. ad. l. Iul. maie. Apud ordinarios casus iste, quòd extra nationem, uel personis linguam non intelligentibus prouideatur, præsertim de parrochialibus, est casus insolitus, & rarissimus: unde meritò iura ad ea, quæ frequenter accidunt, non ad ea, quæ rarissimè, adaptari debent, uulg. l. nam ad ea, cum sim. ff. de leg. Altera ratio data hîc per Glossatorem, quam D. Sarnen. morder, non est ira frigida, ut ipse præsupponit. † Ordinarius enim personas, quibus prouidet cognititas haber, seu habere præsumitur, & necessitatem, & mores parrochialium suæ diœcesis, & parrochianorum non ignorat. & sic beneficijs prouidet, non autem personis. Papa autem magis personis prouidet, quàm beneficijs, argumento. c. quosdam de præsump. c. in refragabili de offic. ordi. Hostien. & Io. And. in. c. cum nostris. de cõcessi. præben. Si igitur ordinarius habet cognitionem, & distinctionem personarum, & beneficiorum, præsumendum est pro eo, quòd prudenter prouideat parrochialibus, & unicuique illarum: & si uiderit magis expediens in concursu alicui parrochiali præficere aliquem extraneum, literatum forsan, & optimis præditum moribus, illum alijs ex rationabili causa etiam originarijs anteponet, etiam quod non ita expedire intelligat, & loquatur Idioma, ubi est parrochialis. poterit enim operari, quòd talis prouisus suppleat in futurum, siquid in loquela sibi desit. Nec est nouum, quòd quis tunc nõ omnino habilis, breui tamen, quod sibi deest, adipisci possit, ad aliqua admittatur: tãto magis in apprehensione Idiomatis, quòd qui nosse cœpit, facile adipiscitur. Et ego iam Vir factus didici linguam Castellanam, quam intelligo, & loquor, & in illa talem leporem, & candiditatem cognosco, ut eam nec Tuscæ, nec Latinæ postponam: & cui, propter utilitatem etiam pecuniarũ, quam mihi attulit in causis Hispanis pertractandis, & defendendis, satis debeo. In ætate etiam uirili cõstitutus linguæ Gallicæ operam aliquam dedi. ita ut eam intelligã, & aliquantulum loquar. & (quod plus est) in eadẽ ætate nõ me reuinit difficultas, & amplitudo Græcæ linguæ, quam necessariam omnibus, & in omnibus considerans sperari facile consequi posse, cum labor improbus omnia

vincat. Nec Phœbus ardens supra zenit capitem nostrorum per transiens, & supra uerticem sui capitis cernens latrantem Canem, & furibundum Leonem, dum plerique mortalium somno, uinoq; sepulti, alij uerò ludis scenicis, alij peioribus, nonnulli uerbis inanibus intenti, quidam uerò muliebribus lasciujs impliciti, semimortui uitã protrahunt: deridebit me, & cæteros Iuricum professores, & scientiarum amatores, si dum iura silent, si dum Phaëton ipse Orbem hunc inferiorem inflammar, sedentes aliquando apud Platonem, Homerum, & similes perspexerit. Sed, ne ulterius diuagemur, nemo dubitat uerba regulæ non adaptari ad ordinarios: attamen adhuc illa rationis identitas aliquantulum obstare uidetur. nec dubium est, quin ipse summus Põtifex maiori prudentia, & prouidentia tam in conferendis, & prouidendis, quàm in quibuscunque alijs actibus uti præsumi debeat, quàm ordinarius, uel quicunque alius. & rationes supra allegatæ uidentur magis coloratæ, quàm efficaces. Summa igitur est uidere, an regula ista sit pœnalis: secundo dato, quòd esset pœnalis, an argumentum prædictum de identitate rationis procedat in pœnalibus, ut supra conclusum est. Pro prima cõclusionem, ex quo Regula annullat prouisionem, gratiam, seu mandatum, ergo est pœnalis. Nam † pœnalis constitutio, seu statutum dicitur ubicunque priuationem ab officio, exercitio, seu beneficio inducit. l. testamẽto centurio in fi. ff. de manumis. testa. l. uni. C. de ijs quæ pœnæ nomi. ubi pœna dicitur, quotiescunque hæres, aut legatus lucro hæreditatis, uel legati priuatur. c. decet cum glo. in uer. processus de in muni. Eccle. lib. 6. glo. in cle. i. in uer. & in pœnam ante fin. ubi quòd etiam perditio electionis est pœna. Abb. in. c. cognoscentes col. 3. uerfi. in contrarium adduco. glo. & ibi Feli. nume. 3. & Deci. nume. 5. de constitu. Rui. consi. 70. nume. 17. uol. 5. latè per Aymo. in tracta. de antiqui. tempo. par. 4. nu. 89. & breuiter communis opinio est, quòd largo modo annullatio actus sit pœna. Cur. Iun. consi. 8. nume. 1. Quantum uerò attinet ad secundam cõclusionem, dico magis communem opin. esse † in pœnalibus non fieri extensionem, etiam ex identitate rationis. l. & si quis. §. idem Labeo uerfi. sed sollicitus. ibi. pœnam ramen in eum & c. ff. de religi. & sump. fune. §. cum igitur in Auren. de non eli. secun. nube. ubi, quòd pœna priuationis locũ non habet, nisi lex expressè disponat. glo. magna in fi. in. l. si. ff. de in ius uocan. ubi Bar. Bal. Roma. & alij. Io. And. in. c. dispendia de rescri. lib. 6. & in. c. si forte de electio. eo. lib. latè per Ias. qui infinita allegat. in. l. cum quidam in 7. nota. nume. 10. & seq. de lib. & posthu. ff. & plenissimè per Aymo. de anti. tempo. par. 4. nume. 86. & seq. uerfi. contrarium, quòd immo in pœnalibus non sit licita extensio, & ibi dicit hanc esse communem opin. & respondet ad omnia contraria: uideri possunt, quæ ipse allegat.

allegat, quæ optimè concludunt. Et sic stante ista opin. sequitur, quòd eum regula nostra sit odiosa, etiã ex identitate rationis, quatenus identitas prætendi possit, non sit extendenda ad ordinarios, de quibus regula non loquitur: uel saltem pœna annullationis hîc posita non procedat in prouisis ab ordinarijs. & istam opin. puto inridicam, & æquissimam. Nec hîc meæ opin. obstant resolutiones, quas D. Sarnè. dicit factas fuisse in simili casu, uidelicet quoad regulã De Infr. quia casus huius regulæ ab alijs satis diuersus est, ultra quod non ita de plano procedit eius opin. in dicta regula De infr. ut super ea scripsi quæst. 16.

- ¶ QUARTO quæro, † quid si in uno loco sint duo Idiomata, unum naturale, aliud accidentale, & prouisus de parrochiali intelligit solum, & loquitur accidentale, & ab alijs intelligitur: an obstat sibi regula? D. Sarnen. quæst. 9. ponit hoc dubium, exemplificans in Castellano, qui in Lusitania intelligitur: & sic per istud, & alia exempla in ipsa dubij propositione præsupponit, quòd istud Idioma accidentale intelligatur, ergo ab omnibus: postea uerò in solutione præsupponit, quòd solum intelligatur apud quosdã primates, seu negociãtes extra regnũ, seu cum extraneis: & sic restrictio faceret casum indubitabilem. Cui enim dubiũ est, quòd si apud paucos loqui potest, paucique eum intelligunt, quòd regulæ sit locus? ut etiam uidemus indistinctè dispositum, quòd quãdo in uno eodemq; loco sunt diuersæ linguæ, tunc Episcopus prouidere debet, quòd præficiantur diuina celebrantes officia, & sacramenta Eccllesiastica ministrantes, ut omnibus omnium linguarum satisfiat. c. quoniam in plerisque de officio ordi. Ideo posui casum dubitabilem, quod utraque lingua intelligatur, sed una sit naturalis, & materna, altera accidentalis, & ornator, ut contingit apud Valentia. lingua enim materna est illa, quam Caralanam appellant: omnes autem intelligunt & loquuntur Castellana: ut etiam accidit Senis, ubi sunt duæ linguæ, una uulgaris, seu rustica, & plebeia, altera nitida, & candida, quam Tuscam uocant. & merito, quia loquela illa ad eò sit consonans, & præclara, ut non defuerint, qui eam linguæ Latinæ adæquandam esse crediderint: quæ nõ minores habet regulas, & canones, quàm habeat Latina ipsa, & illa plebeia & rusticana satis differat, tum in uerbis ipsis, tum in prolatione. In casu igitur per me proposito, unum ex fundamentis D. Sarnen. erit considerabile, uidelicet quòd uerba naturaliter, non accidentaliter accipi, & intelligi debeant. l. qui habet. ff. de tute. ubi Bar. summat, quãdo concurrunt duæ causæ, una † naturalis, altera accidentalis, præualet naturalis. l. si quis posthumos, & ibi Bar. in prin. ff. de libe. & posthu. Bar. in. l. si. ff. de offic. Proconsu. ubi inducit ad pulchrum casum, si Archipresbyter S. Laurentij ex consuetudine habet oblationes dominicales, & sacrista eas, quæ dantur in festo

infesto S. Laurentij, dies uerò festiuitatis incidit in die Dominico: quòd oblationes spectent ad Archipresbyterum ratione diei Dominici, cum inspiciatur potius quod est naturale, quàm quod est accidentale, præsupponendo, quòd festiuitas S. Laurentij sit quid accidentale, festiuitas uerò Dominica sit naturalis, faciunt tradita per Bal. in Auten. similiter. C. ad. l. Falci. Abb. in. c. licet. & in 2. nota. in fi. ubi infert ad relictum factum fratri Abbaris, quod potius debet interpretari factum fratri carnali Abbaris, quàm fratri, id est Monaco. & ultra alias rationes in fi. subdit, quòd propterea est, quia causa naturalis uincit accidentalem. Accedit, quòd lingua materna est ordinaria, quam à natiuitate ab ipsa matre nutrice, & alijs domesticis assequimur: altera uerò est aliena, & extraordinaria, siue artificialis. tuerba autem iure ordinario, nõ extraordinario in dubio intelligi debet. l. Seio. §. Medico. ff. de annu. lega. ubi ordinaria erogatio, seu præstatio attenditur. & ibi not. Bar. quòd generale ad extraordinaria non refertur, facit. c. licet de offi. ordina. Immo etiam

4 t princeps in dubio uidetur uelle uti, & uti præsumitur iure ordinario, non autem plenitudine potestatis. Inno. in. c. innotuit de electio. Bal. & Paul. de Cast. in. l. si testamentum. C. de testamen. Deci. in. c. inter cætera de appel. nume. 5. Insuper tuerba in dubio debent interpretari, quòd importent rem, uel causam perennem, durabilem, nõ autem temporalem. l. 1. §. hoc interdicitum de cisterna. ff. de fonte. ubi deciditur interdicitum habere locum in cisterna, quæ non habet perpetuam causam: ut etiam dicimus t Habitorem, seu incolam nõ reputari eum, qui continuo non habitat. Roma. consi. 264. ut is nurnsinus. & latè Paris. consi. 159. An statutum nume. 16. & seq. uol. 4. eodem modo Idioma illud interpretari debemus in regula requisitum, quod durauit, & durare censeatur: non autem illud à paruo tempore inductum, & quod aliquãdo est in usu, & sic nõ est in continuo usu. Vltimo pro hac parte facit rubrica,

8 t à qua licitum est arguere, quando difficultas oriri potest in nigro: uel quãdo est clarior, & magis specifica, quàm nigrum. glo. in. l. 1. C. de capi. unicensi. eximen. lib. 11. quam ibi no. Bar. & Saly. & Roma. in. l. 1. ff. si cer. peta. ubi etiam Ias. col. 2. nume. 3. uersu. & quando reperitur &c. Rubrica enim hñc dicit, quòd debet intelligere, & loqui Idioma illius patriæ: sed in casu proposito istud Idioma nõ est proprium illius patriæ, immo nec etiam illius loci, prout in nigro: ergo regula in illa loquela forensi, uel extraordinaria non inuenit suam qualitatem requisitam, & sic non satisficit regulæ. Prædicta satis uidentur urgere: cõtrariam tamen parrem æquiozem puro, quòd in summa sufficiat, quòd rector intelligat, & intelligatur. Si enim supponimus, quod eius Idioma, licet nõ maternum, omnibus sit notum, cum prædicabit, cum sacramenta ministrabit, cum

fermo-

fermonem, seu colloquium apud parrochianos habebit, ab omnibus intelligatur, nec refert, quomodo quis loquatur, dummodo uerborum sensus intelligatur. l. in legatis, & ibi no. Bar. Bald. & Alex. C. de lega. Cum autem confessiones audiet, poterit mandare peccata sua confitentibus, quòd lingua sibi nota loquantur. Immo si supponeremus, quòd iste Rector utranque linguam intelligeret, sed solum lingua accidentali loqueretur, non esset inconueniens, quòd confitens una lingua loquatur, & confessor per aliam illi non incognitam responderet: ut etiam in stipulationibus iura permittunt. l. 1. §. eadem aut alia lingua. ff. de uerb. obliga.

9 t Benignior igitur interpretatio in dubio sumenda est. l. proximè ante fine. ff. de ijs, quæ in testa. delen. ibi, causa præsens admittere uidetur humaniorem interpretationem, ut ea duntaxat existimemus nepotem irrita esse uoluisse, quæ induxit. sic in casu nostro regula uideatur uoluisse duntaxat irritare, quando in effectu Rector intelligere, & intelligi non potest. l. quoties in actionibus. ff. de reb. dub. l. benignius. ff. de legi. Dec. consi. 482. pro resolutione casus in fi. & consi. 500. in causa quæ Mantuæ nume. 13. Ad omnia contraria unico uerbo respondeo, quòd non nego, quin omnino interpretatio fieri debeat de proprio, & naturali Idioma: sed quia etiam per accidentalem satisfieri potest regulæ, ad euitandum nullitatem actus, & pro benigniori interpretatione, & attèta mente regulæ, quæ uidetur esse, ut dixi: immo id exprimit, ut quis intelligat, & intelligatur: nõ est curandum de nimia subtilitate, nec de ita satisfaciendo uerbis, ut mens & intentio offendatur. Et t uerba impropriari debent, quatenus opus sit, ut deseruiant intentioni. c. is autem in fi. 22.

11 quæst. 2. ubi etiam, quòd t intentio sola considerari debet. c. intelligentia de uerb. signi. Deci. super rub. de probatio. col. 2. in fi. uersu. prædicta saluatio. Paris. consi. 20. gratia præsens num. 2. uol. 4. Cum igitur uerba sint inducta, ut eis quisquam in alterius notitiam cogitationes suas proferat, ut supra dixi, & est text. in dicto. c. is autem uersu. & utique, immo constat ad sensum, mens statuentis non uidetur uoluisse Idioma ad alium effectum, quàm ad quem institutum est. glo. no. in dicto. c. in uer. instituta: ergo quocunque modo quis intelligatur, sufficit. Ex præmissis etiam patet resolutio contra D. Sarnè. ad quæst. 10. in qua quærit, an regula ista obstat Normannis in Gallia, Piccardia &c. respondendum est negatiuè, quia intelligunt, & intelliguntur, licet ex Idioma accidentali, ad supra deducta.

12 QVINTO quæro cum Glossatore antiquo, & D. Sarnen. An t Regula ista in gratia motu proprio, & ex certa scientia procedat? D. Sarnen. quæst. 12. dicit quòd Glossator hñc tener, quòd sic: Ego uerò dico, quòd tener, quòd non. arguit enim primo Glossator pro parte negatiua, à celsante

sante ratione: deinde contra primum dictum opponit de verbis regu-
lae, & sic arguit pro affirmatiua: tandem allegat tex. in l. i. C. de petit. bo-
no. subla. lib. x. pro prima opin. ergo affirmatiuam tenet, tum quia illa
est ultima eius opin. tum per tex. quem allegat, qui disponit, quod ne-
mo impetrare possit bona in fiscum delata, & concessio facta ad peti-
tionem alicuius non ualeat: secus si fiat motu proprio, uidelicet nullo de-
siderante, atque poscente, & sic ex illo tex. colligi potest, quod omnia
iura inualiditiam concessiones à principe factas limitentur, nisi motu pro-
prio factae sint. Quicquid autem ipse Glossator teneat, qui tamen pedes
non figit, & quicquid dicat ipse. D. Sarnen. qui partem affirmatiuam ni-
mis resolutam, & claram praesupponit, quaestio ista uidetur satis dubitabi-
lis. & ego secundum terminos iuris tenerem contra. D. Sarnen. Nam ra-
tio & consideratio illa, quam ipse impugnare conatur, quod certa scien-
tia Papae inducat dispensationem, satis urget, & est uera, debito tamen
modo considerando. non sequitur enim, Papa scit ralem esse minorem,
uel aliam incapacem: ergo eo ipso, quod scit, dispensat: sed bene sequitur,
† Princeps eligit, seu deputat aliquem ex certa scientia: ergo nefas est,
immo sacrilegium improbare, quod princeps fecit, est tex. in terminis in
l. 2. C. de crimi. sacri. Nec obs. l. rescripta, & l. quoties. C. de preci. impe-
offe. quae uidentur in contrarium facere: quia Salyc. in dicta l. 2. respon-
det, & soluit, quod illa iura non loquuntur, nec procedunt, quando prin-
ceps facit ex certa scientia. dat etiam ibi solutionem ad alia iura, quae ubi
debantur contraria, respondens, quod dicta l. 2. habet locum in iis, quae
spectant ad eius iurisdictionem. istud etiam sentit glo. ibi in uer. elegerit.
ubi limitat procedere legem illam solum in his, quae ad Principem spe-
ctant: non autem circa electionem Episcoporum, & circa alia Ecclesiasti-
ca. Vnde cum nos simus in propria iurisdictione summi Pontificis, uide-
licet in beneficialibus, & spiritualibus, in quibus habet amplissimam po-
testatem: sequitur, quod eo ipso, quod aliquem eligit, seu deputat ex cer-
ta scientia ad aliquod peragendum, seu alicui beneficium ex certa scien-
tia confert, illum habilitat. facit glo. in c. statutum in §. 1. in uer. literarum
de rescri. lib. 6. ubi concludit, quod licet tex. decidat non posse commit-
ti causas nisi existentibus in dignitate, uel canonicis cathedralis Eccle-
siae, tamen si Papa ex certa scientia committit simplici clerico, commis-
sio tenet. dat rationem, quia facere potest contra illam constitutionem.
4 Et quod † dispensatio inducatur eo ipso, quod princeps scienter, seu ex
certa scientia indigno, uel inhabili confert. no. Bar. in l. quidam consule-
bat in. 2. nota. ff. de re iudi. Roma. consi. 216. electio dicti. D. Capitanei nu-
6. & seq. & dum profertur secundum membrum, concludit cum dicta
glo. de qua supra in c. statutum in uer. literarum, quod quando princeps,
uel

uel alius non recognoscens superiorem, eligit, seu promouet, si ex certa
scientia, tunc inducatur dispensatio: secus uero si non ex certa scientia.
& cum Roma. tenet Dec. consi. 614. in causa feudali num. 11. & sequ. fa-
cit Rot. 332. licet Ro. cur. in no. & optimè per Paris. consi. 44. pro Domino
5 Hieronymo possessore num. 15. & sequ. li. 4. ubi concludit, quod † Papa
conferens beneficium inhabili scienter, uidetur dispensare: & prouidens
de Episcopatu spurio scienter, similiter uidetur dispensare. Vera est igitur
ista conclusio, quam nec. D. Sarnen. negat, sed dat quasdam respon-
siones, quibus uidetur posse responderi, & respondebo. Stante igitur opti-
ma praedicta pro uera, sequitur, quod si Papa conferat parrochiale non
Intelligenti Idioma ex certa scientia, quod inducta sit dispensatio: tanto
8 magis, quia minor est ista inhabilitas, seu infirmitas, quam illa defectus
natalium, minoritatis, & similibus: & tanto magis praedicta procedant
in casu nostro, cum ultra clausulam Ex certa scientia, adsit etiam clau-
sula Motus proprii, de qua late scripsi super. 16. regula. Superest respon-
dere ponderationibus per. D. Sarnen. in contrarium factis. Ad primum
fundamentum ex aduerso factum, quod maximè urgere uidetur uide-
6 licet, quod expectatiuae dari solent motu proprio ex † stilo Cu. Ro. qui
attendi debet. e. quam graui de crimi. fal. Rot. 709. no. quod stilus in an-
tiq. Mil. in reperito. in uer. stilus curiae procuree seruandus. Hippo. de Mar-
si. sing. 18. Respondeo, quod iste non est adeo fixus stilus, quod faciat ius
& quod operetur, quod Papa & Cancellaria non possit dare expectati-
uas sine clausula Motu proprio. Nec est uerum, quod Io. An. in. c. si Motu
proprio de praeben. lib. 6. dicat de stilo Curiae expectatiuas non solere
dari, nisi Motu proprio: & iura, quae loquuntur de expectatiuis, seu de
gratiis ad uacatura, ut cle. 1. de concess. praeben. & alia similia iura, non lo-
quuntur cum ista clausula Motu proprio, nec praesupponunt necessariam
fore pro huiusmodi gratiis. Secundo respondeo, quod etiam admissio di-
cto stilo pro ineuirabili, ramen aliud est in casu nostro, ubi ultra clausulam
Motus proprii concurrat etiam certa scientia Papae: & ista multum inter
se differunt, quod quid concedatur cum clausula Motus proprii tantum,
uel cum ea concurrente etiam certa scientia, ut ostendi super regula. 16.
7 Tertio respondeo, quod ista † clausula Motus proprii, cum qua expecta-
tiuae expediuntur, parum uel nihil operatur, cum passim apponatur: &
sic in ueritate sit concessio ad instantiam partis, non autem ex mera
liberalitate, & uoluntate, ac scientia ipsius principis, iuxta glo. in uer.
per liberalitates in. l. si. C. de fructi. & liti. expen. & iuxta nota. per Car-
di. consi. 142. punctus quaestiois ante si. Deci. in. c. ex parte in. 2. nota. de
rescrip. secus igitur dicendum erit in casu proposito, cum praesuppona-
mus uerum motum proprium, & ueram certam scientiam. Ultimo re-
pondeo,

spondeo, quòd cum uerba regulæ applicetur ad petitionem partis, non minus, quàm ad gratiam, seu concessionem absque petitione faciendam, licet Papa in uno casu, quo gratiæ solent fieri motu proprio, uouisset motum proprium in regula includi: non sequitur, quòd omnem alium motum proprium. expressit enim hunc casum, in quo dubium cadere poterat. quis enim contendere potuisset, non uenire sub regula expectatiuas, cum motu proprio concedi soleant? Papa autem ad tollendum difficultates expressè loquutus est de expectatiuis. & ratio diuersitatis potest esse, cum passim in istis gratijs expectatiuis ista clausula Motus proprii apponi soleat: & sic non possit dici uerus & effectualis motus proprius. Immo † clausula Motus proprii in expectatiuis nihil operatur, nisi quoad excludendum subreptionem literarum. solet enim à summis Pontificibus edi regula particularis super hoc, quæ dicitur regula Motu proprio, solita poni inter regulas super expectatiuis. de qua regula mentionem etiam facit D. Cassado. in 4. de concess. præben. incipit clausula motus proprii nume. 2. uersu. sed producta fuit postea regula Cancellariæ de motu proprio &c. Nec clausula ulla est in regula, quæ possit importare certam scientiam: ergo casus motus proprii cum certa scientia relictus est in dispositione iuris communis. Nec obstat motuum D. Sarnen. ante si. quæst. positum, quòd derogatio regulæ procedat ad instar aliorum statutorum Terrarum: quia immo termini isti sunt inter se satis diuersi, & inter alia princeps non præsumitur habere notitiam statutorum Terrarum, locorum, seu collegiorum: secus uerò est de regulis Cancellariæ à se ipso factis, & promulgatis, ut patet ad sensum.

Immo etiam concessa æquiparatione, † statuta tolluntur etiam per formam literarum Apostolicarum, Rot. 247. habens gratiam nume. 2. & per clausulas ordinarias, Non obstantibus &c. de quo latè per Cassado. decis. 4. de concess. præben. ubi loquitur etiam quòd habet clausulam Motu proprio, sed quòd ad est utrunque, uidelicet motus proprius, & certa scientia, non uidetur dubium ad suprà deducta. Pro huiusmodi quæstione conferunt tradi, per eundem D. Sarnen. quæst. 1. de impe. beneficia uiuen. & 11. de non indi. iuxta for. supplicationis: & latius, quàm alibi in 10. de Anna. & in dictis locis colligi possunt plura argumenta pro utraque parte, quæ uideri possunt.

1 **Sexto**, quæro cū Glossatore antiquo, † Papa dedit expectatiuam Alemanno etiam quoad parrochiale in Fræcia, uel alibi: & derogauit huic regulæ, sed non regulæ prohibenti concedi expectatiuam extra nationem suam: an quoad parrochiale censeatur derogatum utriusque? Ipse uariat, primo dicit tenuisse partem affirmatiuam: postea dicit, quòd aliud credit, prout arbitratur in Rota sententiatum. Ego puto, quòd ipse esse pro

pro affirmatiua, tamen postea superuenerit aliqua propositio, seu dubium in Rota, & ipse uariat à prima opin. & addidit finalia uerba. D. Sarnen. tangit hoc dubium sub alia quæsti. uidelicet 14. & dicit se tenere contra istum Glossatorem, contra quem tamen tenere non potest: quia Glossator nihil tenet, uel utranque partem in cõfuso tenet. Ego uerò ab utroque in aliquibus dissentio, in quibusdam utriusque assentior. Primum præsuppositum D. Sarnen. quòd plures regulæ Cancellariæ reperiuntur, quæ ad finem nostræ regulæ tendant, & cum ea concordent, ut regula de Oriundis, & regula expectatiuarum: aduertendum est, quòd si intelligit de regula de Oriundis, quæ est suprà num. 16. quam commentauit, quæ inter alia disponit cæteris paribus oriundum præferri non oriundo, non uidetur uerum. ad aliud enim tendit regula illa, ad aliud ista, ut per lecturam utriusque regulæ clarè patet. Nec ratio, super qua dictam regulam de Oriundis dicit esse fundatam, uidelicet quòd quis non intelligat, nec loquatur Idioma, in regula illa cõsiderari potest: nec etiam ista alia † Regula, quòd expectatiue non concedantur extra nationem, fundatur in sola ratione Idiomatis, ita quòd idem disponat, quod ista. alioquin frustra membranas occupassent. Sed ueritas est, quòd quilibet ex regulis huiusmodi loquitur in suo casu. illa de oriundis disponit, quòd cæteris paribus oriundus præferatur non oriundo, & summa ratione, ut super ea latè scripsi. ista nostra regula disponit circa parrochiales, ne concedantur Idioma illius loci nõ intelligentibus, & nõ loquentibus. & quia poterat dubitari, an regula in procederet expectatiuis, prouidit etiã in illo casu. illa uerò, quòd nõ impetrètur expectatiua extra nationem, generalius loquitur cõprehendèdo omnia beneficia, nõ solum parrochiales, ut regula nostra. & quòd regula illa, Ne impetrètur expectatiua extra nationem, generalius loquatur, & determinet, probat Syl. de beneficio par. 2. quæst. 23. col. antepenu. nu. 35. & 36. & quæst. 26. par. 3. ante nu. 3. & nu. 3. & seq. cuius dicta reassumo in dicta regula expectatiuarum &c. propterea hinc nõ repeto. Nam Deo dante, post editionem huius primæ partis, reuisis alijs meis annotationibus super omnibus alijs regulis meas uigilias (quales sint) oculis & correctioni omnium subijciam. Reduendo ad propositum, de istis duabus regulis loquendo, segregata illa de Oriundis, de qua pro præsentis disputatione nihil ad nos, facio duo membra: primum est, an concessa derogatione huius regulæ censeatur etiam in omnibus effectualiter derogatum regulæ De non impetrando expectatiuas extra nationem. & iste casus est de indubitabili pro parte negatiua, nõ per rationem, quam hinc dant de duobus uinculis, quorum uno sublato, alterum remanet: sed alia, uidelicet quòd cum illa plus cõtineat, quàm ista, tamen cõtinetur sub maiori. & nõ è contrario maius

sub minori. uulg. l. in eo quod plus est. ff. de reg. iur. c. 1. de arbi. lib. 6. & c. plus semper de reg. iur. eo. lib. Insuper cum illa totum contineat, uidelicet omnia beneficia: ista uero partem beneficiorum, uidelicet parochiales, indubitati iuris est, totum partem continere, & non est contrario. l. in toto. ff. de reg. iur. c. in toto partem eo. lib. 6. quæ omnia patent ad sensum. Derogato igitur huic regulæ, non potest sequi effectus derogationis alterius regulæ plus continentis. Alterum membrum est secundum casum propositum, facta derogatione huius regulæ quoad effectum obtinendæ parochialis, teneo eum D. Sarnen. derogatum esse alteri regulæ: loquor de illa regula expectatiuarum, non autem de illa de Oriundis, quam conculcat ipse D. Sarnen. sed loquendo de istis duabus regulis quoad effectum parochialis, concludendum est effectum utriusque regulæ sublatum esse. nam generalis, & specialis prouisio ad inclusionem, uel exclusionem rei idem operatur. l. si duo in fi. & ibi Bar. declarat nume. 1. ff. de admini. tuto. l. si chorus in prin. ff. de leg. 3. l. omnes. C. de præscri. trigin. anno. Deci. consi. 259. Visis ijs col. 2. nu. 3. & consi. 345. Visis ijs, quæ supra col. 1. ante numerum tertium, uersu. ex supra narratis in themate. Cum igitur regula ista de parochiali in specie disponat, illa uero sub generalitate, sublata hac, altera etiam, quoad ipsam parochialem, sublata esse censei debet.

- 1 SEPTIMO, ultra omnes hinc quæro, an Regula dispensatio à Papa, ut possit tenere plura beneficia curata, & quod non teneatur in illis residere, si sibi aliàs canonicè conferantur, obstat si sibi conferatur parochialis à summo Pontifice absque derogatione regulæ? Pro parte negatiua arguendo à ratione cessante ad. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & c. cum cessante de appel. facit quod iste non teneatur residere, & sic possit deseruire per substitutum, non sit considerandum Idioma, seu loquela, quia non ipse tenetur residere: & sic intelligere, & intelligi in eo non est curandum. peritiam enim linguæ in eo requiretur, qui in talis dispensati locum residebit, ut in simili dicit Sarnen. in. 3. quæst. num. 5. uersu. sed posito, cum loquitur de Cardinalibus, qui cum per alios possint deseruire, non sit necessaria in ipsis loquela loci, ubi sita sit parochialis. † Dispensatus enim ad aliquid, uidetur dispensatus ad omnia accessoria glo. communiter approbata in. c. quia in tantum in uer. plures Ecclesias cir. medium de præben. ut etiam dicimus, quod dispensatus ad plura in compatibilia, censetur etiam dispensatus super residenda, licet non exprimat glo. in. c. si quis in clero in uer. solenibus. 7. quæst. 1. & dispensatus à residendo arguendo ab identitate, seu maioritate rationis, uidetur dispensatus ab Idioma. Et in tali dispensatione, seu licentia, uel indulto de non residendo, subintelligitur clausula, quod per substitutum, seu uicarium deseruiat.

eo enim

- 4 eo enim ipso, quod tenetur residere quis tenetur, & ex aliqua causa non residet, per substitutum deseruire debet. Lap. alle. 36. utrum absque, nume. 4. ibi, quia ubi non exigitur à iure personalis residentia, sufficit deseruire per Vicarium & c. Abb. in. c. tuæ. in fi. de cleri. non resi. & Gemini. in. c. cum ex eo. §. 1. de electio. lib. 6. Pro parte uero affirmatiua, quam ueriores puto. facit, quia † Dispensationes sunt stricti iuris, & strictissimè sunt interpretandæ. c. quod dilectio. de consan. & affi. Io. And. Bur. & Abb. in. c. de multa de præben. latè Paris. consi. 88. quod sententia nume. 20. lib. 4. & intelligendæ sunt secundum ius commune, & ut illud minus laudant, quam fieri possit. Abb. in dicto. c. de multa nume. 4. Gemini. consi. 47. nume. 3. Et generalis † dispensatio restringitur semper ad habiles. l. ut gradatim. ff. de mune. & hono. l. 1. C. de sacro. Eccle. l. 1. in. l. quotcunque nume. 2. ff. de uerb. oblig. Dec. in. l. si filius fami. num. 3. & seq. ff. si cer. per. Et factum à principe, semper refertur ad ius commune, quamuis etiam posset referri ad ius speciale, latè per Alexā. in. l. quanquam nume. 2. C. de testa. mili. Et dispensatio solum comprehendit ea, quæ ueniunt in necessariam consequentiam, & inseparabilem, non autem separabilem. Feli. in. c. postulasti nume. 10. de rescri. uersu. hanc limi. & in. c. at si clerici. §. de adulte. col. ult. de iudi. Priuilegiū igitur debet intelligi concessum, & operari in illo casu, ubi non obstat regula. & sic pro locis, ubi impetrās intelligit, & intelligitur. & ita uidetur concludere Belenci. de carit. subsi. quæst. 66. nu. 20. ubi quod habentes priuilegium de non residendo comprehenduntur sub regula. Insuper parochialis plura requirit, puta quod quis non sit pluralis, quod sit maior, quod resideat, quod habeat Idioma, & alia, in quibus si quis defecerit, dicitur inhabilis. debet igitur de omnibus fieri mentio, & † omnia obstacula remoueri debent. §. affinitatis Insti. de nupt. c. ex tuarum in fi. de autho. & usu pal. neque tunc sufficit clausula, Non obstantibus, quia non operatur ultra narrata, & refertur solum ad defectus expressos. Bal. in. l. 1. col. penul. C. de fur. Dec. consi. 10. col. penul. uersu. quarto. Paris. consi. 1. nume. 90. & num. 95. & seq. lib. Accedit, quod in dispensatione prædicta adest † clausula si tibi aliàs canonicè conferantur: & sic Papa uoluit, quod ut talis possit uti priuilegio, ut intrerueniat collatio canonica, & quæ clausula in dispensatione semper intelligitur c. si gratiosè in fi. de rescrip. lib. 6. Gemina. consi. 126. pro declaratione nu. 1. uersu. item dispen. & nu. 5. & consi. 106. super dicto nu. 11. & canonicè prouisus quis dici non potest de parochiali, cui obstat sibi regula ista. Non obstat argumentum supra factum à cessante ratione. ratio enim regulæ est, quod obtinens parochialem, residendo possit sacramenta ministrare, & alia facere, quæ ad Rectorem spectant: quæ ratio non cessat in habente dispensationem de residendo, qui si uult etiam dispensatus, reside-

- 9 **fidere potest, ut patet ad sensum. Immo** † privilegiatus in dubio **præsu-**
mitur uti uelle iure communi, & non privilegio. l. in testamento la **pri-**
ma, & l. quanquam ubi Alexā. & alij. C. de mili. testa. Docto. in l. centu-
 rio. ff. de uulga. Deci. in l. ius nostrum. ff. de reg. iur. nume. 7. & sic præsu-
 mēdum erit, quod etiam dispensatus resideat, & sic ratio regulæ rema-
 10 **net. Non obstat, quod dispensatus nō teneatur** residere: pari, uel maiori
 ratione uideatur dispēfatus, ut nō teneatur scire Idioma loci: quia † argu-
 mentum ab identitate, seu maioritate rationis non procedit in materia
 dispensationis. c. cui de nō sacerdotali de præben. lib. 6. Feli. in alleg. c.
 postulasti uersū. regula est, quod in dispensationibus, & uersū. limita pri-
 mo de rescrip. & in c. ad aures num. 13. in 10. conclu. eo. Ias. in l. omnium
 nume. 13. C. de testa. Paris. consi. 88. nume. 20. lib. 4. Rip. de rescrip. respon-
 so. 1. Possent plura alia adduci, uerū quia nouissimē sub die. 21. Octo-
 bris. 1552. Domini mei de Rota in una Barchionen. Ebdomadaria coram.
 R. P. D. Archiepiscopo Rossanensi pro hac parte affirmatiua incli-
 nauerunt, ulterius nō insisto. Iudicium enim Dominorum de Rota (pace
 omnium sit dictum) longē omne aliud superat.
- 1 **OCTAVO** quæro, An † Regula ista habeat locum in Episcopatibus, Ar-
 2 **chiepiscopalibus, & Patriarchatibus?** Et pro parte affirmatiua facit † ar-
 guendo à si de quo minus uideatur inesse ad. l. 1. §. si consulto uersū. quo-
 niam. ff. de ijs, que in testa. delen. l. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. l. non
 debet cui quod plus est. ff. de reg. iur. c. si in laicis. 38. distin. & melius
 quàm alibi, ubi in terminis nostris, in c. cum in cunctis in prin. de elect.
 3 **ibi, enim** deciditur, quod ætas, scientia, & alia requisita pro sacris ordi-
 nibus multo magis debeant in Episcopis requiri. immo si † Episcopus
 non sit talis, qualis esse debet, non deberet seu non meretur dici Episco-
 pus. c. non omnes Episcopi, ubi Hieronymus exclamat cōtra Episcopos
 stultos, & inspidos, subdens, quod infamatum sal ad nihilum prodest,
 nisi ut projiciatur. c. non omnis, qui dixit, cum seq. 2. quæst. 7. Episcopi. n.
 dicuntur sanctissimi Christi legati, patres spirituales, fratres, & coepisco-
 pi summi Pontificis, & columnæ fidei, iux. tex. in cle. 1. §. nec super hæc
 de pæn. Cū igitur in Rectore, in quo minus dicendū uidebatur, quod
 Idioma requireretur, necessarium sit, & ipse regula ligetur: multo for-
 4 **tius ea ligari debet Episcopus, cui non solum Idioma, & alia, quæ in**
 Rectore desiderantur, immo plura alia requiruntur, ut in dicto. c. cum
 in cunctis, & ibi per omnes: & si Episcopus ligatur, multo magis Archie-
 piscopus, & Patriarcha. Secundo † arguendo de toto ad partes, & con-
 trā, ad uul. l. quæ de toto. ff. de rei uendi. l. qui scit primò responso. ff. de
 usur. l. si dno. in fin. ff. de admini. tuto. l. si seruus nisi. ff. de acqui. heredi.
 iuris gentium. s. adeo. & ibi Iaso. qui ponit regulam & tres limita. ff. de
 pact.

- pact. Eadem igitur prouiso, quæ sit per regulam circa Rectorem pro ip-
 5 **suis Parrochia, debet censeri facta pro Episcopo pro omnibus parro-**
 chijs, quæ sub eo sunt, seu pro tota sua diocesi. sicut enim † Rector suam
 parrochiam partitam, & ab alijs parrochijs diuisam habet. c. Ecclesias
 singulas in prin. 13. quæst. 1. ita & Episcopus suam Ciuitatem cū diocesi,
 & ita Archiepiscopi, & Patriarchæ suas prouincias. c. 1. c. in illis, & c. Epi-
 scopi. 80. distin. ergo idem ius seruari debet in omnibus parrochijs unius
 6 **diocesis, seu prouinciæ simul iunctis, sicut in una quaque ipsarum. Ter-**
 tio, † constitutio concernens, fauorem animarum, ut est ista, omnes li-
 gar nemine excluso, ut dicimus in c. omnis utriusque sextus de pœni. &
 remis. quod mens illius canonis liget omnes, etiam Papam. Io. And. in c.
 significasti de fo. compe. super uer. iurisdictioni, & ibi Abb. in. 7. col. Præ-
 possi. in c. non licet in prin. 10. distin. Anchara. in reper. c. 1. in. 2. oppo. &
 ibi Feli. num. 34. & 35. de constitu. Syl. de beneficio par. 1. quæst. 3. num. 8.
 ubi etiam, quod Papa ligatur. c. 1. de reg. iur. lib. 6. debet igitur dispositio
 ista ligare etiam Episcopos & alios maiores. Quarto facit, quod regula
 ista est iuri, & rationi consona, ut probauit suprā quæst. prima, & sic fau-
 7 **rabilis: at in fauorabilibus, † beneficiorum appellatione secundum com-**
 munem opin. ueniunt etiam Episcopatus, Archiepiscopatus & c. c. 1. &
 ibi glo. in postione casus de reg. iur. lib. 6. glo. 1. in cle. uni. de cau. posses.
 & proprie. latē Syl. de beneficio part. 1. quæst. 3. num. 6. & ante numerū
 8. ibi, & sic appellatione beneficii in materia fauorabili uenit Episcopa-
 tus & c. & tanto magis ista procedere debent in casu nostro expressa
 parrochiali, quæ magnam similitudinem, & conformitatem tam in cura,
 quàm exercitio, & plerisque aliis habet cum Episcopatibus: immo Re-
 ctor uideretur quidam paruus Episcopus: & Episcopatum, & parrochia-
 lem in materia regularum Cancellariæ æquiparat Roma. consi. 340. cir-
 primū articulum num. 4. Pro parte uerò negatiua facit, quod non so-
 lum sub una specie beneficiorum, ut hîc, immo etiam sub generalitate
 Episcopatus non ueniunt. c. 2. §. cum uerò iun. c. dilectus de concess. præ-
 ben. Roma. in dicto consi. 310. num. 4. & pro casu nostro uideretur tex. in
 c. statutum de electio. lib. 6. ubi, quod constitutio pœnalis, ut est ista an-
 nullans & c. loquens in parrochiali, non extenditur ultra suos terminos
 expressos, & ita ibi uo. Io. And. Secundo facit, quod uerba regulæ ada-
 ptari non possunt ad Episcopatus, Archiepiscopatus & c. cū expresse
 parrochialis exprimat: & cū de Episcopatibus non mandetur pro-
 uideri: & cū expectatiuæ nō dentur ad Episcopatus, nec illos capiant,
 ut omnibus est notum. Tertio, potest assignari ratio diuersitatis, uideli-
 cet quare magis Rector, quàm Episcopus, uel alius superior teneatur ad
 Idioma: & una potest esse, quod officium audiendi confessiones, & re-
 mittendi

mittendi peccata, nisi in casibus Episcopo reservatis, est proprium & principale ipsius Rectoris. c. fin. de pœni. distinct. 6. & dicto. c. omni utriusque sexus in prin. ibi, proprio sacerdoti & c. ubi etiam de Eucharistia suscipienda. Patet igitur, quod officia, seu ministeria Idioma proprium loci requirentia per Rectorem potius, quam per Episcopum, uel alium tractantur, & exercentur, ut est audire confessionem, sanctam Eucharistiam dare, baptizare, matrimonijs, eorumque solemnitatibus authorizare, oleo sancto infirmos in ungeri, & pleraque alia maternam linguam loci omnino requirentia Rector facit, à quibus Episcopi sunt immunes. Et † Argumentum de toto, quoad partem, quatenus in casu nostro militaret, stante diuersitate rationis corrui. l. Papinianus. §. Sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. l. 1. supra alle. l. iuris gentium. §. adeo col. 2. in. 1. limi. ff. de pact. Quarto facit, quod Episcopatus, Archiepiscopatus, & Patriarchatus, qui sunt reservati, ut supra in. 2. regula cancellariæ, conferuntur, & dantur per summos Pontifices cōsistorialiter, formatis processibus, & causa cognita, & cum magna deliberatione, cum uoto seu assensu totius cœtus Cardinalium, & deliberatè, ac & certa scientia habita qualitate, & distinctione personarum, locorum, & Ecclesiarum. unde diuersissimus est modus ab illo prouidendi de parochialibus. Vnde remota omni subtilitate, † actus coram principe quomodocunque facti sustinentur, attenda solum ueritate, ad Bal. in. l. rescripta nume. 5. & sequ. uerfi. reuertor ad quæstiones. C. de preci. impe. offerē. qui plura ad propositum nostrum adducit: & cōferunt cum ulata per D. Sarnen. in simili dubio sub quæst. 14. de infir. Et cum Papa ex certa scientia, & optimè informatus prouideat, dispēfare censetur, ad ea, quæ tradidi supra quæst. 5. quæ hîc nō repeto. Et hanc partem negatiuam credo ueriores, & ita semper obseruarij uidi, & obseruatum fuisse audiui.

1. Nō nō quæro, † Quid si in eadem supplicatione impetrātur parochialis, & beneficia simplicia eiusdem Ciuitatis, seu Castri, & impetrans non intelligit Idioma loci: an sicut gratia quoad parochialem nulla est, eodem modo sit nulla quoad simplicia beneficia? Antequam ad argumēta ueniam, subiiciam formam supplicationis huiusmodi pro nouis & inexpressis, quæ erit: † Beatissime pater, supplicat humiliter. S. V. deuotus illius orator Horatius Mandosius clericus Romanus & c. quatenus sibi specialem gratiam faciendam, parochialem Ecclesiam, necnon unam S. Petri, & alteram S. Pauli capellaniam, simplicia beneficia Salamatinæ Ciuitatis, uel Diœcesis per obitum quondam. N. extra Romanam Curiam defuncti uacantia, quorū insimul fructus & c. siue præmissis, siue alio quouis modo & c. secum que ut parochialem huiusmodi cum dictis capellanij, & alijs beneficijs obtētis, & obtinēdis recipere, & insimul quoad uixerit

uel alius non recognoscens superiorem, eligit, seu promouet, si ex certa scientia, tunc inducatur dispensatio: secus uerò si non ex certa scientia, & cum Roma. tener Dec. consi. 614. in causa feudali num. 11. & sequ. facit Rot. 332. licet Ro. cur. in no. & optimè per Paris. consi. 44. pro Domino Hieronymo possessore num. 15. & sequ. li. 4. ubi concludit, quod † Papa conferens beneficium inhabili scienter, uidetur dispensare: & prouidens de Episcopatu spurio scienter, similiter uidetur dispensare. Vera est igitur ista conclusio, quam nec. D. Sarnen. negat, sed dat quasdam responsiones, quibus uidetur posse respondēri, & respondebo. Stante igitur opē prædicta pro uera, sequitur, quod si Papa conferat parochialem non intelligenti Idioma ex certa scientia, quod inducta sit dispensatio: tanto magis, quia minor est ista inhabilitas, seu infirmitas, quam illa defectus naturalium, minoritatis, & similibus: & tanto magis prædicta procedant in casu nostro, cum ultra clausulam Ex certa scientia, adsit etiam clausula Motus proprii, de qua latè scripsi super. 16. regula. Superest respondere ponderationibus per. D. Sarnen. in contrarium factis. Ad primum fundamentum ex aduerso factum, quod maximè urgere uidetur uidelicet, quod expectatiuæ dari solent motu proprio ex † stilo Cu. Ro. qui attendi debet. c. quàm graui de crimi. fal. Rot. 709. no. quod stilus in antiq. Mil. in reperto. in uer. stilus curiæ procurę seruandus. Hippo. de Mar. si. sing. 118. Respondeo, quod iste non est adeo fixus stilus, quod faciat ius & quod operetur, quod Papa & Cancellaria non possit dare expectatiuas sine clausula Motu proprio. Nec est uerum, quod Io. An. in. c. si Motu proprio de præben. lib. 6. dicat de stilo Curie expectatiuas non solere dari, nisi Motu proprio: & iura, quæ loquuntur de expectatiuis, seu de gratiis ad uacatura, ut cle. 1. de concess. præben. & alia similia iura, nō loquuntur cum ista clausula Motu proprio, nec præsupponūt necessariam fore pro huiusmodi gratiis. Secundo respondeo, quod etiam admissio dicto stilo pro inenitabili, ramen aliud est in casu nostro, ubi ultra clausulam Motus proprii concurrat etiam certa scientia Papæ: & ista multum inter se differūt, quod quid concedatur cum clausula Motus proprii tantum, uel cum ea concurrente etiam certa scientia, ut ostendi super regula. 16.

7. Tertio respondeo, quod ista clausula Motus proprii, cum qua expectatiuæ expediuntur, parum uel nihil operatur, cum passim apponatur: & sic in ueritate sit concessio ad instantiam partis, non autem ex mera liberalitate, & uoluntate, ac scientia ipsius principis, iuxta glo. in uer. per liberalitates in. l. si. C. de fructi. & liti. expen. & iuxta nota per Card. consi. 142. punctus quæstionis ante fi. Deci. in. c. ex parte in. 2. nota. de rescrip. secus igitur dicendum erit in casu proposito, cum præsupponamus uerum motum proprium. & ueram certam scientiam. Vltimo respondeo,

spondeo, quòd cum uerba regulæ applicentur ad petitionem partis, non minus, quàm ad gratiam, seu concessionem absque petitione faciendam, licet Papa in uno casu, quo gratiæ solent fieri motu proprio, uouisset motum proprium in regula includi: non sequitur, quòd omnem alium motum proprium, expressit enim hunc casum, in quo dubium cadere poterat. quis enim contendere potuisset, non uenire sub regula expectatiuas, cum motu proprio concedi soleant? Papa autem ad tollendum difficultates expressè loquutus est de expectatiuis. & ratio diuersitatis potest esse, cum passim in istis gratijs expectatiuis ista clausula Motus proprii apponi soleat: & sic non possit dici uerus & effectualis motus proprius. Immo † clausula Motus proprii in expectatiuis nihil operatur, nisi quoad excludendum subreptionem licentiarum. solet enim à summis Pontificibus edi regula particularis super hoc, quæ dicitur regula Motu proprio, solita poni inter regulas super expectatiuis. de qua regula mentionem etiam facit D. Cassado. in 4. de concess. præben. incipit clausula motus proprii nume. 2. uersu. sed producta fuit postea regula Cancellariæ de motu proprio &c. Nec clausula ulla est in regula, quæ possit importare certam scientiam: ergo casus motus proprii cum certa scientia relictus est in dispositione iuris communis. Nec obstat motuum D. Sarnen. ante si. quæst. positum, quòd derogatio regulæ procedat ad instar aliorum statutorum Terrarum: quia immo termini isti sunt inter se satis diuersi, & inter alia princeps non præsumitur habere notitiam statutorum Terrarum, locorum, seu collegiorum: secus uerò est de regulis Cancellariæ à se ipso factis, & promulgatis, ut patet ad sensum.

Immo etiam concessa æquiparatione, † statuta tolluntur etiam per formam literarum Apostolicarum, Rot. 247. habens gratiam nume. 2. & per clausulas ordinarias, Non obstantibus &c. de quo latè per Cassado. de cis. 4. de concess. præben. ubi loquitur etiam quãdo habet clausulam Motu proprio. sed quãdo adest utrunque, uidelicet motus proprius, & certa scientia, non uidetur dubium ad suprà deducta. Pro huiusmodi quæstione conferunt tradi. per eundem D. Sarnen. quæst. 1. de impe. beneficia uiuen. & 11. de non iudi. iuxta for. supplicationis: & latius, quàm alibi in 10. de Anna. & in dictis locis colligi possunt plura argumenta pro utraque parte, quæ uideri possunt.

Sicut, quæro cū Glossatore antiquo, † Papa dedit expectatiuam Alemanno etiam quoad parrochiale in Fræcia, uel alibi: & derogauit huic regulæ, sed non regulæ prohibenti concedi expectatiuam extra nationem suam: an quoad parrochiale censetur derogatum utriusque? Ipse uariat, primo dicit tenuisse partem affirmatiuam: postea dicit, quòd aliud credit, prout arbitrat in Rota sententiarum. Ego puto, quòd ipse esse pro

pro affirmatiua, tamen postea superuenerit aliqua propositio, seu dubiū in Rota, & ipse uariavit à prima opin. & addidit finalia uerba. D. Sarnen. tangit hoc dubium sub alia quæsti. uidelicet 14. & dicit se tenere contra istum Glossatorem, contra quem tamen tenere non potest: quia Glossator nihil tenet, uel utranque partem in cōfuso tenet. Ego uerò ab utroque in aliquibus dissentio, in quibusdam utriusque assentior. Primum præsuppositum D. Sarnen. quòd plures regulæ Cancellariæ reperiuntur, quæ ad finem nostræ regulæ tendant, & cum ea concordent, ut regula de Oriundis, & regula expectatiuarum: aduertendum est, quòd si intelligit de regula de Oriundis, quæ est suprà num. 16. quam commentaui, quæ inter alia disponit cæteris paribus oriundum præferri non oriundo, non uidetur uerum. ad aliud enim tendit regula illa, ad aliud ista, ut per lecturam utriusque regulæ clarè patet. Nec ratio, super qua dictam regulam de Oriundis dicit esse fundatam, uidelicet quòd quis non intelligat, nec loquatur Idioma, in regula illa cōsiderari potest: nec etiam ista alia † Regula, quòd expectatiue non concedantur extra nationem, fundatur in sola ratione Idiomatis, ita quòd idem disponat, quòd ista. alioquin frustra membranas occupassent. Sed ueritas est, quòd quælibet ex regulis huiusmodi loquitur in suo casu. illa de oriundis disponit, quòd cæteris paribus oriundus præferatur non oriundo, & summa ratione, ut super ea latè scripsi. ista nostra regula disponit circa parrochiales, ne concedantur Idioma illius loci nō intelligentibus, & nō loquentibus. & quia poterat dubitari, an regula in procederet expectatiuis, prouidit etiam in illo casu. illa uerò, quòd nō imperratur expectatiua extra nationem, generalius loquitur cōprehendēdo omnia beneficia, nō solum parrochiales, ut regula nostra. & quòd regula illa, Ne imperratur expectatiua extra nationem, generalius loquatur, & determinet, probat Syl. de beneficio par. 2. quæst. 23. col. antepenu. nu. 35. & 36. & quæst. 26. par. 3. ante nu. 3. & nu. 3. & seq. cuius dicta reasumo in dicta regula expectatiuarum &c. propterea hinc nō repero. Nam Deo dante, post editionem huius primæ partis, reuisis alijs meis annotationibus super omnibus alijs regulis meas uigilias (quales sint) oculis & correctioni omnium subijciam. Reuendo ad propositum, de istis duabus regulis loquendo, segregata illa de Oriundis, de qua pro præsentis disputatione nihil ad nos, facio duo membra: primum est, an concessa derogatione huius regulæ censetur etiam in omnibus effectualiter derogatum regulæ De non imperrando expectatiuas extra nationem. & iste casus est de indubitabili pro parte negativa, nō per rationem, quam hinc dant de duobus uinculis, quorum uno sublato, alterum remanet: sed alia, uidelicet quòd cum illa plus continetur, quàm ista, minus continetur sub maiori. & nō est contrario maius

sub minori. uulg. l. in eo quod plus est. ff. de reg. iur. c. 1. de arbi. lib. 6. & plus semper de reg. iur. eo. lib. Insuper cum illa totum contineat, uidelicet omnia beneficia: ista uero partem beneficiorum, uidelicet parochiales, indubitati iuris est, totum partem continere, & non est contrarium. l. in toto. ff. de reg. iur. c. in toto partem eo. lib. 6. quæ omnia patent ad sensum. Derogato igitur huic regulæ, non potest sequi effectus derogationis alterius regulæ plus continentis. Alterum membrum est secundum casum propositum, facta derogatione huius regulæ quoad effectum obtinendæ parochialis, teneo eum D. Sarnen. derogatum esse alteri regulæ: loquor de illa regula expectatiuarum, non autem de illa de Oriundis, quam conculcar ipse D. Sarnen. sed loquendo de istis duabus regulis quoad effectum parochialis, concludendum est effectum utriusque regulæ sublatum esse. nam generalis, & specialis prouiso ad inclusionem, uel exclusionem rei idem operatur. l. si duo in fi. & ibi Bar. declarat nume. 1. ff. de admini. tuto. l. si chorus in prin. ff. de leg. 3. l. omnes. C. de præscri. trigin. anno. Deci. consi. 259. Visis ijs col. 2. nu. 3. & consi. 345. Visis ijs, quæ supra col. 1. ante numerum tertium, uers. ex supra narratis in themate. Cum igitur regula ista de parochiali in specie disponat, illa uero sub generalitate, sublata hac, altera etiam, quoad ipsam parochialem, sublata esse censeretur.

- 1 **S E P T I M O**, ultra omnes hinc quæro, an Regula dispensato à Papa, ut possit tenere plura beneficia curata, & quod non teneatur in illis residere, si sibi aliàs canonicè conferantur, obstat si sibi conferatur parochialis à summo Pontifice absque derogatione regulæ? Pro parte negatiua arguendo à ratione cessante ad. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & cum cessante de appel. facit quod iste non teneatur residere, & sic possit deseruire per substitutum, non sit considerandum Idioma, seu loquela, quia non ipse tenetur residere: & sic intelligere, & intelligi in eo non est curandum. peritia enim linguæ in eo requiretur, qui in talis dispensati locum residebit, ut in simili dicit Sarnen. in. 3. quæst. num. 5. uers. sed posito, cum loquitur de Cardinalibus, qui cum per alios possint deseruire, non sit necessaria in ipsis loquela loci, ubi sita sit parochialis. † Dispensatus enim ad aliquid, uidetur dispensatus ad omnia accessoria glo. communiter approbata in. c. quia in tantum in uer. plures Ecclesias cir. medium de præben. ut etiam dicimus, quod dispensatus ad plura in comparabilia, censeretur etiam dispensatus super residetia, licet non exprimat glo. in. c. si quis in clero in uer. solenibus. 7. quæst. 1. & dispensatus à residendo arguendo ab identitate, seu maiori rationis, uidetur dispensatus ab Idiomate. Et in tali dispensatione, seu licentia, uel indulto de non residendo, subintelligitur clausula, quod per substitutum, seu vicarium deseruiat.

eo enim

- 4 eo enim ipso, quod † residere quis tenetur, & ex aliqua causa non resideret, per substitutum deseruire debet. Lap. alle. 36. utrum absque, nume. 4. ibi, quia ubi non exigitur à iure personalis residentia, sufficit deseruire per Vicarium & c. Abb. in. c. tuæ. in fi. de cleri. non resi. & Gemini. in. c. cum ex eo. §. 1. de electio. lib. 6. Pro parte uero affirmatiua, quam uerorem puto. facit, quia † Dispensationes sunt stricti iuris, & strictissimè sunt interpretandæ. c. quod dilectio. de confan. & affi. Io. And. But. & Abb. in. c. de multa de præben. latè Paris. consi. 88. quod sententia nume. 20. lib. 4. & intelligendæ sunt secundum ius commune, & ut illud minus laudant, quam fieri possit. Abb. in dicto. c. de multa nume. 4. Gemini. consi. 47. nume. 3. Et generalis † dispensatio restringitur semper ad habiles. l. ut gradatim. ff. de mune. & hono. l. 1. C. de sacro. Eccle. Ias. in. l. quocumque nume. 2. ff. de uerb. oblig. Dec. in. l. si filius fami. num. 3. & seq. ff. si cer. pet. Et factum à principe, semper refertur ad ius commune, quamuis etiam posset referri ad ius speciale, latè per Alexā. in. l. quanquam nume. 2. C. de testa. mili. Et dispensatio solum comprehendit ea, quæ ueniunt in necessariam consequentiam, & inseparabilem, non autem separabilem. Fel. in. c. postulasti nume. 10. de rescri. uers. hanc limi. & in. c. at si clerici. §. de adulte. col. ult. de iudi. Priuilegiū igitur debet intelligi concessum, & operari in illo casu, ubi non obstat regula, & sic pro locis, ubi impetras intelligit, & intelligitur. & ita uideretur concludere Belenci. de carit. subfi. quæst. 66. nu. 20. ubi quod habentes priuilegium de non residendo comprehenduntur sub regula. Insuper parochialis plura requirit, puta quod quis non sit pluralis, quod sit maior, quod resideat, quod habeat Idioma, & alia, in quibus si quis defecerit, dicitur inhabilis. debet igitur de omnibus fieri mentio, & † omnia obstacula remoueri debent. §. affinitatis Insti. de nupt. c. ex tuarum in fi. de autho. & usu pal. neque tunc sufficit clausula, Non obstantibus, quia non operatur ultra narrata, & refertur solum ad defectus expressos. Bal. in. l. 1. col. penul. C. de fur. Dec. consi. 10. col. penul. uers. quarto. Paris. consi. 1. nume. 90. & num. 95. & seq. lib. Accedit, quod in dispensatione prædicta adest † clausula si tibi aliàs canonicè conferantur: & sic Papa uoluit, quod ut talis possit uti priuilegio, ut interueniat collatio canonica, & quæ clausula in dispensatione semper intelligitur c. si gratiosè in fi. de rescript. lib. 6. Gemina. consi. 126. pro declaratione nu. 1. uers. item dispen. & nu. 5. & consi. 106. super dicto nu. 11. & canonicè prouisus quis dici non potest de parochiali, cui obstat sibi regula ista. Non obstat argumentum supra factum à cessante ratione. ratio enim regulæ est, quod obtinens parochialem, residendo possit sacramenta ministrare, & alia facere, quæ ad Rectorem spectant: quæ ratio non cessat in habente dispensationem de residendo, qui si uult etiam dispensatus, reside-

mittendi peccata, nisi in casibus Episcopo reseruat, est proprium & principale ipsius Rectoris. c. fin. de pœni. distinct. 6. & dicto. c. omnis utriusque sexus in prin. ibi, proprio sacerdoti & c. ubi etiam de Eucharistia suscipienda. Patet igitur, quod officia, seu ministeria Idioma proprium loci requirentia per Rectorem potius, quam per Episcopum, uel alium tractantur, & exercentur, ut est audire confessionem, sanctam Eucharistiam dare, baptizare, matrimonijs, eorumque solemnitatibus auctorizare, oleo sancto infirmos in ungere, & pleraque alia maternam linguam loci omnino requirentia Rector facit, à quibus Episcopi sunt immunes. Et † Argumentum de toto, quoad partem, quatenus in casu nostro militaret, stante diuersitate rationis corrui. l. Papinianus. §. Sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. Ias. supra alle. l. iuris gentium. §. adeo col. 2. in. l. limi. ff. de pact. Quarto facit, quod Episcopatus, Archiepiscopatus, & Patriarchatus, qui sunt reseruati, ut supra in. 2. regula cancellariæ, conferuntur, & danrur per summos Pontifices cōsistorialiter, formatis processibus, & causa cognita, & cum magna deliberatione, cum uoto seu assensu totius cœtus Cardinalium, & deliberatè, ac & certa scientia habita qualitate, & distinctione personarum, locorum, & Ecclesiarum. unde diuersissimus est modus ab illo providendi de parrochialibus. Vnde remota omni subtilitate, † actus coram principe quomodocunque facti sustinentur, attentà solùm ueritate, ad Bal. in. l. rescripta nume. 5. & seq. uerfi. reuertor ad quæstiones. C. de preci. impe. offerè. qui plura ad propositum nostrum adducit: & cōferunt cumulata per D. Sarnen. in simili dubio sub quæst. 14. de infir. Et cum Papa ex certa scientia, & optimè informatus provideat, dispēsare censetur, ad ea, quæ tradidi supra quæst. 5. quæ hîc nō repeto. Et hanc partem negatiuam credo ueriores, & ita semper obseruarij uidi, & obseruatum fuisse audiui.

- 1 Nō nō quæro, † Quid si in eadem supplicatione impetratur parrochialis, & beneficia simplicia eiusdem Ciuitatis, seu Castri, & impetrans non intelligit Idioma loci: an sicut gratia quoad parrochiam nulla est, eodem modo sit nulla quoad simplicia beneficia? Antequam ad argumētā ueniam, subiiciam formam supplicationis huiusmodi pro nouis & inextertis, quæ erit: † Beatissime pater, supplicat humiliter. S. V. deuotus illius orator Horatius Mandosius clericus Romanus & c. quatenus sibi specialem gratiam faciendo, parrochiam Ecclesiam, necnon unam S. Petri, & alteram S. Pauli capellaniam, simplicia beneficia Salamartinæ Ciuitatis, uel Diœcesis per obitum quondam. N. extra Romanam Curiam defuncti uacantia, quorū insimul fructus & c. siue præmissis, siue alio quouis modo & c. secumque ut parrochiam huiusmodi cum dictis capellanijs, & alijs beneficijs obtētis, & obtinēdis recipere, & insimul quoad uixerit

- uixerit retinere liberè, & licitè possit, dispēsare dignemini de gratia speciali, nō obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis & c. Et cum absolute à censuris ad effectum & c. Et quod obstantia & c. Et quatenus litigiosa existant & c. statusque litis, iura defuncti, & aliorum quorumcunque, necnon causæ infectiue & c. & an de iure patronatus & c. aliorum omnium & c. tenores & c. pro expressis habeantur, seu exprimi possint in literis. Redeundo ad quæsitum nostrum, pro parte affirmatiua, & sic quod resultet nullitas totius prouisionis in dicta supplicatione cōtentæ, & sic etiam quoad simplicia beneficia, facit, quod nos sumus in indiuiduis. sumus enim in gratia eodem contextu uni facta, & in eadem supplicatione, quæ supplicatio scindi, seu diuidi nō potest. Et cum † indiuiduum quatuor modis cōsiderari possit: Vnum enim est indiuiduum, hoc est in separabile de natura. Alterum ratione uoluntatis cōtrahentium. Tertium ratione dependentiæ, ut principale & accessorium. Quartum ratione formæ, ut pulchrè per Bart. qui probat per iura in. l. græcè. §. illud commune nume. 4. ff. de fideius. Applicando ista casui nostro, ad minus duobus modis possumus dicere, quod simus in indiuiduis. uno, quia supplicatio de sui natura sit indiuisibilis. non enim possum supplicationem diuidere, nec aliqua in ea cōtenta, postquam signata fuerint, cassare: & si quis uellet per transumptum dicendo aliqua non transcribas, seu aliqua omittas, esset omnibus risui. Secundo modo, ratione uoluntatis contrahentium, similes enim contrahentibus hîc cōsiderari possunt, cōcedens & ipse orator: cum autem uterque uoluerit eodem instanti, in eademque supplicatione gratiam huiusmodi plura cōtinentem concludere, sequitur, quod simus in indiuiduis. licet enim beneficia illa simplicia sint inter se, & inter parrochiam † diuisibilia: tamen satis est, quod disponētes, seu contrahentes uoluerint simul illa contineri. ut etiam uidemus, quod diuisibiles sunt Titius liber, & Seius seruus: tamē si in hos compromissum factum fuerit, illud erit indiuisibile, ut probat tex. in ratione sui in. l. Pedius. §. in seruum. ff. de arbi. de quo infra loquar l. 1. §. item queritur. ff. de aqua quoti. ubi aquas diuisas quis miscuit, & sic pro indiuisis iudicantur. Et per Io. And. in. c. cum Apostolus ante si. uerfi intelligo dictum Vincentij & c. de cens. Cum igitur simus in indiuiduis, facio duas conclusiones similes, seu ad idem tendentes, quæ quæsitum nostrum pro parte affirmatiua decidunt. Vna sit, † exclusio unius partis. facit exclusionē alterius partis in indiuiduis, præ alle. l. Pedius. §. in seruum ff. de arbi. ratio enim est, quia compromissum erat indiuisibile. glo. nota. in. c. si capitulo in uer. factam. uerfi. ex quo enim potestas de cōces. præben. lib. 6. And. Tiraq. in tracta. utr. retra. in uer. seu. §. finis num. 62. pag. mihi. 774. uerfi. ex quo fit, ut cum unam partem & c. Ad rem igitur nominatam

stram, exclusio unius partis supplicationis inducat exclusionem alterius
 6 partis, & sic etiam beneficiorum simplicium. Altera conclusio erit, uti-
le per inutile in indiuiduis uitiatur, per. l. 1. §. item quaeritur. ff. de aqua
 quorid. l. Pedius iun. glo. in uer. nullum. ff. de arbi. Dyn. in. c. utile nō de-
 bet num. 4. uers. alij dicunt, quo dant utile & c. de reg. iur. lib. 6. Bar. in. l.
 græce. §. illud num. 3. uers. Guil. de Cug. & c. & postea uers. tu dic tenen-
 do glo. in. l. pecuniæ & c. ff. de fideiuf. Rui. consi. 65. quamuis eleganter
 col. 4. nu. 7. uol. 5. latè per Lauren. de Rodulfs in tract. usurarū quaest. 135.
 nume. 31. uers. in contrarium multa possunt adduci, ubi plura cumulat,
 & per Tiraq. suprā allega. ante numerum. 63. Et facit illud, qui unius est
 reus factus, est omnium reus. c. 1. §. defleat, & c. si. de pœnitent. distin. 5. c.
 defleat de reg. iur. Pro parte uerò negatiua, quæ tenēda est, facit, quòd
 immo sumus in diuisibilibus. aut enim consideramus, & conferimus be-
 neficia inter se: & certum est, quòd parrochialis nihil commune habet
 cum beneficijs simplicibus, immo nec unum simplex cū altero simplici.
 Aut consideramus gratiam factam, & licet fuerit uno contextu, cū ad
 plura fuerit, plures gratiæ reputari debent, seu una gratia plura, & di-
 uersa continens: ut etiam dicimus plures esse stipulationes, si una stipu-
 latio plures res contineat. l. scire oportet. ff. de uerb. oblig. Aut conside-
 ramus ipsam supplicationem gratias cōtinentem, & illa non facit, quin
 contēta in ea separabilia sint. alioquin in simili sequeretur, quòd institu-
 tio, & legata diuersa in testamēto uno eodemque contenta reputaren-
 tur indiuisibilia, quod minimè dicendum est. Sequitur igitur clara regu-
 7 la, indiuiduis † utile per inutile non uitari. l. 1. §. Trebatius. ubi approba-
 tur sentētia Marcelli, quæ erat, non prohibendum habentem ius, peco-
 ra ad aquam appellendi, si plura pecora appulerit, & sic ultra ius sibi
 competens. ratio ibi adducitur, quia pecora separari possunt. ff. de aqua
 quorid. l. si. C. fami. erci. ubi, quod testamentum minus solenne factum
 inter liberos, & alios, ualeat quoad liberos, licet non quoad extraneos. l.
 si unus. §. si cum mihi decem. ubi debens decem pactus in uiginti, tene-
 tur ad decem, licet pactum quo ad alia decem non subsistat. Sic & con-
 situēs se ad decem & Sticum, si decem debebat, licet cōstitutum quo-
 ad Sticum sit inualidum, nō ramen quoad decem. l. fed & si. ff. de cōsti.
 pecu. Sic & donatio facta ultra modum legitimum quoad prænitam
 taxam tenet, licet corruat in eo, quod excedit. l. sancimus primo respō-
 so. C. de donatio. glo. in. c. si quos de seruis in uer. amplius. 12. quaest. 2. glo.
 in. l. Pedius in uer. nullam in si. ff. de arbi. c. utile non debet, & ibi Dyn.
 nume. 4. uers. alij dicunt, quòd aut utile ab inuitili separari possit & c.
 de reg. iur. lib. 6. Bar. in. l. græcè. §. illud nume. 3. & seq. ff. de fideiuf. Imol.
 consi. 96. Visis ac ponderatis post medium. Bartho. Belenci. inferens ad
 nouum

nouum casum, an si Episcopus petat subsidium ultra taxam, possit sibi
 totum denegari, quaest. 46. in tracta. de charita. subli. Lamberti, in tracta.
 iur. parro. art. 12. quaest. 4. part. 1. lib. 2. nu. 2. & per totum fol. mihi. 192. col.
 4. ubi infert ad præsentationem & electionem, si duo sint procuratores
 ad præsentandum, seu eligendum, unus uerus, alius falsus, an tunc utile
 per inutile uitiatur. Laur. de Rodulfs in præalleg. tracta. de usur. quaest.
 135. nume. 29. & seq. uers. præterea si actus sit de re diuisibili & c. Stat igitur
 firma conclusio ex omnibus allegatis in isto broccardo, an utile, per
 in utile uitiatur. Si enim sumus in indiuiduis, omnium est opin. pro af-
 firmatiua. si in diuiduis uera est resolutio, quòd utile per inutile non ui-
 tietur. At nos, ut ostendi, sumus in secundo casu. Secundum fundamen-
 tum pro hac parte negatiua nostri principalis quesiti est, quòd habemus
 tex. nostræ regulæ clarum ante si. ibi, Quoad parrochiam Ecclesiam
 nullius sit roboris, uel momēti. & sic expressè declarat nullitatem solūm
 resultare debere quoad ipsam parrochiam. inclusio autem unius est
 exclusio aliorum, & contrā uulg. l. cū Prætor, cum simi. ff. de iudi. &
 sic quasi text. noster dicat, nullitas solūm resultet quoad parrochiam,
 non autem quoad alia beneficia, quæ nō sint talia, si in eadem supplica-
 8 tione impetrentur. Cū igitur habeamus † textum clarum, non indige-
 mus glossa, ad Bal. consi. 343. examinanda col. 2. nume. 4. uers. & de isto
 uol. 1. & consi. 174. Casus est talis in si. uol. 2. ubi inuehitur cōtra Aduoca-
 9 tos cauillantes uerba clara statuti. Insuper † uerba etiam in statutis, & sic
 in materia stricta, interpretanda sunt, ut aliquid operentur, etiam si in-
 terpretatio facienda ueniat contra ius commune. l. si quando in prin. ff.
 de leg. 1. Bart. in. l. 4. §. Prætor ait col. 3. nume. 15. uers. quæro quid si statu-
 tum. ff. de dam. infe. & in. l. 3. ff. de usuca. Feli. super rub. de præscrip. col.
 2. in si. uers. responde ex doctri. Imol. Deci. consi. 502. ex duobus col. 2.
 nume. 6. 527. In Ciuitate Rauennæ col. si. nume. 12. & 617. adeo plenè in si.
 Si autem illa uerba, Quoad parrochiam Ecclesiam, nō sic interpreta-
 remur, ut apposita dicamus ad excludendum inualiditatem aliorū be-
 neficiorū in gratia contētorum, nihil penitus operarētur. Cui enim du-
 bium est, quòd si regula loquitur de Idiomate quoad parrochiam an-
 nullam gratiam in defectum Idiomaticis, non possit absque illa clausu-
 la, Quoad parrochiam Ecclesiam, fieri interpretatio; nisi quòd ita in-
 telligi debuisset, ranquam si apposita fuisset: Tertium principale funda-
 mentum huius partis negatiuæ est, quòd formæ supplicationi suprā pō-
 sitæ in illius sine per eos, qui sapiunt, addi solet clausula ista, post illa. uer-
 ba Expressi possint in literis, uidelicet Simul uel ad partem, etiā in una
 10 non facta mētionē de alia, seu alijs, expediri possint. quæ † clausula ope-
ratur, quòd gratia omnino diuidua censeatur, contenta que in ea diuidi
 possint,
 FFF ij

possint, & literæ diuersæ super una supplicatione expediri. Et sic in casu proposito poterit expediri una Bulla super impetratione beneficiorum simplicium, nulla de parrochiali facta mentione in huiusmodi Bulla. & quia secundum Bullam erit iudicandum, nulla penitus inualiditas resultare poterit respectu parrochialis, quæ in hac Bulla non continebitur, cum non entium nullæ sint partes. l. quidam referunt post prin. uers. nullius enim momenti. & s. l. ibi, quia hæres & c. ff. de iu. codi. c. bonæ. el. r. uers. contra uerò legati, cum glo. in uer. per rerum naturam in prin. de electio. c. Abbate sane de re iudi. lib. 6. Ex præmissis patet solutio ad contraria, quæ procederent in indiuiduis, & nisi adessent dicta uerba in regula, & præfata clausula in fine supplicationis.

1. **D** V C I M O QVÆRO, † Romanum Idioma ad effectum huius regulæ, quod erit? Et primo uidetur, quod nullum Idioma ad effectum regulæ considerari possit: immo regulam ipsam Romæ locum non habere. Nam succedit illud uulgarum, † Roma cõmunis est patria. est text. in. l. Roma cõmunis patria. ff. ad munici. l. sed & reprobari. §. si. ubi, quod Roma opinataur, & existit communis patria. & propterea hîc Philosophantes habent remissionem, ac si in propria patria docerent, ut dicit ibi tex. l. necnon §. si cum in prouincia. & ibi Bar. ad hoc no. ff. quib. ex cau. maio. l. 2. §. omnes & ibi Docto. ff. de iudi. c. si. de fo. compe. & licet Anto. de Bur. in dicto. c. si. col. ult. dixerit iura disponẽtia Romam esse cõmunem patriam esse hodie reuocata, cum procederet, quando Roma erat Imperatoris: ramẽ eius dictum expressè reprobat per Imol. ibi, & per Philip. Fran. in. c. meminimus in si. de appella. ubi concludunt etiam hodie Romam esse communem patriam. Aduertant tamen Iuniores ad dictum. c. si. de fo. compe. in si. ubi deciditur, præsentem in Curia Romana ex iusta causa habere ius reuocandi domum, ut in casibus ibi per glo. in uer. compelli possit: puta si uocatus fuisset à principe pro publica utilitate, uel clerici legati, aut Episcopi, qui non tenentur Romæ respondere, uel in alijs similibus. In practica istud non tenetur, & semper ego cõtrarium practitari uidi, quod immo † Romæ quicumque indistinctè citentur, & hîc respondere teneantur, nec habeant ius reuocandi domum, nec possint iudicium subterfugere: & ita obseruat Rota. uideatur in terminis. 617. dic, quod illi in antiq. uideatur tamen Rot. 72. no. quod ubi aliquis. & 185. no. quod illi, qui ueniunt ad Curiam Romanam etiam in antiq. Cum igitur Roma fuerit, & etiam hodie sit communis patria, nõ uidetur posse considerari magis unum Idioma, quàm aliud. immo de iure pro qualibet natione debent præfici uiri idonei, qui secundum uarietatem linguarum officia celebrent, & sacramenta ministrent. c. quoniam in plerisque de offic. ordi. ut etiam fieri uidemus. hîc enim est Ecclesia Hispanorum
- S. Iacobi,

- S. Iacobi, cui per Hispanos deseruitur. Est Ecclesia Gallorum S. Aloysij, cui Galli præficiuntur. sic & Ecclesiæ beatæ Mariæ Theutenicorum Germani inseruitur. Quomodo potest igitur in ista uarietate idiomatum esse locus regulæ huic requirenti, seu concernenti unum tantum idioma?
4. **V**erum quatenus regulæ locus esset, † idioma Latinum deberet attendi: tum quia dignius, & magis frequentatum alijs, & Cice. 1. de finib. latinã linguam non modo non inopem, sed locupletiore Græca sentit. & Quintilia. lib. 1. de instit. orato. cap. 1. sub rub. Quæadmodum prima elementa tradenda sint: à fermone Græco puerum incipere iuber, quia latinus, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus se præbet. Et quod lingua Latina attendatur, quando cõstitutio respicit oēs nationes, uel quando concernit genus hominum diuersi idiomatis, firmat Feli. super rub. de consti. col. penul. in fin. in. 2. & 3. casu, tum etiam quia Romanorum lingua Latina est à Latio dicta. & iuxta prin. Aeneidos, Genus unde Latinum, Albaniq̃ue Patres & c. & ista fuit lingua propria, naturalis, & matera huius ciuitatis, aliæ uerò linguæ sunt accidentales, & extraneæ nobis: unde naturalis lingua attendi debet. l. si quis posthumos, & ibi Bart. in prin. ff. de libe. & posthu. Bar. in. l. fin. ff. de offi. Procõsu. Bal. in auten. similiter. C. ad. l. Falci. Et istud est ordinarium idioma Romanorum, in quo leges omnes scriptas uidemus. ordinarium autem attendi debet, nõ extraordinarium. l. Seio. §. Medico. ff. de annu. lega. c. licet de offic. ordi. Breviter ommissa longa disputatione, quæ hîc cadere posset, teneo regulam habere locum, & attendi debere idioma uulgare omnibus notum, etiam pueris & mulieribus. Primum probo, cum Regula fuerit facta Romæ, multo magis hîc operari debet, præsertim cum dicantur regulæ cancellariæ Apostolicæ. erit igitur præcipuum ius istud sedis Apostolicæ, argumẽto tex. in §. sed ius quidem, ubi ius pro Romanis factum, dicitur ius Romanum. Insti. de iur. natu. gen. & ciui. c. ius Quiritum. i. distin. præcipuum igitur debet esse ius istud regularum Romæ editarum pro Romanis, & Romæ degentibus. & pro hoc facit pulchra ratio statuti Romani cap. 37. in reforma. sub rub. Quod seruetur ius cõmune, dicit enim in nigro. Nec immerito, postquam in hac urbe Roma, Iura Ciuilia orta, aucta q̃ue sunt, & ad alios populos defluerunt & c. Quasi statuẽtes pro absurdo habituri essent, ius hîc promulgatum, hîc non seruari. sic nos dicamus absurdum fore, si regulæ hîc editæ, & pro sede Apostolica promulgatæ, Romæ non seruarentur. Nec obstat, quod Roma sit communis patria, quia uerum est, quoad quædam, sed non simpliciter: imò exteræ nationes nihil habent hîc agere quoad gubernandã Rempublicã, & quo ad priuilegia Romanis competentia. Insuper alij à Romanis hîc habitantes sunt. accessorij, & extraordinarij, qui modò in Curia Romana pro

na pro negocijs suis morantur, quibus completis recedunt. Et cum **tex.** requirat scientiam idiomatis loci, non est habenda ratio ad sermonem exterorum hic casualiter, seu ad tempus degentium, sed ad idioma uerum loci, ubi sita est parrochialis Ecclesia. Ad aliud, quod + idioma debeat esse uulgare inter Romanos usitatum, & sic secundum loci conditionem omnibus intelligibile, iuxta **tex. in. l. sed & si pupillus. s.** proscribere uers. puto fieri secundum loci conditionem, nequis excusari possit ignorantia literarum. ff. de instr. actio. & l. i. in fi. ff. de uer. obli. glo. in. l. librorum. s. quod tamen Celsus, in uer. non continebuntur. ubi, quod communis usus loquendi regulam, omni que constitutioni derogat. ff. de leg. 3. & Bal. in. l. in legatis in prin. C. de lega. Et si Monacis iunioribus debet regula illorum uulgariter declarari, cle. 1. s. sane singulis de statu Monaco. quanto magis Rector Parrochialis alicuius Romae sitae debet loqui uulgariter, propter illiteratos, quorum numerus infinitus est, propter pueros, & propter mulieres. Rector enim praecanis officium suscipit, qui omnes intelligere, & ab omnibus intelligi debet: multumque in loquela studium, & artem adhibere debet. c. si Rector. uers. praecanis, & uers. sed cum Rector. 43. distin. Ex proximè dictis responderetur motiui in contrarium facti de lingua Latina hinc orta, & aucta: quia iam lingua haec, illiusque cador hinc recessit. unde possumus dicere, Fuimus Troes, fuit Ilium. satis est, quod tempore, quo condita fuit haec regula, & etiam aliarum Pontificum, Latinus sermo non erat hinc communis, ordinarius, & maternus, seu naturalis: quo tempore statuti conditi attenditur communis usus loquendi. Alex. in. l. stipulationum aliarum iudiciales col. 3. ante nu. 10. uers. sed ad iura. ff. de uer. obli. & Cur. Iun. conf. 5. uideretur prima nu. 14. Et licet etiam hodie aliquibus Romanis lingua Latina sit satis familiaris, ita ut ea tanquam uulgari utantur: tamen, quia regula respicit commodum, fauorem, & salutem omnium Parrochianorum, & sic totius populi, usitatus, & communis, ac familiaris, & domesticus sermo in Rectoribus Romae praeficiendis requiretur. popularibus enim uerbis est agendum & usitatis, cum loquimur de opinione populari, ut dixit Cice. Offici. lib. 2. & idem lib. 1. de legibus ait, Sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit. Hinc proposito quaesito, & regulam ipsi finem facio. Me autem ad earum, quae supersunt, regularum reliquum commentum, iam informi forma elaboratum, ad formam meliorem reducendum couerto, illud que breui in lucem edi curabo.

*Este libro es de hernando Valaguer de sahedo en ma
 dud a. 3. de agosto. de 1574. Hern. Valaguer
 De sahedo.*

INDEX RERVM, ET VER-
BORVM MEMORABILIVM IN COM-
MENTARIIS QVIN. MANDOSII IN
Reg. Cancellariæ Apostol. continentur.

A



SEV ab, est exclude-
re, in 18. quæst. Regu-
læ de infir. nu. 5. limi.
nu. 6. & seq.

AB Batissa habet admi-
nistrationem, & digni-
tatem, in 3. quæst. reg.
de infir. num. 2.

Absens à curia in ea persistere solitus, &
cito reuersurus, an habeatur pro presen-
ti, quoad effectum Regulæ 16. in 31.
quæst. dictæ regulæ per totam.

Absens causa sedis Apostolicæ an gaudeat
prærogatiua regulæ 16. in 31. quæst. di-
ctæ regulæ per totam.

Absens pro Episcopo pro presente reputa-
tur, in 32. quæst. 16. regulæ nu. 2.

Absens pro sua ecclesia pro presente repu-
tatur in 32. quæst. 16. reg. nu. 3.

Absens pro Romana ecclesia seu pro sede
Apostolica præsens omnino reputari de-
bet in 32. quæst. 16. reg. nu. 4.

Absolutoria ab impetitis nullam probatio-
nem requirit in 3. quæst. 18. reg. nu. 5.

Abusu patris familias sumenda est inter-
pretatio in 2. quæst. proc. nu. 4. & in 2.
quæst. 3. regulæ nu. 3.

ACcoliti de numero participantium, an
comprehendantur in extrauaganti ad
regimen, in 5. quæst. 1. reg. nu. 1.

Accoliti ad quid deputentur, in 5. quæst. 1.
regulæ nu. 31.

Accoliti à legato creati, an comprehendun-
tur in extra. ad regimen, in 6. quæst. 1. re-
gulæ nu. 1. & seq.

Accessorium regulatur secundum suū prin-
cipale, in 2. quæst. 14. reg. 9.

Accidés ad hoc, ut denominet subiectum,
oportet, qd ipsi subiecto conueniat in to-
tum, uel pro maiori parte in 25. quæst.
16. regulæ nu. 8.

Accusari non potest res, quæ non est in 7.
quæst. 3. reg. nu. 7.

Actus coram principe facti omni subtilita-
te remota sustinentur, in 8. quæst. regu-
læ de Idioma. nu. 9.

Actus denominatur ab eo qui principaliter
facit: non autem a consensu seu
consilio præstante, in 5. quæst. 8. re-
gulæ num. 7.

ADEquata quando sunt duo, quæ concu-
runt in una dispositione, concurrere
de bona in altera, in 4. quæst. 8. regulæ
num. 4.

Adequatio quando non operetur in omni-
bus in 4. quæst. 8. reg. nu. 11.

Adequatio non operatur in re seu perso-
na, cui fit adequatio nihil enim per hoc
accrescit, seu decrescit, in 4. quæst. 8. re-
gulæ num. 12.

Adolescētibz multa laudabilia attribuun-
tur in 2. quæst. 18. reg. nu. 5.

Adiectiua infinita ratione adiuncti restrin-
guntur in eorum significatione in 8.
quæst. 3. regulæ nu. 3.

Affectum dicitur beneficium per manus
Papæ etiam nulliter appositionem in
4. quæst. 4. regulæ nu. 4.

Affectio operatur, ne inferior se intromit-
tere possit, in 6. quæst. 9. reg. nu. 6.

Affectio inducitur per manus Papæ appo-
sitionem, in 16. quæst. regulæ de infir.
num. 6.

ALius dictio implicat, & designat similitu-
dinem, in 8. quæst. 3. reg. nu. 2.

Alius dictio de sui natura, infert similitu-
dinem, & idem in qualitate, licet diuersum
in substantia in 6. quæst. 12. regulæ
num. 2.

Alius dictio non semper infert similitudi-
nem in 6. quæst. 12. reg. nu. 13.

Alius dictio facit uenire similia uel minora
a expref-

I N D E X.

expressis, in 4. quæst. 14. regulæ nu. 5.
 Alimentorum assignatio ceterum in plam
 causam, in 11. quæst. reg. de infir. nu. 7.
 Alternatiuæ ordinariis seu aliis concessæ,
 an sint reuocatæ per regulam 11. reuoca-
 toriam in 11. quæst. dictæ regulæ.
 Alternatiua seu facultas concessa ordina-
 riis de conferendo beneficia sue diocæ-
 sis, non est merè gratia, in 11. quæst. 11.
 regulæ nu. 3.
 Alternatiua non dat Episcopis facultatem
 conferendi, & disponendi in 11. quæst.
 11. regulæ nu. 4.
 Alternatiua ordinariæ iurisdictioni præ-
 iudicialis, exorbitans, & odiosa reputari
 debet, secus in fauente ordinariæ colla-
 tionæ, in 11. quæst. 11. regulæ nu. 6.
 Animus & intentio probari debet per pro-
 prium iuramentum, in 4. quæst. 5. regu-
 læ nu. 2.
 Animus declaratur per exteriora, per uer-
 ba, per dissimulationem, & alias conie-
 cturas, in 4. quæst. 5. regulæ nu. 7.
 Animus & mens præcedens ex sequenti-
 bus declaratur, in 4. quæst. 5. regu. nu. 8.
 Animus in mente retentus nihil operatur
 in 4. quæst. 11. regulæ nu. 3.
 Anni terminus, de quo in 10. regula, qua-
 re sit sic limitatus, in 3. quæst. dictæ regu-
 læ. & tres rationes assignantur in huius
 modi præfixione ibidem, nu. 4.
 Anni spacium secundum cursum naturæ
 nobis omnia suggerit pro uictu, & uitæ
 sustentatione, in 4. quæst. 10. reg. nu. 6.
 Annus cõtinet dies 365. & quartam unius
 diei ferè, in 4. quæst. 10. regulæ nu. 8.
 Annus dicitur solaris propter cursum So-
 lis, qui hoc spacio perficitur: & Iulianus,
 quia Iulius Cæsar annum, quo utimur,
 reduxit, in 4. quæst. 10. regulæ nu. 9.
 Annus dicitur tempus congruum, in 4.
 quæst. 10. regulæ nu. 10.
 Annum interpretamur, si dispositio sim-
 pliciter loquatur de termino, seu tempo-
 re, in 4. quæst. 10. regulæ nu. 11.
 Annus dicitur terminus longus, in 4. quæ-
 stio. 10. regulæ nu. 12.
 Anni termino iura diuina, canonica, & ci-
 uilia in infinitis dispositionibus utun-
 tur, in 4. quæst. 10. regulæ nu. 13.

Annales casus infiniti, in 4. quæst. 10. regu-
 læ post numerum 13.
 Anni decimi quarti terminus, à iure in infi-
 nitis casibus statuitur, in 2. quæst. 18. re-
 gulæ nu. 4. & sequentibus.
 Annullatio actus est pœna, in quæst. 15.
 regulæ nu. 2.
 Annullatio actus non est propriè pœna,
 in 5. quæst. 15. regulæ nu. 7.
 Annullatio & irritatio actus est pœna, in
 3. quæst. regulæ de infir. nu. 11.
 Appellans ad Papam ceterum ad sedè Apo-
 stolicâ appellare, in 10. qst. 1. reg. nu. 15.
 Apostolicus eodem tempore promissus ordi-
 nario pferatur, in 33. quæst. 16. reg. nu. 2.
 Apostolis omnia licuerunt, in 7. quæst. re-
 gulæ de non tollend. ius quæst. nu. 3.
 Argumentum à sufficienti partium enu-
 meratione, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 8.
 Argumentum à cõtrario sensu in iure for-
 tissimum, in 4. quæst. 4. regulæ nu. 2. sed
 non procedit in statutis, quando alias
 aliquid operantur, nu. 5. Nec quando re-
 sultat ablonus intellectus, nu. 6.
 Argumentum à declaratione seu interpreta-
 tione, in 1. quæst. proœ. nu. 2.
 Argumentum à ratione naturali in 2. quæst.
 8. regulæ nu. 2. & in 4. quæst. 10. reg. nu. 5.
 Argumentum à solitis, & à consuetis, in 4.
 quæst. 8. regulæ nu. 9.
 Argumentum à casu ficto ad casum uerū.
 in 7. quæst. 11. regulæ nu. 4.
 Argumentum à connexis, in 12. quæst. 11.
 regulæ nu. 2.
 Argumentum à fortiori, in 6. quæst. 12. re-
 gulæ nu. 11.
 Argumentum à rubrica, in 1. quæst. 13. regu-
 læ nu. 2. & in 4. qst. regulæ de Idio. nu. 8.
 Argumentum à maiori in 6. qst. 13. reg. nu. 3.
 Argumentum à matrimonio carnali ad spū
 rituale, in 34. quæst. 16. regulæ nu. 5. &
 in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 7.
 Argumentum à ratione proœmii, in 1. quæst.
 regulæ de non tollen. ius quæst. nu. 5.
 Argumentum à uerisimili mente statuen-
 tium seu lege condentium, in 8. quæst.
 regulæ de non tollen. ius quæst. nu. 3.
 Argumentum à rationis identitate, etiam
 in diuersis factis procedit, in 8. quæst. re-
 gulæ de non tollen. ius quæst. nu. 5.

Argu-

I N D E X.

Argumentum à cõmuniter accidētibus ua-
 lidū est, in 6. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
 Argumentum à li de quo magis, in 1. quæst.
 regulæ de Idiomate. nu. 4. & in 8. nu. 2.
 Argumentum à ratione cessante, in 7. quæst.
 regulæ de Idio. nu. 2.
 Argumentum ab allusione uocabuli in 4.
 quæst. 1. regulæ nu. 3.
 Argumentum à si de quo minus, in 5. quæst.
 1. regulæ nu. 6. & in 1. quæst. 8. reg. nu. 2.
 Argumentum à sufficienti partium enu-
 meratione, in 1. quæst. 2. regulæ nu. 3.
 Argumentum ab absurdo ualidum in iu-
 re, in 1. quæst. 2. regulæ nu. 4. & in 2. quæ-
 stio. 5. regulæ nu. 3.
 Argumentum ab exclusione seu prohibitio-
 ne unius, in 2. quæst. 2. regulæ nu. 9.
 Argumentum ab æquiparatis, in 1. quæst.
 6. regulæ nu. 6.
 Argumentum ab æquiparatis non proce-
 dit nisi in casibus omnino similibus, &
 per uiam regulæ, in 3. quæst. 7. regulæ
 numero 6.
 Argumentum ab eo, quod quis interroga-
 tus uerisimiliter respondisset, ualidum
 est, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 8.
 Argumentum ab ordine scripturæ ualidū
 est, in 44. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Argumentum ab impossibili, in 11. quæst.
 18. regulæ nu. 2.
 Argumentum ab etymologia, in 15. quæst.
 regulæ de infir. nu. 17.
 Argumentum ab identitate rationis, in 3.
 quæst. regulæ de Idiom. nu. 2.
 Argumentum ab identitate rationis non
 procedit in materia dispensationum, nec
 etiam argumentum à maiori, in 7.
 quæst. regulæ de Idiom. nu. 10.
 Argumentum ex ui seu sensu uocabuli, in
 4. quæst. 1. regulæ nu. 5.
 Argumentum de personis ad res ualidum,
 in 4. quæst. 3. regulæ nu. 7.
 Argumentum de toto ad partē, in 15. quæst.
 3. regulæ nu. 3. & in 8. quæst. regulæ de
 Idiom. nu. 4. quod corrui stante diuersi-
 tate rationis, nu. 8.
 Argumentum indefinitorum ad uniuersa
 lia, in 1. qst. regulæ de nō tol. ius qst. nu. 4.
 Archiepiscopus in locis sibi immediatè sub-
 iectis habet de iure cõmuni dispositionē

beneficiorum, in 5. quæst. 14. regu. nu. 3.
 Archidiaconus de iure non habet ordina-
 riam collationē, in 5. quæst. 14. reg. nu. 4.
 Archipresbyter de iure non habet ordina-
 riam collationem, licet aliquando de cõ-
 suetudine, in 5. quæst. 14. regulæ nu. 5.
 Artem non exercentes, licet sint de colle-
 gio, nō gaudent priuilegiis, in 14. quæst.
 16. regulæ nu. 3.
 Aspectu atrox iniuria æstimatur, & ibi plu-
 ra de aspectu, in 5. quæst. 18. regu. nu. 4.
 Aspectu omnia cognosci, & decidi debent,
 quæ melius ostensione facta percipiuntur,
 quam ex locutione, seu testium depo-
 sitione, in 5. quæst. 18. regulæ nu. 7.
 Auditor Cameræ, & eius Locumtenens,
 an comprehendantur inter officiales im-
 extrauaganti Ad regimen contentos, in
 4. quæst. 1. regulæ nu. 1.
 Auditor Cameræ est auditor Camerarii, in
 4. quæst. 1. regulæ nu. 2. contrarium con-
 cluditur, nu. 7.
 Auditor contradictarum de iure est ordi-
 narius, sicut Camerarius, Vice cancella-
 rius, & Auditor Cameræ in 2. quæst. 7. re-
 gulæ nu. 8. sed hodie causas non audit,
 numero 9.
 Auditor Rotæ solus confert beneficia, su-
 per quibus pronunciauit, & quare magis
 ipse, quam alius Auditor, in 6. quæst. 8. re-
 gulæ nu. 7.
 Auditores Rotæ uice Pape causas audiūt,
 in quibus non requiritur idioma illorū,
 quorum causas audiunt, in 1. quæst. re-
 gulæ de Idiom. nu. 5.
 Auditores Rotæ ex diuersis nationibus eli-
 guntur, ut penes ipsos sit idioma natio-
 num, quarum causas audiunt, in quæst.
 regulæ de Idiom. nu. 16.

B

BAC Calarius seu baccalarius quis, &
 unde dictus, in 11. qst. 16. reg. nu. 3.
 Beneficia iurispat. an cõprehendantur sub
 extraua. Excecrabilis & regulis reseruatō
 riis, in 8. quæst. 1. regulæ per totam.
 Beneficia manualia & nō perpetua an cõ-
 prehendantur sub reseruationibus, in
 10. quæst. 3. regulæ.
 Beneficia secularia sunt de sui natura per-
 petua, in 10. quæst. 3. regulæ nu. 2.

I N D E X .

Beneficia regularia non perpetua aliquando sunt perpetua, & contra secularia perpetua sunt non perpetua in 10. quæstio. 3. regulæ nu. 3.
Beneficium illius esse reputatur qui ius habet in eo licet alius de facto illud possideat in 13. quæstio. 3. reg. nu. 5.
Beneficium acceptatum per familiarē postea defunctum an censeatur seruatum in 13. quæstio. 3. regulæ per totam limitatur num. 7.
Beneficium semel affectum, semper durat affectum in 14. quæstio. 3. regulæ nu. 4.
Beneficia collectoris uel subcollectoris deputati, an ante scientiam, acceptationē & exercitium fuit seruata in 4. quæstio. 4. regulæ per totam.
Beneficia collectoris uel subcollectoris, quæ habebant ante officium, an subiacent regulæ referuatiuæ in 5. quæstio. 4. regulæ per totam.
Beneficia eius, qui fuit collector, uel subcollector, postea obdenta non sunt referuata in 5. quæstio. 4. regulæ nu. 13.
Beneficia uacantia in curia sunt Pontifici specialius aliis beneficiis referuata in præfa. 5. regulæ nu. 1.
Beneficia collata curialibus nondum acceptata, an cadant sub referuatiuone in 5. quæstio. 5. regulæ per totam.
Beneficium acquiritur per solam collationem in 5. quæstio. 5. regulæ nu. 2. uide tamen nu. 6. & 7.
Beneficium alicui collatum ante acceptationem non dicitur suum in 5. quæstio. 5. regulæ nu. 6.
Beneficia, quorum cubicularii, seu cursores habebant solum possessionem, non autem uis, an cadant sub regula referuata, in 5. quæstio. 6. regulæ per totam.
Beneficium acquirere intendens de lucro captando certat in 6. quæstio. 8. reg. nu. 4.
Beneficia non debent conferri, neque permitti, antequam uacant, in 10. quæstio. 11. regulæ nu. 8. fallit in summo Pontifice num. 9.
Beneficiorum appellatione, quando illis adicitur uerbum uniuersale, quod ueniant etiam fructus, & pensiones in 2. quæstio. 12. regulæ nu. 5.

Beneficium non censetur habere, qui non percipit illius fructus, in 23. quæstio. 16. regulæ nu. 6.
Beneficium duo in se continet, spiritualitatem, & temporalitatem in 24. quæstio. 16. regulæ nu. 3.
Beneficium non obtrinentem beneficiato præferri iuridicum & rationale est, in 34. quæstio. 16. regulæ per totam.
Beneficia quo ad temporalia instituta esse ut altari seruientes de altari uiuant in 34. quæstio. 16. reg. nu. 2.
Beneficium quantuncunque modici mentione faciendum est in 35. quæstio. 16. regulæ num. 5.
Beneficium appellatione, pensionem uenire, in 36. quæstio. 16. regulæ nu. 2. uide tamen uelque ad h. quæstio.
Beneficium appellatione non uenire pensionem, regulariter, & ex proprietate uocabuli, in 36. quæstio. 16. regulæ nu. 5.
Beneficia distribui debere consideratis habilitate & meritis, non autem origine seu loco, in 39. quæstio. 16. regulæ nu. 2.
Beneficia originariis, potiusquam aliis conferenda esse, in 39. quæstio. 16. regulæ nu. 9.
Beneficia nouiter erecta uenire sub referuatiuone fauorabili, licet nulla facta sit mentio de beneficiis de nouo erigendis in 12. quæstio. 18. regulæ nu. 10.
Beneficium unitum non dici amplius beneficium in 10. quæstio. regulæ de infir. num. 2.
Beneficium appellatione an ueniat pensio, in 11. quæstio. regulæ de infir. nu. 11.
Beneficia patrimonialia, quæ hodie in titulum dantur perpetui beneficii, esse uera & perpetua ecclesiastica beneficia, in 15. quæstio. reg. de infir. nu. 7.
Beneficiorum alia secularia, alia regularia, in 15. quæstio. reg. de infir. nu. 11.
Beneficiorum secularium aliqua ad liberam dispositionem ipsius prælati, aliqua non, in 15. quæstio. reg. de infir. nu. 12.
Beneficia libera omnia præsumi, non autem hereditaria, in 15. quæstio. reg. de infir. num. 13.
Beneficia de iure concedi debere clericis loci, in 15. quæstio. reg. de infir. nu. 19.
Beneficia commendata sunt referuata in 16. quæstio.

I N D E X .

16. quæstio. regulæ de infir. nu. 3.
Beneficia antequam uacant conferenda non sunt, in 17. quæstio. regulæ de infir. num. 11.
Beneficia manualia seu ad nutum amouibilia, eo ipso quod conferuntur per Papam, efficiuntur perpetua, in 20. quæstio. regulæ de infir. nu. 9.
Beneficia electiua, an comprehendantur sub regula de Idiomatico in 2. quæstio. dictæ regulæ per totam.
Beneficiorum appellatione in fauorabilibus etiam Episcopatus, & Archiepiscopatus uenire, in 8. quæstio. regulæ de Idiomatico num. 7.
Beneficiati promissio non facta mentione beneficii, quod obtinet ipso iure, nulla est in 34. quæstio. 16. regulæ nu. 4.
Beneficiati non sufficienter, an comprehendantur in regula 16. in 35. quæstio. dictæ regulæ per totam.
Beneficium non sufficienter pro non beneficiato haberi, in 35. quæstio. 16. regulæ num. 2.
Beneficium beneficiarij non debere, nisi beneficium, quod obtinet, sit tenue, in 35. quæstio. 16. regulæ nu. 4.
Beneficiati appellatione, an ueniat pensio narius, in 36. quæstio. 16. reg. per totam.
Beneficiati appellatione, an ueniat intrusus, in 37. quæstio. 16. regulæ per totam.
Beneficium seu beneficium obtinentem, reputari in beneficio habentem, non merum detentorem, in 37. quæstio. 16. regulæ nu. 2. uide tamen quæ sequuntur.
Beneficiarius omnis dici potest, qui beneficium tenet, suis iuste, siue iniuste, præsertim ex communi uero loquedi, in 37. quæstio. 16. reg. nu. 3.
Benignior interpretatio in dubio sumenda est, in 4. quæstio. regulæ Idiomatico nu. 2.
Bona fides in principe summè necessaria est in 7. quæstio. 4. regulæ nu. 12.
Bona fides in Apostolica sede splendere debet, in 7. quæstio. 4. regulæ nu. 13.
Bullæ plumbatæ, licet in totum non expeditæ, equiparantur expeditis, in 3. quæstio. 8. regulæ per totam.
Bullæ, si ad bullarium mittuntur, & etiam cum dictionibus numeralibus expeditæ

tur, an erunt nullæ, in 5. quæstio. 15. regulæ per totam.

C

CAPPELLANORUM PAPÆ appellatione, qui comprehendantur in 5. quæstio. 1. regulæ nu. 7.
Capellanorum Papæ beneficia sunt referuata in 5. quæstio. 1. regulæ nu. 8.
Capellani illi soli gaudent iure capellanatus, qui sunt in prosecutione officiorum, & negociorum a sede Apostolica ei commissorum in 6. quæstio. 1. regulæ nu. 13.
Camera thesaurum seu redditus colligit, custodit, seu distribuit in 6. quæstio. 4. regulæ num. 4.
Camera Apostolica præest iuribus, & prouentibus sedis Apostolicæ in 6. quæstio. 4. regulæ nu. 5.
Camera Apostolica succedit in spoliis seu bonis ad ecclesias spectantibus, etiam loco successorum in beneficiis, in 6. quæstio. 4. regulæ nu. 6.
Canellariaz præsidentes in expediendis literis de iure non debent à iuribus & rationibus in 6. quæstio. 8. regulæ ante numerum 3.
Capitulo sede uacante quæ competat in 6. quæstio. 14. regulæ nu. 10.
Cap. si a sede de præben. lib. vi. & c. duobus de rescr. eo. lib. & alia una non prouidetur ita plenè, ut regula 16. de concurren. super beneficio, in 10. quæstio. dictæ regulæ nu. 17. & seq.
Cap. duobus de rescr. lib. vi. non procedebat super iam uacantibus in 10. quæstio. 16. regulæ nu. 18.
Cap. is cui, de præben. lib. vi. procedit à contrario sensum, & prouidere possit non sufficienter beneficiato, & ampliatur, etiam si plura sint beneficia in sufficientia, in 35. quæstio. 16. regulæ nu. 3.
Cap. 2. de renunc. lib. vi. nullum conformitatem habet cum regula de infir. & illud extenditur ad alios casus, in 2. quæstio. dictæ regulæ nu. 9.
Canonista purus, an præferat puro Theologo, in 16. quæstio. 16. regulæ per totam.
Canonista præferatur Theologo in ademptione

I N D E X.

ptione Episcopatum & aliorum beneficiorum, in 16. quæst. 16. regulæ.
 Canonici cathedralis in delegationibus causarum æquiparantur constitutis indiguitate, in 2. quæst. 18. regulæ nu. 7.
 Canonatus non requirit aliquem ordinem contra Prouinci. in 1. quæst. 18. regulæ nu. 4.
 Canonatum & præbendarum ecclesiæ cathedralis collatio ad quem, seu quos spectet, in 14. quæst. 18. regulæ nu. 2.
 Canonicatoriam petenti incumbere onus, probandi suam ætatem, in 3. quæst. 18. regulæ nu. 4.
 Cardinalibus titularibus quæ facultas cõpetat, in 2. quæst. 7. regulæ per totam.
 Cardinales causas audire nõ posse, nisi eis à Papa specialiter committantur, secus respectu suorũ titulorum, seu Ediscopatum, in 2. quæst. 7. regulæ nu. 7.
 Cardinales in suis titulis & capellis seu ecclesiis habere iurisdictionem episcopalem, in 2. quæst. 7. regulæ nu. 10.
 Cardinalis tenetur residere in Curia Romana, in 3. quæst. 7. regulæ nu. 2. & 8.
 Cardinalis non potest se absentare à summo Pontifice absque expressa licentia, in 3. quæst. 7. regulæ nu. 7.
 Cardinales, qui sunt in præsentia Principis, aliis Cardinalibus præferuntur, in 28. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Cardinales an contineantur sub regula de infir. in 2. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Cardinales, an cõprehendantur sub regulis generaliter uel indefinite loquentibus, in 2. quæst. regulæ de infir. nu. 2. & seq.
 Cardinalatus est maior dignitas post Papatum, in 2. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
 Casus omiffus remanet in dispositione iuris communis in 2. quæst. 15. regulæ nu. 4. & in 7. quæst. 16. regulæ nu. 2. in 3. quæst. regulæ de Idio. nu. 9.
 Cassatio aliquorum in rescripto, inducit cõcessionem aliorum etiam, quæ de sui natura sine certa expressione non uenirent, in 4. quæst. regulæ de non tollent. ius quæsi. nu. 4.
 Cathedralium prouiso ad plus ultra tres menses differri non debet, in 6. quæst. 9. regulæ nu. 5.

Cathedralis & collegiata ecclesia in plerisque æquiparantur, in 2. quæst. 18. regulæ nu. 8.
 Causa proxima habens cõnexitatem cum remota, ut quia una ad aliam ordinata, sub illius specificatione ista comprehenditur, in 2. quæst. 12. regulæ nu. 4.
 Causa proxima & immediata potior & fauorabilior est, in 38. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Cedens non potest testificari pro cessionario in 11. quæst. 18. regulæ nu. 8.
 Certa scientia colligitur etiam, quod de ea nõ constet, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 6.
 Certa scientia per testes probari potest, in 6. quæst. 16. regulæ post numerum 5.
 Certam scientiam Papæ inducere dispensationem, quomodo procedat, in 5. quæst. regulæ de Idiom. nu. 2.
 Certam scientiam tollere defectum intentionis, in 5. quæst. 16. regulæ ante nu. 5.
 Cessante causa priuilegii, priuilegium cessare debet, in 13. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Cessante ratione seu causa, cessare debet dispositio seu effectus, in 16. quæst. regulæ de infir. num. 10.
 Ciuitatis appellatione uenit diocesis, in 41. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, in 2. quæst. procm. nu. 2. & in 4. quæst. 8. regulæ nu. 2. fallit nu. 5.
 Clausula in medio posita ad præcedentia & sequentia refertur, in 6. quæst. 3. regulæ nu. 4.
 Clausula nõ refertur ad præcedentia, quando cõcurrit diuersitatis ratio, in 4. quæst. 8. regulæ nu. 5.
 Clausula, Et cum clausula quamcunque generalem referuationem importante, quid operetur, remisit in 3. quæst. 11. regulæ nu. 3.
 Clausula derogatoria dispositionis, seu actus sequentis, facit ualere primam dispositionem seu primum actum, & inficit secundam seu secundum, in 8. quæst. 11. regulæ nu. 3.
 Clausula, quod tenores & formæ habeantur pro expressis, operatur perinde, ac si omnia in individuo expressa fuissent, in 9. quæst. 11. regulæ nu. 2. uide tñ nu. 3. & seq.
 Clausula, Non obstante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, est sufficiens ad omnem contrariam constitutionem tollendam, in 9. quæst. 11. regulæ nu. 4.
 Claus.

I N D E X.

Claus. Excerta scientia, potentior clausula Motu proprio, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Clausula, Ex certa scientia, omnem dispensationem & habilitatem inducit, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Clausulari, Ex certa scientia, & Motu proprio æquiparatio, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 5.
 Clausula, Ex certa scientia, æquiparatur, clausulæ Non obstante lege, seu dispositione cõtraria, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 6.
 Clau. Motu proprio, æquiparatur clausulæ Non obstantibus, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 7.
 Clausula Ex certa scientia, æquiparatur secunde iurisdictioni, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 8. idem in clausula Motu proprio, ibidem nu. 9.
 Clausulæ, Motu proprio, & Ex certa scientia, an habeantur inter se, ut excedentia & excessa, in 6. quæst. 16. regulæ per totam.
 Clausula, Excerta scientia, non equipollent clausulæ, Non obstante in 6. quæst. 16. regulæ nu. 7.
 Clausula, Excerta scientia operatur, quod intelligatur aliquid fieri de plenitudine potestatis, in 7. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Clausula, De plenitudine potestatis, est potentior illis duabus uidelicet Motu proprio, & Ex certa scientia, in 7. quæst. 16. regulæ nu. 5.
 Clausula præcedens est maioris uirtutis, & efficacis ad determinationem sequentium, quam sequens clausula ad determinationem præcedentium, in 42. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Clausula, Dummodo tẽpore datę presentium non sit alteri ius quęsitum, quid operetur, in 2. quæst. regulæ de non tollent. ius quęsi. nu. 5.
 Clau. Dummodo nõ sit alteri ius quęsitum, semper pro apposta habetur, in 2. quæst. regulæ de non tollent. ius quęsi. nu. 5.
 Clausule omnes de stilo uel consuetudine apponi solite, habentur pro appolitis, licet non exprimentur, in 2. quæst. regulæ de non tollent. ius quęsi. nu. 6.
 Clausulæ, Motu proprio, & Ex certa scientia, uidentur operari plenitudinem potestatis, in 8. quæst. regulæ de non tollent. ius quęsi. nu. 4.
 Clausula, Ex plenitudine potestatis, habet maiorem uim clausulis, Motu proprio, & Ex certa scientia, in 8. quæst. regulæ de

non tollent. ius quęsi. nu. 6.
 Clausula in supplicatione, Ex nunc resignat, inducit actum de præsentate, etiam quod alias dependeret à futuro in 9. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
 Clausulæ generales, Quouis modo &c. posite in supplicatione resignationis mortui infra xx. dies, an cõprehendant modum finitæ uacationis p̄ obitũ à regula de infir. inductũ, in 7. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Clau. Siue præmissio, siue alio quouis modo, facit uenire oem modum uacandi ex resignationis, defuncti, uel alterius, ex cuius personę uacatione beneficium impetratur, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
 Clau. Siue præmissio, siue alio quouis modo, cõtinet solum modos uacandi ex illa persona, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 5. Nisi addatur alia clausula uel Ex cuiuscunque persona, ibidem nu. 6.
 Clau. Siue præmissio, siue alio quouis modo, & Ex cuiuscunque persona, cõprehendunt et uacationem beneficiorum reseruatorũ, & etiam uacationem apud Sedem, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 7.
 Clausula, Alio quouis modo, infert modos similes, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
 Clau. Quorũ omnium & aliorũ tenores &c. operatur ac si in individuo oia expressa fuissent, in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 13.
 Clausula Motu proprio in expectatiuis nihil operari, nisi ad excludendũ surreptionem literarum, in 5. quæst. regulæ de Idio. nu. 8.
 Clausula, Si tibi alius canonicę conferatur, semper in dispensatione intelligitur, in 7. quæst. regulæ de Idiom. nu. 8.
 Clausula in fine supplicationis plura beneficia cõtinētis, apponi solita uidelicet, Si mul uel ad partem &c. expediēdis, quid operetur, in 9. quæst. regulæ de Idio. nu. 10.
 Cle. Literas, de resc. ampliatio, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 21.
 Clericus nõ se exercēs in clericatu, nõ gaudet priuilegiis in 14. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Clerici uiuere debent de patrimonio, Iesu Christi, in 34. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Clericus probari p̄t per semiplenas probationes, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 10.
 Coadiutoria quotuplex, quid sit, & ad quid inuenta in 9. quæst. 11. regulæ per totam.
 Coadiu-

- Coadiutoria una in temporalibus, altera in spiritualibus, & illa quæ in spiritualibus, una temporalis, altera cum futura successione in 5. quæst. 11. regulæ nu. 2. & 3.
- Coadiutoria cū futura successione potius à stilo, quam à iure, in 5. quæst. 11. regulæ nu. 4. uide tamen nu. seq.
- Coadiutor datur suspecto de dilapidatione, leproso, epileptico, furioso, uel demente, seni, uel alias impedito in 5. quæst. 11. regulæ nu. 6.
- Coadiutoriam impetranti, narranti ætatem, & alia impedimenta, non sufficit probare impedimentum ætatis tantum in 5. quæst. 11. regulæ nu. 7.
- Coadiutor ratione ætatis non potest unire, nec dismembrare in 5. quæst. 11. regulæ nu. 8.
- Coadiutor datur de consensu illius cui de putatur, & sine consensu, in 6. quæst. 11. regulæ nu. 2.
- Coadiutoria forma cum futura successione de consensu, in 6. quæst. 11. reg. nu. 3.
- Cocum principis habere dignitatem, in 3. quæst. 6. regulæ nu. 3.
- Collationem Papæ ualere, de acceptatione expectantis nulla facta mentione, in 13. quæst. 3. regulæ nu. 5.
- Collationem executores expectati factam præponderare reservationi, seu collationi Papæ, in 13. quæst. 3. regulæ nu. 7.
- Collectoria & subcollectoria, an probari possint per testes, in 2. quæst. 4. regulæ per totam.
- Collectores impositionū contra Turchas, an comprehendantur in regula reservationis, in 6. quæst. 4. regulæ per totam.
- Coloratus titulus ad effectum regulæ 16. quis dicatur, in 26. quæst. dictæ regulæ per totam.
- Color in iure quomodo accipiatur, in 26. quæst. 16. regulæ nu. 5.
- Coloratus titulus omnis dici potest prima facie, primotq; aspectu ualidus, & ibi plura de titulo & possessione coloratis, in 26. quæst. 16. regulæ nu. 6.
- Coloratus titulus dici potest, ubicunque non inducitur priuatio ipso iure, etiam q̄ sit defectus in conferente, in 26. quæst.
16. regulæ nu. 7.
- Collatio canonicatum & præbendarum ecclesiæ cathedralis, de iure & Rotæ obseruantia est communis inter Episcopū & Capitulum in 14. quæst. 18. regulæ num. 3.
- Collatio ordinarii est fauorabilis in 1. quæstio. regulæ de infir. nu. 6.
- Communis usus loquendi seu communis intelligentia præfertur etiam proprie significationi uocabuli, in 36. quæst. 16. regulæ num. 6.
- Consuetudo loquendi disponentis attendi debet, in 6. quæst. 3. regulæ nu. 3.
- Consuetudo in interpretatione cuiuscunque dispositionis sequenda est in 10. quæst. 11. regulæ nu. 7.
- Concilio generalis constitutionem Papa non censetur tollere, nisi expresse deroget, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 12.
- Concessio quæcunque semper intelligitur facta sine præiudicio tertii, in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 5.
- Concessio simpliciter facta, suis motu proprio eadem & indifferens in 4. quæst. 16. regulæ num. 4.
- Confiscatio bonorum non respicit bona futura, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 17.
- Confessio partis optima est probatio, in 7. quæst. 18. regulæ nu. 2.
- Confessio in beneficialibus & spiritualibus admittitur in 7. quæst. 18. regulæ nu. 3.
- Confessio super eo, super quo quis disporre non potest, non prodest, nec præiudicat in 7. quæst. 18. regulæ nu. 4.
- Confessio aduersarii, quando agitur de titulo beneficii, non prodest alteri, in 7. quæst. 18. regulæ nu. 5.
- Confessionem super illegimitate non nocere tertio, nisi ab illegitimo ius habenti, in 7. quæst. 18. regulæ num. 6.
- Conditione turpi reiecta, testamentum & instituti sustinetur, in 14. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
- Connexorum idem iudicium esse, in 12. quæst. 11. regulæ nu. 3.
- Conatus sat inchoatio sine effectu non attenditur, in 5. quæst. 12. regulæ nu. 4.
- Consensum in mandato sat aliter quam in cancellaria seu camera, non sufficere, in 9.

- in 9. quæst. regulæ de infir. nu. 5.
- Consensum etiam diu post supplicationem signatam præstitum, retrotrahi ad datam supplicationis in 9. quæst. regulæ de infir. nu. 6.
- Consequens qui uult, antecedens uelle uidetur, in 1. quæst. regulæ de Idi. nu. 13.
- Constitutio non tollit consuetudines, in 13. quæst. 11. regulæ nu. 5.
- Constitutio seu statutum interpretari debet secundum alia iura, in 28. quæst. 16. regulæ num. 3.
- Constitutio ob publicam utilitatem facta ualde fauorabilis dicitur, in 2. quæst. regulæ de Idi. nu. 5.
- Constitutio concernens fauorem animarum omnes ligat, in 8. quæst. regulæ de Idi. num. 6.
- Conuentus idem, quod cœtus, & congregatio, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 2.
- Conuentus adaptatur tam ad seculares, quam ad regulares, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 3. uide tamen nu. 9.
- Conuentus propriè dicitur religiosorum, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 11.
- Copula inter duo cadens, cœcursum utriusque requirit, in 4. quæst. 9. regulæ nu. 2. fallit, quando plura copulantur circa unum effectum, & non sunt omnia necessaria, ibidem nu. 5.
- Creatus in canonicum dicitur uerus canonicus, & de iure habet omnia, quæ alii ueri canonici, in 10. quæst. 11. regulæ nu. 5. secus de consuetudine, nu. 6.
- Curator ad lites, intelligitur ad eas, quæ existunt, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 9.
- Curia nomen æquiuocum plura significans, & quæ? in 1. quæst. 5. regulæ num. 2. cum sequ.
- Curias triginta à Romulo constitutas, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 10.
- Curiam dictam esse à cura non à cruore, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 11.
- Curiam poni pro tribunali seu loco, ubi ius redditur, & pro ipsismet iura reddentibus, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 15.
- Curia Romana idem quod sedes Apostolica, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 16.
- Curiales appellari possunt iurare, qui curijs præsumunt, eas tractant, uel in illis se
- exercent, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 17.
- Curialium aliqui tria genera faciunt, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 18.
- Curiales antiquo tempore quidam efficiebantur per modum, qui nunc non est in usu, in 1. quæst. 5. regulæ nu. 19.
- Curiales prohibentur ad sacros ordines promoueri, nec etiam possunt esse Episcopi in 1. quæst. 5. regulæ nu. 20. uide tamen nu. 21. ubi declaratur, qui curiales excludantur.
- Curia Romanæ nomine, quid ueniat ad effectum regulæ reservationis? in 2. quæst. 5. regulæ per totam.
- Curia de qua in regula 16. quæ? in 27. quæstio. dictæ regulæ per totam.
- Curia Romana & limina S. Petri ibi, ubi est Papa, in 2. quæst. 5. regulæ nu. 2.
- Curiales, de quibus loquitur regula reservationis, uidentur esse Cardinales, eorum familiares, officiales, aduocati, & sollicitatores, in 3. quæst. 5. regulæ nu. 5.
- Curialis, dum curia transferitur, in itinere decedit, an præsumatur sequi curiam? in 4. quæst. 5. regulæ per totam.
- Cubicularii qui comprehendantur in regula reservationis? in 1. quæst. 6. regulæ per totam.
- Cubicularii qui dicantur? in 1. quæst. 6. regulæ nu. 2. & seq.
- Cubiculum & camera idem, ergo idem cubicularius & camerarius, in 2. quæst. 6. regulæ nu. 4.
- Cursores qui comprehendantur in regula reservationis? in 2. quæst. 6. regulæ per totam.
- Cursores etiam dicuntur tabellarii, seu corrierii, in 2. quæst. 6. regulæ nu. 2.
- Cursores omnes dici possunt, qui currunt, in 2. quæst. 6. regulæ nu. 3.
- Curforis officium an sit uile uel honorabile? in 3. quæst. 6. regulæ per totam.
- Curforis obitu superueniente post supplicationem signatam, & præsentatam, an teiuramentum præstitum de fideliter exercendo officium, an sit locus regulæ reservationis? in 4. quæst. 6. regulæ per totam.
- Cursor seu nuncius tenetur iurare de fideliter exercendo officium suum, in 4. quæst. 6. regulæ nu. 2.

DATÆ tempus attenditur, an inter-
uenerit subreptio, uel non, in 12.
quæst. 18. regulæ nu. 15.
Date tempus attenditur, non expeditionis,
an quis sit officialis, in 12. quæst. 18. re-
gulæ num. 17.
Determinatio una plura determinabilia re-
spiciens, debet ea pariformiter determi-
nare, in 6. quæst. 3. regulæ nu. 5. & in 13.
quæst. regulæ de infir. nu. 10.
Delegatus Papæ subdelegando, facultatem
alium subdelegandi dare non potest, in
3. quæst. 4. regulæ num. 7.
De prepositio causam proximam & imme-
diatam denotat, in 2. quæst. 12. regulæ
nu. 6. uide tamen nu. seq.
Declaratio 9. regulæ, q̄ & qualis sit, in 1. quæst.
dictæ reg. 9. per totam.
Declaratio uera & propria illa est, per quā
aperiuntur & dilucidatur dubia & oscu-
ra, in 1. quæst. 9. regulæ nu. 2.
Declaratoriæ Papæ an comprehendantur
sub regula de non tol. ius quæsi. in 6. quæst.
dictæ regulæ per totam.
Declaratoriæ, de quibus in regula de non
tollendo ius quæsi. quomodo interpreta-
dæ in 6. quæst. dictæ reg. nu. 2.
Declaratoriæ Papæ gratiæ super prioratu
Bononiæ, q̄ senserit de Bononia ultra
montes, uel in Italia. non obstat regula
de non toll. ius quæsi. in 6. quæst. dictæ
regulæ nu. 3.
Declarationi Papæ aliquem fuisse accoli-
tum, ac familiarem, obstat regula de nō
tollend. ius quæsi. in 6. quæst. dictæ re-
gulæ num. 4.
Defectus oculi, seu alterius membri, repel-
lit ordinandos seu ordinatos, & quomo-
do talis defectus probandus, in 5. quæst.
18. regulæ nu. 5.
Denominatione ab eo quod est, non ab eo
quod erit, sumi. in 19. quæst. 16. reg. nu. 14.
Decretum irritans, & clausula Nullatenus
ualeat, qd operetur, in 4. quæst. 7. reg. nu. 2.
Decretum irritans destruit quicquid in cō-
trarium repetit, & ligat ignorans, in 4.
quæst. 7. regulæ nu. 3. uide tres limi. quæ
sequuntur nu. 4. 5. & 6.

Decretum in 9. regula appositum, an sit in-
ualidum quod præterita, in 3. quæst.
dictæ reg. per totam.
Decretum irritans ligat ignorantes, etiam
ante adimpletas condiciones, & destruit
quicquid in contrarium reperit, in 7. quæst.
11. regulæ nu. 2.
Destinatum quando pro facto habeatur,
in 19. quæst. regulæ nu. 13.
Dictum Doctoris intelligi debet secundū
leges, quas allegat, 15. quæst. 5. reg. nu. 7.
Dictiones Kal. Non. & Idus, an debeant
scribi extensè, & in illis habent locum
regula 15. de dictionibus numeralibus,
in 3. quæst. dictæ reg. per totam.
Dies cretici, crismi, decretorii, seu iudiciali
qui, in 7. quæst. reg. de infir. nu. 9.
Dies, qua fit resignatio, seu præstatur con-
sensus infirmi, an debeat cōmutari in
termino xx. dierum in 18. quæst. regulæ
de infir. per totam.
Diē termini in odiois, & poenalibus nota
cōputari in termino, quo procedat, in
18. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
Definitio cui competit, cōpetere debet de
finitum, in 2. quæst. 6. regulæ nu. 5.
Dignitates maiores post Pontificales, &
principales in collegiatis, quæ dicantur
in 1. quæst. 3. regulæ.
Dignitates maiores post patriarchales, per
regulam 3. reseruatæ censentur, in eadē
regula 3. quæst. 2.
Dignitates si duæ sint æquales, an ambæ,
an neutra reseruatæ sint, in 4. quæst. 3. reg.
Dignitates monoculares an cōprehendant
sub regulis reseruatoriis, in 5. quæst. 3. reg.
Dignitates de nouo creatæ an comprehen-
dantur sub regulis reseruatoriis, in 7.
quæst. 3. regulæ.
Dignitates conuenticuales quæ reseruatæ
sunt, in 9. quæst. 3. regulæ per totam.
Dignitas antescientiam & acceptationem
non est in consideratione, in 4. quæst. 4.
regulæ num. 3.
Dimitto idem quod relinquo, in 13. quæst.
regulæ de infir. nu. 9.
Dioecesanorum appellatione qui ueniant
ad effectum regulæ 16. in 40. quæst. di-
ctæ reg. per totam.
Dioecesis idem quod gubernatio, in 40. quæst.
16. 16.

16. regulæ nu. 2.
Dioecesani sunt Episcopi & superiores in
40. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Dioecesani dici possunt parrochiani, in 40.
quæst. 16. regulæ nu. 4.
Dioecesani, lato sumpto uocabulo, omnes
de prouincia dici possunt, in 40. quæst.
16. regulæ nu. 5.
Dioecesanorum appellatione proprie illi ue-
niunt, qui sunt de territorio Episcopi, in
40. quæst. 16. regulæ nu. 6.
Dioecesanorū appellatione an ueniant ciui-
tatenles, in 40. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Dioecesanorum appellatione, uenire etiam
domicilium habentes, in 40. quæst. 16.
regulæ num. 8.
Dioecesanum non dioecesano præferri, an
sit rationale, & iudicum. in 41. quæst.
16. regulæ per totam.
Dioecesanos extraneis præferri debere, in
41. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Directè uerbum importat proprie, imme-
diatè, principaliter, ac ipso iure, in 3. quæst.
13. regulæ nu. 2.
Distinguere non debemus ubi lex non di-
stinguit, in 6. quæst. 1. regulæ nu. 7.
Disponi potest super non ente in 7. quæst.
3. regulæ nu. 23.
Dispositio ubi est eadē, eadē qualitates con-
currere debent, in 4. quæst. 8. reg. nu. 3.
Dispositio seu prouisio generalis ad specia-
liter prouisa non refertur, in 5. quæst. 8.
regulæ nu. 3.
Dispositio comprehendit omnem modum
prouisionis si simpliciter proferatur, in
2. quæst. 13. regulæ nu. 2.
Dispositio comprehendit omnem modū
ordinandi, in 4. quæst. 14. regulæ nu. 2.
fallit in materia odiosa, seu restringen-
da num. 4.
Dispositio cōtra iustè & legitime factū, ope-
ratur etiam contra iniuste & indebite
actum, in 37. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Dispositio legis non solum causas, sed &
personas priuilegiatas comprehendit, in
2. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Dispositio contra ius commune cōprehen-
dit solum personas specificatas, in 2. quæst.
regulæ de infir. nu. 5.
Dispositio, per quam fit reditus ad ius cō-

mune, & ad ius primæuum, fauorabilis
& amplianda reputatur, in 19. quæst. re-
gulæ de infir. nu. 12.
Dispensare est contra ius & principi refer-
uatum, in 6. quæst. 13. reg. nu. 6.
Dispensatio inducitur eo ipso, q̄ princeps
scienter, seu ex certa scientia in habili cō-
fert, in 5. quæst. regulæ de Idiom. nu. 4.
Dispensatio ubi possit tenere plura curata, nec
teneatur residere, si sibi conferatur par-
rochialis absque derogatione regulæ de
Idiom. an regula sibi obstat, in 7. quæst.
dictæ reg. per totam.
Dispensationem extendi etiam ad accesso-
ria, in 7. quæst. regulæ de Idiom. nu. 3.
Dispensatus à residētia per substitutū deser-
uire debet, in 7. quæst. regulæ de Idiom. nu. 4.
Dispensationes sunt stricti iuris, in 7. quæst.
regulæ de Idiom. nu. 5.
Diuisibilia indiuisibilia effici uoluntate cō-
trahentium, in 9. quæst. reg. de Idiom. nu. 4.
Dispensatio generalis restringitur ad habi-
les, in 7. quæst. regulæ de Idiom. nu. 6.
Diuerfitas nominum diuerfitatem rerū in-
ducit, in 1. quæst. 12. regulæ nu. 2.
Donatio ecclesiæ uel personæ, quæ nō est,
fieri non potest, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 4.
Donatio absentis facta ante acceptationem
nō dat ius in re, in 5. quæst. 5. regulæ nu. 5.
Dominum non acquiri ante acceptatio-
nem, in 5. quæst. 5. regulæ nu. 4.
Dominus pro parte, uerè dominus dicitur,
in 25. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Dotis casum non comprehendit sub uiribus
quantuncunque generaliter loquenti-
bus, in 3. quæst. 12. regulæ nu. 2. limi. &
intellige prout nu. 3.
Doctorare ad principem, & collegia studii
uniuersalis spectat, in 6. quæst. 13. regu-
læ num. 8.
Doctorandus, instar athletæ, post trinum
examen, trinamq̄ approbationem ad
summum honorem promouetur, in 12.
quæst. 16. regulæ nu. 2.
Doctores, & alie literatæ personæ, aliis in
beneficiis sunt præferendi, in 12. quæst.
16. regulæ nu. 3.
Doctorum appellatione in fauorabilibus
uenire licentiatos, in 12. quæst. 16. regu-
læ nu. 4. uide tamen nu. 5.

I N D E X

Doctorellus seu doctor indoctus an gaudeat priuilegijs regulæ 16. in 13. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Doctor agnarus gaudet priuilegijs, in 13. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Doctores excellentes, & milites ualde disciplinati alijs præferuntur in 15. quæst. 16. regulæ nu. 8.
 Doctori præfertur scholaris maior sciëntia, in 17. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Doctus indocto in ecclesia Dei præferendus, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 6.
 Doctores iura dubia interpretari possunt, eisq; standum, in 2. quæst. 18. regu. nu. 3.
 Duo specialia, & duæ fictiones concurrere non debent, in 6. quæst. 1. regulæ nu. 8. & 9. limi. usque ad fi. quæst.
 Dumtaxat dictio, est limitatiua, restrictiua, & exclusiua, in 6. quæst. 8. regu. nu. 6.
 Dura lex, tamen seruanda, in 18. quæst. 16. regulæ nu. 5. & in 9. de in fir. nu. 7.
 Dummodo dictio importat modum, in 2. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 2. Aliquando uero importat conditionem, num. 3.

E

E A D E M dispositio, eademq; res diuerso iure censi potest, in 33. quæst. 16. regulæ nu. 7.
 Effectû attendi debere in quacunque actione, in 10. quæst. 16. reg. nu. 2.
 Electionis tempore que esse habilem sufficere, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 6.
 Electionis tempus inspicere, non id quod fit post, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 13.
 Electiuum modum sub uerbo prouisionis non uenire, & si in parte executoria, uel in prohibitoria de electione fiat mentio, in 2. quæst. regulæ de Idiom. nu. 3.
 Electionis modum uenire nullo alio expresso, in 2. quæst. regulæ de Idio. nu. 4.
 Episcopo mortuo, de iure communi per capitulum & canonicos nouus eligebatur, in præfa. 2. reg. nu. 2.
 Episcopalis dignitas an sit instituta de iure diuino, uel positio? in 2. quæst. 2. regulæ nu. 5. 14. & seq.
 Episcopatum & superiorum dignitatum

de iure antiquo dispositio ad Papam spectabat in 2. quæst. 1. regulæ nu. 7.
 Episcopus in sua diocesi, seu plebe est dominus absolutus, in 1. quæst. 7. reg. nu. 3.
 Episcopus debet residere in sua ecclesia, sicut maritus cum coniuge, in 3. quæst. 7. regulæ nu. 3.
 Episcopatus & superiores dignitates, an comprehendantur sub regula Rationi congruit, in 5. quæst. 8. reg. per totam.
 Episcopales & alias cathedrales non uenire sub constitutione seu dispositione generalis, in 5. quæst. 8. regulæ nu. 2. uide tamen, quæ sequuntur.
 Episcopi & superiores, absq; literis suæ promotionis non possunt ministrare, nec pro talibus recipi debent, in 5. quæst. 8. regulæ nu. 4.
 Episcopatus duo uniti per unum Episcopum solum reguntur, in 1. quæst. 12. regulæ nu. 4.
 Episcopus uniti aliquando diuersis subsunt Metropolitanis in 1. quæst. 12. regulæ nu. 5.
 Episcopus eo ipso, quod quis est, est etiam ordinarius collator, in 4. quæst. 13. regulæ nu. 4.
 Episcopi habent intentionem fundatam de iure communi super dispositione beneficiorum in tota diocesi, & uniuersa spiritualia exercendi, in 5. quæst. 14. regulæ nu. 2.
 Episcopus appellari non meretur, qui non est talis, qualis esse debet, in 8. quæst. regulæ de Idiom. nu. 3.
 Equiparatio diuersitatis actuû inductæ à diuersitate dierum, & diuersitate horarum, in 10. quæst. 16. reg. nu. 13.
 Et dictio inter diuersa poni solet in 10. quæst. 1. regulæ nu. 11. Aliquando uero inter similia uel eadem, & aliquando de claratiue nu. 20.
 Etate maior, an in beneficijs assequendis præferendus, in 18. quæst. 16. regulæ per totam.
 Etas quæ requiritur pro obtinendis canonicatibus, & præbendis, in 1. quæst. 18. regulæ per totam.
 Etatem cui incumbat onus probandi ad effectum regulæ 18 in 3. quæst. dictæ regulæ

I N D E X

per totam.
 Etatem probare debet fundans se super ea, in maiori seu minori, in 3. quæst. 18. regulæ nu. 3.
 Etas ad effectum iuris & regulæ 18. an per testes probari possit? in 4. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Etas septem modis probari potest, in 4. quæst. 18. reg. nu. 2.
 Etas per testes facilius probatur circa maioritatem, quam circa minoritatem, in 4. quæst. 18. regulæ nu. 3.
 Etas ad effectum iuris & regulæ 18. an per aspectum probari possit? in 5. quæst. dictæ reg. per totam.
 Etas per aspectum duobus modis probari potest, in 5. quæst. 18. reg. nu. 2.
 Etatis probatio per aspectum secundum unam opinionem, nullius est momenti, in 5. quæst. 18. regulæ nu. 8.
 Etatis probationem per aspectum esse leuem secundum aliam opin. in 5. quæst. 18. regulæ nu. 9.
 Etatis probationem per aspectum facere præsumptionem transferentem onus probandi contrarium, secundum tertiã opin. in 5. quæst. 18. regulæ nu. 10.
 Etatis probationem per aspectum secundum quartam opin. esse concludentem, in 5. quæst. 18. regulæ nu. 11.
 Etatis probatio ex aspectu iudicis transfert onus probandi in aduersariû, in 5. quæst. 18. regulæ nu. 12.
 Etas an probari possit per instrumentum, & quomodo? in 6. quæst. 18. regulæ per totam.
 Etas quomodo probetur per instrumentum matrimonij, seu sponsalium? in 6. quæst. 18. regulæ nu. 3.
 Etas minor per instrumentum tutelæ seu curæ præsumptiue probatur, in 6. quæst. 18. reg. nu. 7.
 Etas ad effectum iuris, & regulæ 18. an probari possit per confessionem partis? in 7. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Etas per scripturas parentum an probari possit? in 8. quæst. 18. regulæ per totam.
 Etas an probari possit per librum Rectoris seu plebani? in 10. quæst. 18. regulæ per totam.

Expectanti acquiritur ius ad beneficium acceptatum, in 13. quæst. 3. regulæ nu. 3.
 Expectans an possit acceptare beneficium uacans de iure, sed non de facto? remissiuè in 12. quæst. 3. reg. nu. 6.
 Expectatiue, seu reseruaciones an omnes, & quæ reuocatae sint per regulam 11. quæst. 2. dictæ regulæ per totam.
 Expectatiua super dignitate & præbenda, si sit sortita effectum in dignitate sed non in præbenda, an censetur reuocata per regulam 11. reuocatoriam? in 12. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Expectatiuum ordinarius concedere non potest, in 3. quæst. reg. de Idiom. nu. 8.
 Expectatiua concessa Alemanis etiam pro parrochiali in Francia, derogato regulæ de Idiom. sed non regulæ Quod non extra nationem, an quo ad parrochiales censetur derogatum utrique regulæ? in 6. quæst. dicta regula de Idio. per totam.
 Exclusio unius partis in indiuiduis facit exclusionem alterius partis, in 9. quæst. regulæ de Idiom. nu. 5.
 Ex diuersis non fit illatio, in 1. quæst. reg. de Idiom. nu. 14.
 Extrauagans Ad regimen per quoscunque summos Pontifices innouatur, in 1. quæst. 1. regulæ nu. 2.
 Extrauagans Ad regimen continet solum reseruacionem ipsius Papæ, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 3.
 Extrauagans Execrabilis & regulæ reseruatores, an comprehendant beneficia iuris patronatus? in 8. quæst. 1. regulæ per totam.
 Extrauagans Execrabilis continet utranque reseruacionem, uidelicet Papæ & Sedis Apostolicæ, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 2.
 Extrauagans inserta inter alias & nota habetur pro decretali, in 5. quæst. 9. regulæ nu. 2.
 Extensio fieri debet etiam in odiosis, quando aliquid uenit lato sumpto uocabulo, in 2. quæst. 2. reg. nu. 6.
 Extensio de uno casu ad alium secundum communem usum comprehensum fieri debet, etiam in materia stricta, in 2. quæst. 3. regulæ nu. 7.
 Extensionem fieri etiam in exorbitantibus, quando

I N D E X.

quando est eadem ratio, & fauor anime, in 15. quæst. regulæ de infir. nu. 22.
Extensionem fieri etiam in poenalibus ex identitate rationis, in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 5. uide tamen. nu. 16.
Extensionem in poenalibus etiam ex identitate rationis non fieri secundum magis communem opin. in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 16.
Exceptio firmat regulam in non exceptis in 6. quæst. 13. regulæ nu. 4.
Ex æquipollentibus quid fiat, non refert, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 13.

F

FAMILIARITATE cessante, an cesset referuatio, in 14. quæst. 3. reg.
Familiares Cardinalium ab eorum dependent alimētis, eosq; sequuntur, ut uictū habeant, in 4. quæst. 5. regulæ nu. 3.
Facultates reuocatæ an produci possint, quoad ea, quæ habent causam & tractū de præterito, in 3. quæst. 14. reg. per totam.
Facultas prouidendi de beneficijs, non uenit sub quacunque generali facultate, in 2. quæst. 13. regulæ nu. 3.
Fauorabilis dispositio censetur, quādo pro ualiditate actuum, seu actorū & concessionum, in 3. quæst. 10. regulæ nu. 8.
Fauorabilis censenda est dispositio, quādo fit reditus ad ius cōmune, in 10. quæst. 11. regulæ nu. 2. & in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 5.
Forminæ religiosæ an comprehendantur sub regula de infir. in 3. quæst. dictæ regulæ per totam.
Fingere potest Papa nō prius expressum, iam fuisse expressum, in 7. quæst. 11. regulæ nu. 5.
Filiorum appellatione in legatis, fidei commisis, & emphyteoticis contractibus nō uenire ad oprios, in 22. quæst. 16. regulæ post numerum 3.

Forma prouisionis de uacantibus in curia seu apud eadem super narratiua reservationis, in 3. quæst. 11. regulæ nu. 2.
Forma concessionum seu gratiarum continentium clausulas præseruatiuæ, institutiuæ, & reuolucatiuæ in 8. quæst. 11.

*Formas resignationum vi. 3. in
 160. resignatio. 160. supplicatio.*

regulæ nu. 2.
Formas supplicationis per obitum extracuriam, in 9. quæst. regulæ de Idio. nu. 2.
Fructus beneficiorum consistunt in mera temporalitate, in 2. quæst. 12. regulæ nu. 3. uide tamen, quæ sequuntur.
Fraudibus una omnia occurrunt, in 1. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Fraus seu dolum nō præsumitur, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
Fraudem & dolum committens omnimodō priuatur, in 8. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Fraus ex coniecturis probatur, in 8. quæst. regulæ de infir. nu. 5.
Fraudis tollendæ causa latissima interpretatio fieri debet in 13. quæst. regulæ de infir. nu. 11.
Frustra precibus impetratur, quod iure cōmuni competit, in 1. quæst. 14. regulæ numero 3.
Futura, quæ habent se adesse, & non esse, sunt parum in consideratione, in 4. quæst. regulæ de non tol. ius quæst. nu. 7.
Fundatio, constructio, & dotatio in materia iurispatronatus æquiparantur, remissive, in 8. quæst. 1. regulæ nu. 4.

G

GENVS subsequens enumeratis quibusdam speciebus gratia dubitationis tollendæ non per hoc restringi, in 5. quæst. 1. regulæ nu. 9.
Generaliter uerba prolata, generaliter intelligi debent, in 6. quæst. 1. regulæ nu. 2. amplia nu. 3. & seq. & quando dicatur consistere de generalitate legis nu. 4.
Generalis dispositio non comprehendit ea, quæ speciali nota digna sunt in 13. quæst. 11. regulæ nu. 3.
Genus continet sub se omnes species indifferenter, in 1. quæst. 13. regulæ nu. 5. & in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 10.
Generalia restringuntur in suo significato ratione adiuncti, in 1. quæst. 13. regulæ nu. 6.
Genus restringitur per enumerationem specierū præcedentium, in 4. quæst. 14. regulæ nu. 3.

Genera-

I N D E X.

Generalis clausula ad non uerisimilia non extenditur, in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
Generalibus uerbis non sufficit fieri, quod specialibus faciendum est, in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Genere prohibito, quælibet species prohibita uidetur, in 19. quæst. regulæ de infir. numero 17.
Geminatio actuum, clausularum, seu uerborum multum operatur, & ostendit maiorem deliberationem, in 16. quæst. regulæ de infir. nu. 9.
Genitiuus de propria & stricta significatione denotat dominium, non autem solam professionem, in 12. quæst. 3. regulæ nu. 4.
Genitiuus denotat dominium, in 5. quæst. 5. regulæ nu. 3. & in 5. quæst. 6. regulæ nu. 2.
Genitiuus plerumque possessionem denotat, in 5. quæst. 6. regulæ nu. 6.
Glossa non indignus, ubi habemus texturam, in 13. quæst. regulæ de infir. nu. 7.
Gratiam procuratam præsumi, nisi aliud caueatur, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Gratia quādo dicitur perfecta, in 5. quæst. 12. regulæ nu. 2.
Gratiam habet unus Motu proprio, & ex certa scientia, alter siue istis clausulis, sed de plenitudine potestatis, quis præferatur? in 7. quæst. 16. regulæ per totam.
Gratia absque literis solo uerbo principis perficitur, in 1. quæst. 8. regulæ nu. 3.
Gratiæ Papæ ad uacatura, nisi constat de anterioritate regulantur à c. duobus de refer. lib. vi. in 10. quæst. 16. regulæ numero 15.
Gratiæ, si sint factæ à Legato uel alio ordinario duobus super eodem beneficio, nisi constat de anterioritate, ambæ corrunt, in 10. quæst. regulæ nu. 19.
Graduatorum appellatione qui ueniant, in 11. quæst. 16. regulæ per totam.
Gratus dantur in scientiis, in militia, in magistratibus, in potentijs & in alijs, in 11. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Graduatorum appellatione an ueniant Doctores, in 12. quæst. 16. regulæ per

totam.
Graduati in potentia sed non in exercitio, an gaudeant priuilegijs regulæ 16. in 14. quæst. dictæ regulæ per totam.
Graduati magis qui, & quot modis dici possint in 15. quæst. 16. regulæ per totam.
Graduatus indigniori scientia præfertur, in 15. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Gratus plures habens præcedere debet, in 15. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Gradum seu dignitatem habens à principe, seu alijs à maiore, præfertur, in 15. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Graduati prius an præferendi sint, in 17. quæst. 16. regulæ per totam.
Graduatus ex eo tempore quis censeri debet, ex quo in numeros relatus est, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 15.

H

HABITARE, & habitare uelle quis præsumitur in patria sua, in 4. quæst. 5. regulæ nu. 5.
Habilitates personę præsumuntur, quando actus habet debitam formā in 3. quæst. 18. regulæ nu. 6.
Habilitates præcessoris, seu prædecessoris, an & quomodo probandę? in 11. quæst. 18. regulæ per totam.
Habilitatum prædecessoris, probatio non requiritur ita exacta, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 11.
Habilitas superueniens respectu alicuius actus producendi, ita operatur cum superuenierit, sicut si à principio affuisset, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 9.
Habilitas impetrantis consideratur tempore uacationis, non tempore datę, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 11. uide tamen, quæ sequuntur.
Habilitas prouisi requiritur tribus temporibus, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 16.
Habilitas an sufficiat, quod interueniat tempore datę, an uero requiratur etiam tempore consumati effectus resignationis? in 9. quæst. 10. regulæ de infir. numero 4.

Hera-



I N D E X

Hæredis appellatione uenire solum hæredem ex asse, in 25. quæst. 16. reg. nu. 2.
Hippocratis autoritate Iuriconsulti decisiones aliquas fecerunt, in 7. quæst. reg. de infir. nu. 5.
Hominem liberum celare fraud est, in 8. quæst. regulæ de infir. nu. 6.
Hospitalia non comprehendit sub reservationibus regularum cancellariæ extragantis Ad regimen, & Execrabilis, in 9. quæst. 1. regulæ per totam.
Hospitalia an ueniat appellatione beneficiorum, in 9. quæst. 1. reg. nu. 1. & seq.
Hospitalia, Elemosinaræ, leprosaræ, ac præceptoræ, an comprehendantur sub regula 12. reuocatoria unionum, in 4. quæst. dictæ regulæ per totam.
Hospitalia, Elemosinaræ, & leprosaræ, non ueniunt sub quacunque dispositione generalis, nisi de illis facta specifica mentione, in 4. quæst. 12. regulæ nu. 2. uide tamen nu. seq.
I
IDEN Titas considerari potest quoad genus, diuersitas quoad speciem, in 4. quæst. 8. reg. nu. 10.
Identitas rationis inducit identitatem in interpretationis, in 5. quæst. regulæ de infir. num. 3.
Idiomatis regula an iuri & rationi sit consona, in 1. quæst. dictæ reg. per totam.
Idioma accidentale intelligenti, ubi sunt naturale, & accidentale, an obstat regula de Idiomo, in 4. quæstio. dictæ regulæ per totam.
Idioma Romanorum nunc usitatum, & quod intelligitur, est uulgare, in quæst. regulæ de Idiomo. nu. 5.
Impedito non currit tempus seu terminus, in 5. quæst. 8. regulæ nu. 2.
Impedimentis duobus existentibus, uno sublato, alterum remanet, in 2. quæst. 14. regulæ nu. 4.
In pedito expedire infra tempus regulæ Rationi congruit, an succurratur, in 6. quæst. dictæ regulæ.
Inhibitio seu decretum in reservatione appositum annullat omnia post reservationem secuta, in 2. quæst. 1. reg. nu. 13.
Immediata potentiora & fauorabiliora sunt, in 10. quæst. reg. nu. 11.
Incertitudo in ipsa substantia semper uitiatur, in 4. quæst. 3. regulæ nu. 2.
Incertus tutor dari non potest, in 4. quæst. 3. regulæ nu. 3.
Incertum legatum est inefficax, in 4. quæst. 3. regulæ nu. 4.
Incerca uenditio nullius est momenti, in 4. quæst. 3. regulæ nu. 5.
Incerta electio inualida est, in 4. quæst. 3. regulæ nu. 6.
Incerta presentatio per instituentem certificanda tenet, in 4. quæst. 3. reg. nu. 8.
Incola non reputatur, qui continuo non habitat, in 4. quæst. regulæ de Idio. nu. 7.
Incorporatio continet annexionem applicationem, & alia, & facit, quod unum corpus de altero efficiatur, in 10. quæst. 12. regulæ nu. 6.
Indefinita æquipollet uniuersali, in 2. quæst. 11. regulæ nu. 2. declaratur & limi. nu. 3. 4. & 5.
Indefinita æquipollet uniuersali, in 1. quæst. 13. regulæ nu. 4. limi. nu. 6.
Indefinita æquipollet uniuersali, in 2. quæst. 16. regulæ nu. 9. & in 1. quæst. regulæ de non toll. ius quæst. nu. 2.
Indefinita æquipollet uniuersali, quando diuersitas rationis assignari non potest, in 33. quæst. 16. regulæ nu. 6. & in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 14.
Indefinita in pœnalibus non æquipollet uniuersali, in 15. quæst. regulæ de infir. numero 6.
Indefinita legis etiam in odiosis æquipollet uniuersali, in 15. quæst. regulæ de infir. num. 8.
Indulta concessa interpretanda sunt, non ordinariis præiudicent, in 10. quæst. 16. regulæ nu. 9.
Indultis concessis Cathedralibus cum amplissima facultate conferendis, & disponendi de beneficiis, non censetur concessum, quod puidere possint de beneficiis iure ordinario ad aliorum collationem, uel presentationem spectantibus, in 19. quæst. regulæ de infir. num. 6.
Indirectè concedi non debet, quod directè prohibetur, in 17. quæst. regulæ de infir. num. 13.
Individuum quatuor modis considerari potest, in 9. quæst. regulæ de Idiomo. nu. 5.
Inhabilis tempore compromissi, illo pendente habilitate superueniente, compromissum non subsistit, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 14.
Inhabilitatis sola cessatio non inducit actus reconualescentiam, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 18.
Initium spectari debet, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 12.
Infirmis etiam morti uicinis actus legitimi permittuntur, in 1. quæst. regulæ de infir. num. 4.
Infirmitas & senectus differunt inter se nec unum continet aliud, in 4. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
Infirmi & senis resignatio de iure admitti potest, in 4. quæst. regulæ de infir. nu. 7.
Infirmi qui ueniant sub regula de infir. in 5. quæst. dictæ reg. per totam.
Infirmi tatis uerbum à iure prolatum eam præsupponit, quæ cuique rei peragende impedimento sit, in 5. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
Infirmi in dubio præsumitur durare, saltem per annum, in 7. quæst. regulæ de infir. num. 2.
Infirmus resignans in fauorem consanguinei seu amici in eiusdem domo obiit, post xx. dies obitus publicatur, quando præsumatur obiisse, in 18. quæst. regulæ de infir. per totam.
Infirmo consentiente uigore supplicationis signatæ, dum erat sanus, mortuo in fra xx. dies à tempore præstiti consensus, an sit locus regulæ de infir. in 9. quæst. dictæ reg. per totam.
Instrumentis fundi legatis non ueniunt, quæ tunc non erant instrumenta fundi, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 12.
Instrumentalis possessio quæ, & qualis sit, in 21. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Instrumentalem possessorem uerum esse, non fictum, in 21. quæst. 16. regulæ nu. 4.
Instrumentalis possessio capta alio existente in possessione, debilis & inconsiderabilis, in 21. quæst. 16. regulæ nu. 6.
Instrumentis probari possunt omnia, quæ

I N D E X

per testes, in 6. quæst. 18. regulæ nu. 1.
Instrumentum ad instantiam patris super natiuitate filii probat ætatem, in 6. quæst. 18. regulæ nu. 6.
Interpretatio in beneficialibus stricta fieri debet, in 2. quæst. 3. regulæ nu. 2.
Interpretatio fieri debet de prima uice, & de primo actu, in 3. quæst. 4. regulæ nu. 2.
Interpretatio ab uno uerbo seu nomine, quam ab alio, quando sumenda sit, in 28. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Interpretatio in dubio pro ualiditate actus, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 5.
Interpretatio fieri debet uerè & proprie, non autem fictè, in 4. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Interpretatio dispositionis ab alia emanatæ, iuxta illam, à qua descendit, fieri debet, in 5. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
Interpretatio propria fieri debet in correctoriis, in 5. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
Interpretatio facienda est iuxta consuetudinem & ea, quæ sunt moris, in 4. quæst. 8. regulæ nu. 6.
Intentio sola considerari debet, in 4. quæst. regulæ de Idiomo. nu. 11.
Intellectu quædam magis percipiuntur, quæ locutione exprimi possint, in 1. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Intellectus ad letiam ff. de proba, in 9. quæst. 18. regulæ nu. 2.
Intellectus ad c. magne de uoto, in 4. quæst. 1. regulæ de infir. nu. 5.
Italiam, Hispaniarum, & Galliam homines non humiliantur, sed libertatem appetunt, sunt bellicosi, periti regiminis, ac magnanimi, in 39. quæst. 16. reg. nu. 6.
Iuramentum respicit solum præsentia, non futura, in 6. quæst. 3. regulæ nu. 14.
Iuramentum calumniæ, si non præstatur in principio litis, postea præstari potest, in 4. quæst. 6. regulæ nu. 4.
Iurare non tenetur annum decimum quartum non excedens, nec in tali cadit peccatum iniuriam, in 2. quæst. 18. regulæ nu. 10.
Iuramentum impuberis per puberem postea factum obseruari debet, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 7.
Ius ad rem competit decem modis, remissiuè, in 13. quæst. 3. regulæ nu. 2.
Ius in re acquiritur per prouisionem, seu colla-

collationem de beneficio uacante, in 2. quæst. 1. 1. regulæ nu. 6.
Iura loquentia de personis, locis, seu rebus, intelligi debet de habilibus, in 13. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Iuris appellatione uenit ius Romanorum, in 27. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Iuris quæsti appellatione quid ueniat: in 1. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. per totam.
Ius secundarium & in consequentiam an comprehendatur in regula de non toll. ius quæsi. in 3. quæst. dictæ regulæ per totam.
Iuris pluribus competentibus, uno sublato alia remanent, in 2. quæst. 14. regulæ nu. 6.
Iuniores perspicaciores, in 17. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Intrusus & inuasor non debet esse melior conditionis, quam iusto titulo possidens, in 37. quæst. 16. regulæ nu. 4.

L

LAICVS quicumque sit, de iure à collatione beneficiorum, illorumque dispositione prohibetur, in 13. quæst. 11. regulæ nu. 2.
Latinitas falsa ut euitetur, interpretatio fieri debet, in præfa. regulæ 9. nu. 1.
Latinum idioma dignius, & magis frequentatum aliis, in 9. quæst. regulæ de Idiom. num. 4.
Legatus reperitur prohibitus reseruare sibi cathedralium provisionem, in 2. quæst. 2. regulæ nu. 10.
Legatus habens facultatē conferendi, etiā sedis Apostolicæ reseruata, quod nō possit cōferre reseruata Papæ, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 9. Contrarium postea concluditur contra Aene. de Fal. nu. 12. usque ad fin. quæst.
Legatus de latere est Cardinalis, qui habet ipso iure facultatem conferendi beneficia, in 5. quæst. 13. regulæ nu. 2.
Legati, & alii ordinarii subiciuntur legibus, in 8. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Legati & alii ordinarii clausula Motu proprio uti possunt, in 8. quæst. 16. reg. nu. 3.
Legatus, præsertim de latere, maior est aliis

ordinariis, in 9. quæst. 16. regulæ nu. 3.
Legatus, uel alius ordinarius, si uni conferat Motu proprio, alteri non, an ille præferatur: in 10. quæst. 16. regulæ per totam.
Legato de latere soli competit collatio, in 10. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Legatus & alii ordinarii non habent potestatem ad beneficia uacatura, in 10. quæst. 16. regulæ nu. 16.
Legatus de latere uel inferior an possit tollere ius quæsitum: in 7. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. per totam.
Legatus de latere potest idem, quod Papa in non reseruatis, immo potest & super ipsi Papæ reseruatis, in 7. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 2.
Legatus est loco Apostoli, in 7. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 4.
Legatus cum facultate derogandi regulis editis, & edendis an regulæ de infir. derogare possit: in 19. quæst. dictæ regulæ per totam.
Legatus in locis sibi cōmissis uices ipsius Papæ gerit, in 19. quæst. reg. de infir. nu. 7.
Legatum impediens causam Dei impedit, in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
Legatus eo ipso, quod constituitur, omnem potestatem & omne imperium recipit prouincia sibi commissā in 19. quæst. regulæ de infir. nu. 9.
Legatum etiam indefinitum comprehendit solum existentia, seu præsentia, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 13.
Legitimare est ipsi principi reseruatum, in 6. quæst. 13. regulæ nu. 7.
Lex semper loquitur, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 22.
Lex una, uel statutum, ab alia lege, seu statuto declaratur, in 1. quæst. 6. reg. nu. 3.
Lex uel constitutio non ligat, nisi de futuro, in 3. quæst. 9. regulæ nu. 2. potest tamen extendi ad præterita nu. 3.
Lex uel constitutio, si aliquid disponit, licet non procedat ultra ad decreta & annullationes, actus tamen in cōtrarium facti nulli erunt, in 4. quæst. 9. regulæ nu. 4.
Lex & quælibet dispositio, clara esse debet & aperta, nō autem perplexa & sibi ipsi contraria, in 1. quæst. 14. regulæ nu. 2.
Leges correctæ & abrogatæ pro decisionibus

quibus causarum allegari prohibetur, in 3. quæst. 14. regulæ nu. 2. fallit quo ad de cisionem causarum habetium tractum seu causam de præterito nu. 3.
Lex quando non solum disponit sed ultra procedit, dicitur inducere formam, qua omnia actus in contrarium factus ipso iure dicitur nullus, in 5. quæst. 15. reg. nu. 6.
Leges sacratissimæ omnium hominum uitas constringentis, in 16. quæst. 16. regulæ nu. 8.
Lex una aliam declarat in 26. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Lex moderna interpretari debet iuxta antiquam etiam abolitam; in 4. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 5.
Legis casus ubi est, nulla cadit dubitatio, in 13. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
Legista præfertur Philosopho in omnibus, in 16. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Libro cuiusque priuato accedente uerisimilitudine adhibetur fides, in 8. quæst. 18. regulæ nu. 3.
Liber publicus seu annotatio officialium ciuitatis uel castri an probet ætatem: in 9. quæst. 18. regulæ per totam.
Liber officialis a publico deputati fidem facit, in 9. quæst. 18. reg. nu. 4.
Liber ecclesiæ seu Rectoris probat, quem excommunicatum, & quem mortuum, in 10. quæst. 18. regulæ nu. 4.
Liberè id fieri dicitur, quod sine alterius requisitione, & aliis inuitis agitur, in 15. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Licentiatu quis, & quare sit dictus: in 11. quæst. 16. regulæ nu. 4.
Licentiatum non uenire appellatione Doctoris, in 12. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Limitata causa limitatum effectum producere debet, in 5. quæst. 4. regulæ nu. 4.
Linguae Christiano necessariae quæ: in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 2. & seq.
Lis super omnibus bonis, & super maiori parte æquiparantur, in 25. quæst. 16. regulæ nu. 6.
Literæ patris narrantis aliquem esse suum filium probant saltem semiplanè, in 8. quæst. 18. regulæ nu. 3.
Locationis instrumentum quantum ad ipsas partes probat, secus quoad extraneos in 21. quæst. 16. regulæ nu. 3.

Loquentis persona semper excipitur, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 17.

M

MANVS Papæ appositio, excludit omnem alium ab ipso Papa, ne se intromittere possit, in 6. quæst. 9. regulæ nu. 6.
Mandatum generale non se extendit ad lites, quæ non sunt, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 8.
Masculinum adiectiuum quis, non applicatum termino communi, sed adiectiuo signo masculino, casu quo comprehendat foemininum, est non ex propria significatione, sed extensiuè, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Masculinum non comprehendit foemininum, quando materia est odiosa, & odium non est rationale, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 5.
Masculinum non comprehendit foemininum, quando lex est poenalis & correctoria simul, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 9.
Masculinum non concepit foemininum in materia differenti, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
Matrimonium inter personas diuersarum linguarum contrahi posse, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 8.
Media referuntur ad superiora & inferiora, præsertim quando est eadem ratio de medijs ad præcedentia & subsequencia, in 3. quæst. proem. nu. 2.
Medicorum sententia sequenda est, in 7. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
Medici cognitis quibusdam principijs, parua cum reuolutione cartarum cito se expediunt, fortunæ cætera mandantes, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 15.
Menses sex, de quibus in regula 8. Rationi congruit, an referantur ad utrumque potestatem, an ad immediatum: in 4. quæst. 8. regulæ per totam.
Mens & sensus dispositionis attendi debet, non uerba, in 4. quæst. 16. reg. nu. 2. & in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 7.
Menses à conceptione ad ortum supputandi, debent esse lunares, in 7. quæst. regulæ

de infir. nu. 7. & nu. 8. reprehenditur glo. in uer. post diem in l. intestato. §. h. ff. de suis & legi.

Mentales reservationes inuentæ, ut Papa specialibus fauoribus aliquos prosequi possit, in 4. quæst. 11. regulæ nu. 2.

Milites Hierosolymitani non sunt proprie religiosi, & semper pro fide militant, in 11. quæst. 3. regulæ nu. 3.

Militum S. Petri & aliorum officialium facultates, an sint reuocatæ per 13. regulam reuocatoriam facultatum, in 6. quæst. dictæ reg. per totam.

Minimum quodlibet est in consideratione, quando sumus in concessione seu dispositione secundum ius commune, seu agitur de iure communi, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 12.

Minori tempore concessionis mandati de prouidendo, reservationis, seu expectatiui, tempore autem uacationis & acceptationis maiore, an obstet regula 18. su per ætate ad canonicatus? in 12. quæst. dictæ reg. per totam.

Mixta an sub simplicibus contineantur: in 3. quæst. 10. regulæ nu. 5.

Minus continetur sub maiori, in 6. quæst. regulæ de Idiom. nu. 4.

Mixtum sub simplicibus in odiosis nõ uenire, in 3. quæst. 10. regulæ nu. 6.

Modicum pro nihilo habetur, in 19. quæst. 16. regulæ num. 2. & in 5. quæst. regulæ de infir. nu. 5.

Modicum tempus pro non tempore reputatur in 19. quæst. 16. regulæ nu. 3. uide tamen num. 12.

Monachus ex dispensatione, præficitur ecclesius parochialibus & collegiatis, in 15. quæst. 3. regulæ nu. 4.

Monaci officia populo celebrare prohibentur, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 18.

Morte Papæ an expirent expectatiuæ, creationes in canonicum, & referuæ, in 1. quæst. 11. regulæ nu. 2.

Motu proprio habes gratiam, an sit iuridicum, & rationale, q̄ præferri debeat non sic habenti? in 4. quæst. 16. regulæ per totam.

Motu proprio tollit subreptionem, non autem ius tertii, in 4. quæst. 16. reg. nu. 3.

Motu proprio licet dicatur gratia fieri, ta-

men sit ad instanciam, & petitionem partis, in 4. quæst. 16. regulæ nu. 5.

Motus proprii gratia latè & fauorabiliter interpretanda est, in 4. quæst. 16. regulæ num. 6.

Motus proprii effectus, remissiuè, in 4. quæst. 16. regulæ nu. 7.

Motu proprio habens gratiam cæteris paribus præfertur, in 4. quæst. 16. reg. nu. 8.

Motus proprius non inducit dispensationem, in 5. quæst. 16. regulæ nu. 3.

Motus proprius pcedere debet ex mera liberalitate, secus in gratia ex certa scientia, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 2.

Motu proprio facta concessio, æquiparatur concessioni factæ propter benemerita, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 4.

Motus proprius non potest probari per testes, secus dicendum in certa scientia, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 5.

Motus proprius non requirit discussionem, seu cognitionem super concessionibus faciendis, secus in gratia ex certa scientia, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 8.

Motus proprius an probari possit per coniecturas, uel aliter, remissiuè, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 9.

Motus proprius non tollit defectum intentionis, in 5. quæst. 16. regulæ post nu. 4.

Motu proprio an possint concedere Legati, & alii ordinarii, in 8. quæst. 16. regulæ per totam.

Motus proprius tollit subreptiones, & facit subsistere gratias, quæ aliàs corruerent, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 2.

Motus proprius, licet tollat subreptiones, non tamen tollit alias inhabilitates, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 3.

Motus proprius non inducit dispensationem, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 4.

Motus proprii clausula, cum qua expectatiuæ expediuntur, parum uel nihil operatur, in 3. quæst. regulæ de Idio. nu. 7.

Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, in 5. quæst. 15. regulæ nu. 4. cū seq.

Mutanda non sunt, quæ diu certam interpretationem receperunt, in 5. quæst. regulæ de infir. nu. 7.

N A S C I ad uitam possunt septimo, & undecimo mense, nõ autem sexto, octauo

octatio, aut decimo, in 7. quæst. regulæ de infir. nu. 6.

Natiuitas propria, seu patria facit quem ciuem, in 15. quæstio. regulæ de infir. num. 18.

Natiuitas cuiusque antiquitas in libris publicis annotabatur, in 9. quæst. 18. regulæ nu. 3.

Natiuitatis tempus sufficere, si mater sit ingenua, ut quis liber nascatur, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 3.

Naturales per subsequens matrimonium, effici uerè legitimos, etiam quo ad allodialia, & feudalia, in 6. quæst. 18. regulæ nu. 5.

Naturalis causa præualet accidentali, in 4. quæst. regulæ de Idiom. nu. 3.

Negatiua in rerum natura improbabilis, in 6. quæst. regulæ de infir. nu. 4. uide tamen num. 9.

Nominationes Regum, quæ etiam dicuntur beneuolæ præces, non dant collationem, sed potestatem faciendi recipi, in 13. quæst. 11. regulæ nu. 8.

Non entium nullæ sunt partes, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 2. uide tamen nu. 23.

Notarios creare solius est principis, in 6. quæst. 13. regulæ nu. 5.

Nullitas actus sequitur ex sola prohibitione constitutionis, in 5. quæst. 15. regulæ nu. 5.

Numerales oēs dictiones, an de iure scribi possint aliter, quàm extensè per caracteres uel notas, in 1. quæstio. 15. regulæ numer. 1. fallit si per notas inusitatas num. 2.

Numerales omnes dictiones in literis an extensè poni debeant? in 4. quæst. 15. regulæ per totam.

Nullatenus dictio præcisam habet prohibitionem, faciens actum in contrarium non ualere, in 5. quæstio. 15. regulæ nu. 8.

Nuncius Apostolicus non habet auctoritatem conferendi beneficia, in 5. quæst. 13. regulæ nu. 3.

Nuncios cum facultate de latere, ut est Nuncius Venetus, habet collationem beneficiorum, & omnia alia priuilegia, quæ Legati de latere, in 5. quæst. 13. regulæ nu. 4.

O B S T A C V L A omnia remoueri debent, in 7. quæst. regulæ de Idio. num. 7.

Obtinere uerbum in beneficialibus ad ius magis, quàm ad possessionem referri, in 12. quæst. 3. regulæ nu. 2.

Obtinere p impetrare, cõsequi, assequi &c. in 5. quæst. 4. regulæ nu. 2.

Odiosa dispositio reputatur, quando uenit ad correctionem iurium, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 6.

Odiosum, & contra iura est, aliquem cogi ad aliqui faciendum, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 7.

Officium concessum censerì ad effectum, quem nomen ipsius officii sonat, in 1. quæst. 5. reg. nu. 5.

Officium ante acceptationem, quæ sunt, non habenda in consideratione, in 4. quæst. 6. regulæ nu. 3.

Omne qui dicit, nihil excludit, in 3. quæst. 2. regulæ nu. 2.

Opinionum uarietas excusat non sequentem ueram opin. in 2. quæst. 18. regulæ nu. 2.

Opinionum uarietas ubi datur, benigniorem, & equiorem partem sequi debemus, in 18. quæst. regulæ de infir. nu. 4.

Ordinari quis nõ debet ad sacros ordines sine titulo, in 15. quæst. regulæ de infir. num. 15.

Ordinariæ collationi fauendum, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 9.

Ordinarii collatio dicitur legitima, licet ius speciale reservationum ipsam impugnet, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 10.

Ordinarius uel alius a Papa non potest cõcedere gratiã ad uacatura, in 33. quæst. 16. regulæ nu. 4.

Ordinarius difficiliter fallitur in prouidendo, conferendo, ac iurisdictionem exercendo, q̄ summus Pontifex in 16. quæst. regulæ de infir. nu. 12.

Ordinarius prouidet beneficiis, Papa uero personis, in 16. quæst. regulæ de infir. numer. 13.

Ordinarius personas, quibus prouidet, notas habere præsumitur, in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 13.

I N D E X

Ordo scripturæ in dubio attendi debet, in 44. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Ordo scripturæ attendi non debet, quando sequitur correctio iuris, in 44. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Originali, seu matriçi, magis creditur, in 2. quæst. 15. regulæ nu. 3.
 Oriundus in 16. regula quomodo accipiendus, in 38. quæst. dictæ reg. per totam.
 Oriundus, ortus, & originarius, quomodo accipiuntur, in 38. quæst. 16. regulæ numero 2.
 Oriundus pro orto, & contra ortus pro oriundo, in 38. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Oriundum non oriundo præferri an sit iudicium & rationale, in 39. quæst. 16. regulæ per totam.
 Origo dicitur immutabilis, in 39. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Originarii exteris à iure civili præferuntur, in 39. quæst. 16. regulæ nu. 8.

P

PALATINI & alii curiales per regulam de Idio reprimuntur, in 3. quæst. dictæ regulæ numero 12.
 Papa est dominus absolutus in beneficiis, in præfa. 2. regulæ nu. 4. & in 4. quæst. de non tol. ius quæst. nu. 3. & in 1. quæst. 9. regulæ nu. 3.
 Papa non potest uenire seu dispensare contra ius diuinum, in 2. quæst. 2. regulæ nu. 6. uide t. men nu. 14.
 Papa potest prouidere de omnibus beneficiis totius orbis, etiam cessante negligentia, & anteq. uacant, & est ordinarius ordinariorum, in 2. quæst. 2. regulæ nu. 11.
 Papa in iis, quæ sunt iurisdictioni dispensat, & disponit ad libitum in 2. quæst. 2. regulæ nu. 16.
 Papæ est deprimere & erigere, in 3. quæst. 6. regulæ nu. 2.
 Papa in dubio non censetur alicui præiudicare uelle, in 5. quæst. 6. regulæ nu. 3.
 Papa est Episcopus Romanus, in 1. quæst. 7. regulæ nu. 2.
 Papa successor dat literas mentionē facientes de concessione facta à prædecessore, nihil de nouo concedendo, uel disponendo, in 2. quæst. 8. regulæ nu. 5.

Papa non censetur rescribere seu disponere ultra, quam consuetum sit, in 4. quæst. 8. regulæ nu. 7.
 Papæ factum seu dispositio, de consensu, uel consilio Cardinalium denominatur ab ipso Papa tantum, in 5. quæst. 8. regulæ nu. 6.
 Papa potest disponere in toto orbe, in 3. quæst. 9. regulæ nu. 4.
 Papa committes aliquid ordinario potius eius iurisdictionem excitat, quam noua det, in 11. quæst. 11. regulæ nu. 5.
 Papa gratiam prædecessoris effectui & executioni demandare solet, in 2. quæst. 14. regulæ nu. 3.
 Papa non præsumitur uti uelle plenitudine potestatis, in 7. quæst. 16. regulæ nu. 6. & in 4. quæst. regulæ de Idiom. nu. 5.
 Papa quod approbat, uel reprobat, id omnes approbare, uel reprobare debent, in 14. quæst. 18. regulæ nu. 4.
 Papa disponere de beneficiis etiam antequam uacant potest, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 10.
 Papa si conferat beneficia manualia, seu ad nutum amouibilia, efficit perpetua, in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 9.
 Papa debet habere maiorem scientiam aliis, non tamen altringitur ad scientiam idiomaticam, in 1. quæst. regulæ de Idio. numer. 6.
 Papa conferens in habili scienter, dispensare uidetur, in 5. quæst. regulæ de Idiom. numero 5.
 Paragraphus unde dicitur, & quid significet, in proœ. nu. 6.
 Pars una dispositionis alteram declarat, in 6. quæst. 3. regulæ nu. 2. & in 19. quæst. 16. regulæ nu. 11. in 7. quæst. 11. reg. nu. 3.
 Paria sunt in tempore non facere, uel minus sufficienter, in 3. quæst. 8. reg. nu. 2.
 Patriarcha Venetus improprie, sed potius primas, in præfa. 2. regulæ.
 Patriarchalis ecclesia uenit appellatione cathedralis, & Metropolitanæ, in 2. quæst. 3. regulæ nu. 5.
 Pater & quilibet coniunctus præsumitur ueram habere notitiam ætatis sibi coniuncti, in 8. quæst. 18. reg. nu. 2.

Patrimonialia beneficia an comprehendantur sub regula de infir. in 15. quæst. dictæ regulæ

I N D E X

regulæ per totam.
 Patriæ & reipublice nascimur, in 39. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Patrimonialia beneficia non uenire, sub simplici prolatione beneficiorum, in 15. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
 Patrimonialibus de beneficiis, prout sumuntur in Hispaniis, non habemus iura locum, in 15. quæst. reg. de infir. nu. 14.
 Patrimonialia beneficia nomē unde sumplerint, & quæ sint, in 15. quæst. regulæ de infir. nu. 16.
 Patrimoniales filii in quo differant à natalibus, in 15. quæst. regulæ de infir. num. 11.
 Peccatum diurnitate & reiteratione dicitur grauius, in 5. quæst. 10. regulæ nu. 2. & sequ.
 Pœna non incurritur nisi expressè caueatur, in 5. quæst. 15. regulæ nu. 3.
 Pœna reputatur prohibitio & interdictio, in 3. quæst. regulæ de infir. nu. 10.
 Pœnalis constitutio dicitur, ubi priuatio ab officio, exercitio, seu beneficio inducitur, in 3. quæst. regulæ de Idio. nu. 15.
 Pensionum translationes an comprehendantur sub regula de infir. in 11. quæst. dictæ reg. per totam.
 Pensio est duplex, in 11. quæst. regulæ de infir. num. 2.
 Pensio an sit odiosa, in 11. quæst. regulæ de infir. nu. 4. & 5.
 Pensionum clausula, ut melius se sustentare ualeat, facit quod dicuntur ex causa alimentorum, in 11. quæst. regulæ de infir. nu. 6.
 Pensio propter seruitia præstita beneficii obtinenti dicitur ex causa, in 11. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
 Pensio an ueniat appellatione beneficii, in 36. quæst. 16. regulæ nu. 3. & sequ.
 Perpetuum dici non potest certo tempore limitatum, in 2. quæst. reg. de infir. nu. 5.
 Perinde ualere, suscitatur spiritum primi scripti extincti, in 1. quæst. 10. reg. nu. 2.
 Permutatio non inducit ueram uacationem beneficiorum, in 12. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
 Permutatio censetur fauorabilis, quia per eam prouidetur beneficiis, in 12. quæst. regulæ de infir. nu. 4.

Permutationis æqualitas facit cessare fraudem, in 13. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
 Permutatio beneficiorum fit etiam contra inuitos, in 13. quæst. regulæ de infir. numer. 3.
 Permutationem fraudulētam solum, prohibent iura, in 13. quæst. regulæ de infir. numero 5.
 Peste infectus iussus domi continere renuncians, quando præsumatur mortuus, & uti probatio incumbat, in 7. quæst. regulæ de infir. per totam.
 Personæ omnes in loco priuilegiato existentes, etiam non se exercentes, gaudet priuilegiis cœcesis loco, in 28. quæst. 16. regulæ nu. 7.
 Pignus pro minoribus usuris obligatum non potest pro maioribus ex posteriori contractu reuerti in 7. quæst. 3. regulæ numero 16.
 Plenitudo potestatis multum operatur, in 7. quæst. 16. regulæ nu. 7.
 Plenitudo potestatis operatur, quod princeps non teneatur leges seruare, tollit defensionem in ciuilibus, & ius tertii, in 8. quæst. regulæ de non tollen. ius quæst. numero 7.
 Philosophia mater artium, ac donum, & inuentum diuinum, & quotuplex sit, in 16. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Philosophus omnibus preferendus, in 16. quæst. 16. regulæ nu. 5.
 Pluralis locutio in duobus ad minus uerificatur, in 3. quæst. 3. regulæ nu. 2.
 Pluralis locutio an intelligi debeat distributiue, an collectiue, & quando resoluitur in suas singularitates, remisiue, in 3. quæst. 3. regulæ nu. 3.
 Pluralitas multotiens geminat suas singularitates, in 3. quæst. 3. regulæ nu. 4.
 Pluralitas quando materia non est uerificabilis in plurale, resoluitur in singularitatem, in 3. quæst. 3. regulæ nu. 5.
 Pluralitas non præsumitur, in 1. quæst. 4. regulæ nu. 3.
 Posterior dicitur etiam non habens priorem, seu non habens aliquem ante se, in 5. quæst. 3. reg. nu. 2.
 Possessori in dubio fauetur, in 5. quæst. 6. regulæ nu. 5.

Possessor

I N D E X

Possessor terus ille dicitur, qui fructus & proventus percipit, in 23. quæst. 16. regulæ num. 5.
Possesorem non possessori præferri, an in beneficialibus sit iuri consonum? in 20. quæst. 16. regulæ per totam.
Possessio in beneficiis & rebus diuinis attendi non debet, sed melius ius, in 20. quæst. 16. regulæ nu. 2. uide tamen, quæ sequuntur.
Possessores duo si concurrant, habens titulum coloratum præferri debet, in 20. quæst. 16. regulæ num. 4.
Possessor de iure non possessori præfertur, in 20. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Possessio attendenda inter prouisos à diueris, eodem modo inter prouisos ab eodem, in 20. quæst. 16. regulæ nu. 6.
Possessorium causæ spiritualis, non est spirituale, in 20. quæst. 16. regulæ post numerum 2.
Possessor instrumentalis an comprehendatur in regula 16. in 21. quæst. dictæ regulæ per totam.
Possessio oculis capta in conspectu rei, si non potuit aliter capi, est releuans, in 12. quæst. 16. reg. nu. 7.
Possessor vigore breuis, quod sine uitio spoli & attentatorum immittatur, factus, an gaudeat prælatione regulæ 16. quæst. 22. dictæ reg. per totam.
Possessio à nemine auferri debet, etiam factio iudicis, aut per rescriptum principis, nisi ordine iudicario præmisso, & seruatis seruandis, in 22. quæst. 16. regulæ numero 4.
Possessor etiam iniustus etiam per iudicem, uel rescriptum principis spoliari non debet, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 5.
Possessio ipsa acquisitio plus facti, quam iuris habet, in 22. quæst. 16. reg. nu. 12.
Possessio apprehensa regis auctoritate non potest dici uitiosa, in 22. quæst. 16. regulæ num. 14.
Possessio uiolenta seu alias à iure damnata non prodest, nec tuetur possessorem, nisi in quantum priuilegium, seu titulus suffragatur, in 22. quæst. 16. regulæ post numerum 15.
Possessor spiritualium tantum, an comprehendatur in regula 16. in 23. quæst. di-

ctæ regulæ per totam.
Possessor temporalium tantum, an gaudeat prerogatiua regulæ 16. in 24. quæst. dictæ regulæ per totam.
Possessio rei tempore sententiæ, licet non tempore litis contestatæ & retro, sufficit, ut quis condemnari possit: & contra tempore litis contestatæ, & non tempore sententiæ, ut absoluat, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 2.
Possessor spiritulium omnium, sed temporalium pro parte, an gaudeat prerogatiua regulæ 16. in 25. quæst. dictæ regulæ per totam.
Possessor, quæ quis sit integer, uel pro maiori parte, paria sunt, in 25. quæst. 16. regulæ num. 4.
Possibilia multa, quæ non uerisimilia, in 6. quæst. regulæ de infir. nu. 7.
Postulatio prius inualida, ex post facto ualida iudicatur, in 12. quæst. 18. regulæ numero 8.
Potentius & dignius attendi debet, in 23. quæst. 16. regulæ nu. 3. & in 3. quæst. 10. regulæ nu. 7.
Præceptorie quæ reseruate, & quæ non? in 11. quæst. 3. regulæ.
Præceptorie ordinis militaris, quæ? in 11. quæst. 3. regulæ nu. 2.
Præceptorie an comprehendantur in regula de infir. in 20. quæst. dictæ regulæ per totam.
Præceptoriarum dispositio diuersa ab aliorum beneficiorum, in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
Præceptorie de sui natura lalcis conceduntur in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
Præceptores non sunt perpetui, sed ad nutum amouibiles, in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
Præceptorie uacant per obitum & per resignationem, etiam in curia, sicut alia beneficia, beneficiorumq; appellatione continentur, in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 6.
Præceptorias in manibus Papæ resignatas, in fauorem certæ personæ, non comprehendunt in priuilegio. Inno. viij. Religioni Rodensi concessio in 20. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
Prædicare antiquo tempore Rectoribus parro-

I N D E X.

parrochialium, non aliis competeat, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 10.
Præcedere debet inferioribus, in maiori, & sublimiori gradu existens, in 15. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Præcedens clausula est maioris efficaciam ad determinationem sequentium, quam sequens ad determinationem præcedentium, in 3. quæst. 7. regulæ nu. 5.
Præferri an debeat habens gratiam. Motu proprio tantum, an ex certa scientia solum? in 5. quæst. 16. regulæ per totam.
Præferri debet, qui habet potius ius, & potiores ac digniores clausulas, in 7. quæst. 16. regulæ nu. 4.
Præferendus quis sit inter omnes nominatos, in regula 16. in 44. quæst. dictæ regulæ per totam.
Præsumptio onus probandi in alium transfert, in 1. quæst. 4. regulæ nu. 4.
Præsumitur in meliorem partem, quando factum aliquid potest se habere ad bonum & malum, in 10. quæst. 11. regulæ num. 4.
Præsumitur de præterito in futurum, sed non in iis, quæ cursu temporis mutantur, in 3. quæst. 18. regulæ nu. 2.
Præsens in curia statim obtenta gratia recedens, an gaudeat priuilegio regulæ 16. in 30. quæst. dictæ regulæ per totam.
Præsens non dicitur in loco aliquo, qui non persistit, in 30. quæst. 16. regulæ numero 2.
Præsens reputatur in loco, à quo statim reuersurus discesserat, in 31. quæst. 16. regulæ num. 2.
Præsens in curia ab ordinario prouisus an gaudeat prerogatiua regulæ 16. in 33. quæst. dictæ reg. per totam.
Præsentatio, de qua in ult. par. 16. regulæ, quod operetur, & an illa pars habeat similitudinem cum iure communi? in 43. quæst. dictæ reg. per totam.
Præsentatio, quæ sit executoribus, est magni momenti, in 43. quæst. 16. regulæ numero 2.
Præstimonium non uenit appellatione beneficij, in 36. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Primas præest uni prouinciæ, in præfa. 2. regulæ nu. 1.
Principis mens & intentio censenda est se

cum iure, uel equitate, uel alia rationabili causa confrontare, in 4. quæst. 11. regulæ num. 4.
Princeps potest reuocare suum priuilegium sine causa. in 13. quæst. 11. regulæ num. 6.
Princeps benemerito alicui donans, seu concedens, non debet donationem seu facultatem reuocare, in 13. quæst. 11. regulæ num. 7.
Princeps semper præsumitur iure & rationibus uti uelle, in 6. quæst. 12. regulæ num. 14.
Princeps reuocando facultates, non reuocat concessas recepto precio, & in uim præst. in 6. quæst. 13. regulæ nu. 9.
Princeps in contractibus censetur uti iure priuati, in 6. quæst. 13. regulæ nu. 10.
Princeps non intendit præiudicare iuri alterius, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Principis manus appositio non tollit iura & priuilegia possessionis, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 8.
Princeps concedendo nulli præiudicium inferre intendit, in 5. quæst. regulæ de non tollius quæst. nu. 3.
Princeps solus ius quæsitum tollere potest, qui sine causæ cognitione omnia potest, quæ inferiores cum causæ cognitione, in 7. quæst. regulæ de non tollius quæst. num. 5.
Principis electionem, seu deputationem, ex certa scientia factam nefas est improbare, in 5. quæst. regulæ de Idiom. nu. 3.
Princeps duas habet potestates, ordinaria, & absolutâ, in 7. quæst. 16. regulæ nu. 8.
Princeps non censetur rescribere seu disponere aliter, quam sit consuetum, in 3. quæst. 2. regulæ num. 3.
Prioratus diei, & horæ, in profanis & beneficialibus ponderatur, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 10.
Prioratus conuentualis est dignitas, in 8. quæst. 3. regulæ nu. 4.
Prius impetrans, præsentans, seu receptus, præfertur, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 9.
Priuilegium non conceditur rei, quæ non dum est, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 3.
Priuilegio cõcesso, quod beneficia alicuius etiam si efficiatur collector uel subcollector, non sint reseruate, an si postea efficiatur

I N D E X.

figiatur talis, beneficia censeantur referuata: in 7. quæst. 4. regulæ per totam.
 priuilegium tollitur per principem, etiam sine causa, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 3. uide tamen nu. 7.
 priuilegium etiam non reuocabile tollitur, quando princeps procedit per uiam legis, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 4.
 priuilegio speciali non derogatur per constitutionem generalem, in 7. quæst. 4. regulæ num. 5.
 priuilegium speciale, non solum per reuocatoriam in consequentiam & secundariam, immo etiam principaliter, dum tamen generaliter emanauerit, non reuocatur, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 6.
 priuilegium durare debet, non autem sine aliquali causa reuocari, in 7. quæst. 4. regulæ num. 7.
 priuilegium reductiuum ad ius commune, est fauorabile, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 8.
 priuilegium de sui natura reuocabile non debet obesse illis, qui non sunt re integra, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 4.
 priuilegium in dubio iudicandum est ualidum, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 16.
 priuilegia & concessionis principum, fauorabiliora, & fauorabiles sunt, in 3. quæst. 10. regulæ nu. 9.
 priuilegiatus legitimandi spurios, item incestuosos, poterit legitimare habentes istas duas qualitates, in 3. quæst. 10. regulæ num. 10.
 priuilegium principaliter dignitati concessum, non autem actui, uel administrationi, non amittitur per non exercitum, in 14. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 priuilegiatus indubio iure communi uti uelle censetur, in 7. quæst. regulæ de Idiomate nu. 9.
 prius ordinatus, & prius dignitatem consecutus præcedit, in 17. quæst. 16. regulæ numer. 5.
 probare quis debeat an impetrans umicitatem subcollectoris, an oppugnans pluralitatem? in 1. quæst. 4. regulæ per totam.
 probare quis debet, quando est fundamentum suæ intentionis? in 1. quæst. 4. regulæ num. 2.
 probatio per instrumentum publicum dicitur euidentis, in 21. quæst. 16. regulæ nu. 5.

probatio per testes non admittitur in solitis fieri scriptura, in 2. quæst. 4. reg. nu. 3.
 probatio per testes æquiparatur probationi per scripturam, in 2. quæst. 4. regulæ num. 3.
 probatio concludere debet per necesse, non per posset esse, in 6. quæst. 18. regulæ numero 4.
 probandi onus ad effectum regulæ de infir. cui incumbat: in 6. quæst. dictæ regulæ per totam.
 probandi onus incumbit ei, qui dicit, & opponit, in 6. quæst. reg. de infir. nu. 2.
 probare aliquid debet, sup quo quis se fundat, in 6. quæst. regulæ de infir. nu. 3.
 probandi onus incumbit fundanti se in tempore, in 8. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
 prouisio Papæ de Episcopatibus uim electionis habet, & confirmationis, in præfa. 2. regulæ nu. 5.
 proprietates uocabuli sequenda, nec ab ea recedendum est, in 9. quæst. 3. reg. nu. 10.
 prouinciale liber est approbatus a sede Apostolica, in 2. quæst. 8. regulæ nu. 4.
 proœmium insinuat rationem finalem ipsius constitutionis, in 2. quæst. 15. regulæ num. 2.
 prohibito aliquo, etiam prohibitum censetur antecedens, per quod ad illud peruenitur, in 2. quæst. 15. regulæ ante numerum 4.
 protocollum non habens substantialia instrumenti, fidem non facit, in 2. quæst. 15. regulæ nu. 5.
 prouisio in uno casu, quando trahatur ad alium, remisit, in 5. quæst. 16. regulæ numer. 10.
 prouisus a Papa præfertur prouiso ab ordinario cæteris paribus, in 10. quæst. 16. regulæ num. 3.
 prouisus a Papa præfertur prouiso a Legato, in 10. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 prouisus a Legato præfertur prouiso ab ordinario, in 10. quæst. 16. regulæ num. 5. & de quo Legato intelligendum sit? numero 6.
 prouisus ab Episcopo præfertur prouiso ab inferiore, in 10. quæst. 16. regulæ nu. 8.
 prouisus ab Episcopo præfertur prouiso ab eius Vicario, in 10. quæst. 16. regulæ numero 10.

Proui-

I N D E X.

Provisio ab eadem persona, & eodem die, habens horam non habenti præfertur, in 10. quæst. 16. regulæ nu. 12. & 14.
 Prouisionis uerbum non comprehendere electionem, in 2. quæst. regulæ de Idiom. numer. 2.
 Prohibitum quibusdam, cæteris concessum uidetur, in 4. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
 Proximus cingi pro cincto habetur, in 19. quæst. 16. regulæ nume. 4. uide tamen num. 13.
 Pupillus adolescentiæ proximus, quoad consilium & delicta, pro adolescente habetur, in 2. quæst. 18. regulæ nu. 6.
 Pupillaris ætas subtrahitur de medio ex omni præscriptione longissimi temporis, in 2. quæst. 18. regulæ nu. 9.

Q

QUALITAS apposita in præcedentibus, quando sub eadem oratione uel constructione, inducit repetitionem quoad sequentia, in 20. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Qualitatem alicui in esse naturaliter, uel ex priuilegio, paria sunt, in 22. quæst. 16. regulæ num. 10.
 Qualitas adiecta uerbo secundum tempus uerbi intelligitur, in 30. quæst. 16. regulæ num. 3.
 Qualitas sine subiecto esse non potest, in 10. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
 Qualificata non ueniunt sub dispositione simplicium, in 10. quæst. regulæ de infir. num. 3.
 Quatuordecim annis maior potest in causis spiritualibus interuenire, ac si esset maior uiginti quinque annis, in 2. quæst. 18. regulæ num. 11.
 Quatuordecim annis minor ad canonicatum cum præbenda in cathedrali (secundum opin. Hostien. & aliorum infirmorum) est inhabilis, in 1. quæst. 18. regulæ num. 2.
 Quæcunque dictio, uniuersalis est, omnia comprehendens, in 8. quæst. regulæ de non solius quæsi. nu. 2.
 Quid cum propter aliud est, solum considerari id, propter quod est, in 23. quæst. 16. regulæ nu. 4.

Quilibet dictio, id operatur, quod dictio Omnis, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 9.
 Qui per alium facit, perinde est, ac si ipse faceret, in 1. quæst. regulæ de Idiom. num. 11.
 Quisuis dictio, etiam iuncta cum dictione Alius, uniuersaliter importat, apta comprehendere etiam maiora expressis, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 8.
 Quomodolibet dictio omnem penitus modum includit, in 14. quæst. 18. regulæ num. 5.

R

RARO quæ accidunt, a lege non considerantur, in 33. quæst. 16. regulæ nu. 5. fallit post numerum 7. & in 11. quæst. regulæ de infir. nu. 9. limi. nu. 10.
 Ratio trahit ad se totum dictum, & in futuram naturam conuertit, in 2. quæst. 1. regulæ nu. 2. & in 10. quæst. 1. regulæ nu. 18.
 Rationis identitas ubi est, non fit extensio in materia correctoria & odiosa, in 4. quæst. 1. regulæ num. 5.
 Ratio naturalis pro lege allegatur, in 2. quæst. 8. regulæ nu. 3.
 Rationis identitas facit mixtum sub simplicibus uenire, in 3. quæst. 10. reg. nu. 11.
 Ratio finalis constitutionis a proœmio sumitur, in 5. quæst. 9. regulæ nu. 3.
 Ratio uera illa est, qua sublata tollitur dictum, in 3. quæst. 15. regulæ nu. 2.
 Ratio generalis facit, quæ lex specialis generaliter intelligenda sit, in 4. quæst. 15. regulæ num. 2.
 Ratio ubi est eadem, indefinita æquipollet uniuersali, in 9. quæst. 16. regulæ num. 2.
 Ratio coniecturanda est, in statuto uel dispositione, in 19. quæst. 16. regulæ nu. 5. uide tamen in fine quæst.
 Ratio ubi unica tantum excogitari potest, illa pro expressa habetur, in 19. quæst. 16. regulæ num. 7. & quæst. 28. num. 2. & in 8. quæst. regulæ de infir. nu. 7.
 Ratio ubi est eadem, eadem debet esse iuris dispositio, in 36. quæst. 16. regulæ num. 4. & in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 2.
 Ratio legis uel statuti, est ipsius anima, in 9. quæst. regulæ de infir. nu. 8.

d ij Ratio-

I N D E X.

Ratione una sublata, altera remanente, remanere debet dispositio, in 13. quæst. regulæ de infr. nu. 13.
 Ratio quando est rescripta, ex ea possumus inferre ad quemlibet casum, in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 4.
 Ratio non debet esse eadem cum dicto, in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 10.
 Ratio quando aliqua assignari potest illa in medium afferenda est, in 4. quæst. 10. regulæ nu. 3.
 Re dictio, iuncta uerbo Valido, facio, peto, do, & similibus, quid significet? in 1. quæst. 10. regulæ nu. 3.
 Regulæ Cancellariæ maxima cura & providentia conficiuntur, super proœ. regularum nu. 1.
Regulæ Cancellariæ an sapiant naturam legis, an ligent extra curiam, an perpetuo durent? remissive super proœ. regularum nu. 2.
 Regula quælibet est unus. §. ubi supra nu. 3.
 Regulæ septem reservationis habent decretum irritans, in proœ. regularum nu. 4.
 Regula quælibet Cancellariæ an sit unus. §. in 1. quæst. proœ. nu. 1.
 Regula quælibet ex septem primis censetur habere decretum irritans, in 1. quæst. proœ. nu. 1. & seq.
 Regulæ aliæ post septimam an habeant seu habere intelligantur decretum irritans, in 3. quæst. proœ.
 Regula prima reservationis quo ad extraneam Ad regimen, fuit necessaria in 1. quæst. 1. regulæ.
 Regula prima Reservationis continet omnia, quæ extraneam Ad regimen, in dicta regula 1. nu. 1.
 Regulæ Cancellariæ contra ius, & reservationes sunt odiosæ in 3. quæst. regulæ 1. nume. 4.
 Regula 1. referuans Ecclesias cathedrales an sit superflua, uel aliquid operetur, in 1. quæst. dictæ reg. nu. 1. & seq.
 Regula 2. reservationis quæ comprehendat solum beneficia solita commendari, super dicta regula quæst. 3.
Regulæ Cancellariæ expirant cum Papæ ipsarum conditore, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 6.
 Regula Rationi congruit, ad quem effectum

emanauit & quid operetur? in 1. quæst. 8. regulæ per totam.
 Regula 9. an fuerit necessaria uel sit superflua in 5. quæst. dictæ reg. per totam.
 Regula 9. an sit iuri, & rationi consona, uel dissona, & femota regula quid de iure? in 6. quæst. dictæ regulæ.
Regula 10. disponens circa rescripta gratiæ & iustitiæ, an procedat in rescriptis mixtis utrunque sapientibus, in 3. quæst. dictæ reg. 10. per totam.
 Regula 10. reuocatoria literarum ultimi anni de. quare non reuoluet primorum annorum Pauli, in eadem regula quæst. 5. per totam.
 Regula 11. reuocatoria expectuarum creationum in canonicum & reservationum quare facta fuerit in eadem quæst. 1.
 Regula 11. reuocans reservationes sed non illas, super quibus in Cancellaria consueuerunt expediri literæ in forma solita, quomodo intelligenda? super eadem regula quæst. 3. per totam.
 Regula 11. reuocatoria expectuarum creationis in canonicum, an sit iuri, & rationi consona? in 10. quæst. dictæ reg.
 Regula reuocatoria unionum an habeat locum in applicationibus, seu an nexionibus partis fructuum? in 2. quæst. 12. regulæ per totam.
 Regula reuocatoria unionum an procedat in unione facta pro dote alicuius Ecclesiæ uel loci pii? in 3. quæst. 12. regulæ per totam.
 Regula 13. reuocatoria an reuocet omnes facultates etiam in nigro non expressas? in 1. quæst. dictæ reg. per totam.
 Regula 14. reuocatoria ad quem effectum emanauerit, & quis sit eius uerus intellectus? in 1. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regula 14. reuocatoria an annullat literas expeditas ante reuocationem, & super ueniente reuaditione an ille subsistat, uel expediri possint, in 2. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regula 15. de dictionibus numeralibus, an procedat in supplicationibus & paruis datis? in 2. quæst. dictæ reg. per totam.
 Regula 16. de concurrentibus super beneficio plenius prouidet, quæ omnia iura, in 10. quæst. dictæ reg. nu. 17. & seq.

Regula

I N D E X.

Regula prædicta non procedit in Legatis, & aliis ordinariis, in 10. quæst. dictæ 16. regulæ num. 20.
 Regula 16. de precedentibus an comprehendat quoscunque in Ro. cu. præsentibus, uel solum eos, qui inferuunt, uel operantur pro curia? in 28. quæst. dictæ reg. per totam.
 Regula 16. in 6. parte, quæ præsentibus in curia præferantur absentibus, an habeat conformitatem cum iure communi? in 29. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regula de non tolliis quæsi an sit locus, si Papa lite pendente reseruat beneficia, quæ possidet Sempronius in fauorẽ tercij colligantis? in 4. quæst. eiusdem regulæ per totam.
 Regula 18. super etate ad Canonicatus, an habeat conformitatem cum aliquo iure, in 2. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regula 18. super etate ad canonicatus an procedat in gratia facta Motu proprio? in 13. quæst. 18. regulæ per totam.
 Regula 18. super etate ad Canonicatus an habeat locum in ordinariis seu aliis in provisionibus extra curiam? in 14. quæst. dictæ reg. per totam.
 Regula de infirmis an sit iuri conformis uel contra ius? in 1. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regulæ Cancellariæ sunt pro maiori parte, exorbitantes, uel saltem præter ius, in 2. quæst. regulæ de infr. nu. 7.
 Regula de infr. an habeat locum in permutatione, in 12. quæst. dictæ reg. per totam.
 Regula de infr. an habeat locum in permutatione equali, seu de paribus beneficiis? in 3. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regula de Idiomate an liget extra curiam? in 3. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regula de Idiomate an procedat in gratia facta Motu proprio & Ex certa sciencia, in 5. quæst. regulæ de Idiomate per totam.
 Regula de oriundis, & altera de non concedendo expectatiuas extra nationem, in quo differant à regula de Idiomate? in 6. quæst. dictæ regulæ de Idiomate nu. 2. & 3.
 Regula de Idiomate an habeat locum in Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & Patriarcatibus, in 8. quæst. dictæ regulæ per totam.

Regula de Idiomate an sicut annullat gratiam quoad Parrochiales, annullat etiam quoad simplicia beneficia in eadem supplicatione cum Parrochiali impetrata? in 9. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Regularium beneficiorum collatio ad Abbatem spectat, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 4.
 Regularia beneficia non sunt perpetua, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 5.
 Regularia beneficia an sub reservationibus cõtineantur, in 9. quæst. 3. reg. nu. 12.
 Regularia beneficia curata uel electiua perpetua reputantur, in 9. quæst. 3. regulæ num. 13.
 Rector debet habere scientiam pro intelligendis scripturis sacris, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 3.
 Rector per se ipsum confessiones audire debet, in 1. quæst. regulæ de Idiom. nu. 12.
 Rector suam parrochiam ab aliis diuisam habet, in 8. quæst. regulæ de Idiom. nu. 5.
 Regio quælibet diuersitatem habet morum & qualitatum, in 39. quæst. 16. regulæ num. 5.
 Regum facultates conferendi, & nominandi, an sint reuocatæ per regulam 11. reuocatoriam? in 13. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Reges aliqui in conferendo beneficia, & nominando, uidentur à iure priuilegiati, in 13. quæst. 11. regulæ nu. 4.
 Reiteranti negligentiam seu peccatum, difficius parcitur, in 5. quæst. 10. regulæ num. 3.
 Relatum intelligitur esse in referente, in 2. quæst. 1. regulæ num. 3. & in 10. quæst. 1. regulæ num. 7.
 Relatiuū Quis uel qui, sine copula cuiusque generalitati adiectum illam restringit, in 3. quæst. 5. regulæ nu. 3.
 Relatiuū Quis uel qui iunctum incerto corpori inducit conditionem, in 3. quæst. 5. regulæ num. 4.
 Reliqui de quibus in ult. par. 16. regulæ, qui sunt, in 42. quæst. dictæ reg. per totam.
 Reliquorum appellatione qui ueniant? in 42. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Renunciatio quæcunque fraudulenta reuocatur, in 8. quæst. regulæ de infr. nu. 4.
 Renunciatio iuris ad rem facilius inducitur, quam in re in 14. quæst. regulæ de infr.

d. 11)

infr.

- infr. num. 2.
Renunciare ecclesiastico beneficio quilibet potest, dummodo in manibus sui praelati, in 15. quæst. regulæ de infr. nu. 9.
Renunciatio nõ admissa obstat ipsi renuncianti, in 15. quæst. reg. de infr. nu. 10.
Renunciaciones quæ sunt extra Rom. cu. an comprehendantur sub regula de infr. in 16. quæst. dictæ regulæ per totam.
Resignationes coram Episcopis per uiam bullæ seu instrumenti cum sigillo expediuntur, quæ probant, in 16. quæst. regulæ de infr. nu. 7.
Resignatio coram ordinario simplex esse debet, nõ autem cum clausula, ut tali provideatur, in 16. quæst. regulæ de infr. num. 11.
Resignatio in fauorem certę personę odio facta, in 12. quæst. regulæ de infr. nu. 3.
Resignatio illa uidetur esse, quæ in supplicatione continetur, in 9. quæst. regulæ de infr. num. 2. *et q. 17. nu. 9.*
Resignatio reservatis fructibus an contineatur sub regula de infr. in 14. quæst. dictæ reg. per totam.
Res de facili ad suũ primęuum statum redit, in 2. quæst. 2. regulæ nu. 8. & in 10. quæst. 3. regulæ nu. 4.
Rescriptum non extendi ad lites, quę non sunt, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 6.
Rescripta iustitię & gratiæ an sint perpetua, in 2. quæst. 10. regulæ nu. 2. & seq.
Rescriptum pro paupere beneficiando dicitur in forma communi & aliis modis de quibus, in 3. quæst. 10. regulæ nu. 2. & quare sic appellatur nu. 3.
Rescriptum pro paupere beneficiando potest etiam dici gratia, in 3. quæst. 10. regulæ nu. 4.
Rescripta secundum ius commune interpretari debent, in 27. quæst. 16. reg. nu. 4.
Rescripta seu concessiones cum clausula De plenitudine potestatis, an subiacent regulæ de non tolliis quæsi. in 8. quæst. dictæ reg. per totam.
Rescripta reducenda ad ius commune in quantum fieri potest, in 19. quæst. regulæ de infr. num. 4.
Reseruatiõnis fructuũ pactum in resignatione est turpe, nisi in quantum a summo Pontifice approbetur, in 14. quæst.
- regulæ de infr. nu. 5.
Reseruatio generalis & specialis an de iure procedant, in 4. quæst. procc. nu. 1.
Reseruatio siue sit generalis siue specialis, dummodo habeant decretũ irritans, æqui parantur, in 4. quæst. procc. nu. 2.
Reseruatiõnes regulæ 1. an obstant agenti possessorio, adeo quod restituendus non ueniat, in 3. quæst. 1. reg. nu. 1. & seq.
Reseruatiõnes sunt odiosę, in 4. quæst. regulæ 1. nu. 4. tanto magis quando interpretatio est fienda contra Papam tãtum, in 5. quæst. 1. regulæ nu. 2. & in 2. quæst. regulæ 2. & nu. 2. & 12. ubi limi.
Reseruata per se. regulę 1. & sic per extrauagan. Execrabilis, an ueniant in facultate generali de conferendo beneficia qualia cunque uacantia, & indebite occupata, in 7. quæst. primæ reg.
Reseruatiõnes destruunt totum ius Canonicum, in præf. 2. regulæ nu. 3.
Reseruatiõnes dignitatum, seu beneficiorum electiuorum sunt reuocatae in concilio Basiliensi, in 2. quæst. 2. regulæ nu. 3. uide tamen, quę postea sequuntur, præsertim num. 12.
Reseruatio fit ad conseruandum ius referuatis, non etiam ad acquirendum ius de nouo in 2. quæst. 2. regulę nu. 4.
Reseruatio quare obstat agenti spolio, in 3. quæst. 2. regulæ nu. 3.
Reseruatio indistincte inficit possessione, etiam detentionem, in 3. quæst. 1. regulæ nu. 4.
Reseruatio beneficiorũ intelligi debet proprie de collatione, quę sit perpetuo de beneficiis, in 9. quæst. 1. regulæ nu. 4.
Reseruatio primæ regulę & aliarum ac extrauagan. Execrabilis, & Ad regimen, an sint eadem, & una expressa alię ueniant, in 10. quæst. 1. regulæ per totam.
Reseruatiõnes regularum an sint Papę an sedis Apostolicę, in 10. quæst. primæ regulæ nu. 4. & seq.
Reseruatiõnes duę uidelicet Papę & sedis Apostolicę, an sint inter se diuersę, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 8. & sequ.
Reseruatio Papę & sedis Apostolicę in uno tantum differunt, uidelicet in extinctione, in 11. quæst. 1. regulę nu. 16. & concordantur opin. tenentium esse eandem & esse

- & esse diuersas nu. 17.
Reseruatoriõg literę Apostolicę non trahuntur ad beneficia de nouo creata, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 20.
Reseruatio an habeat locum in beneficiis, quę familiares de facto tantum tenebãt, in 2. quæst. 3. regulæ per totam.
Reseruatio & collectio Papę à pari procedunt, in 13. quæst. 3. regulæ nu. 4. uide tamen, quod postea sequitur.
Reseruatio limitata ad tempus uel conditionem, nõ durat lapsõ tempore, uel conditione, in 54. quæst. 3. regulæ nu. 2. uide tamen num. 4.
Reseruatio generalis abrogat omnes leges, & tollit omnem facultatem cõferendi, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 2.
Reseruatiõnes per uacatione in curia sunt efficacis siue, remisiuę, i. pfa. 5. reg. nu. 2.
Reseruatio ad exclusione, seu retardatione restitutionis spoliati pendet a futuro euentu probationis, in 5. quæst. 6. regulæ nu. 4.
Reseruatio de per se sine decreto operatur, in 4. quæst. 9. regulæ nu. 3.
Reseruatio personalis ipsi Papę facta cum ipsa persona & ipso Papa expirat, in 6. quæst. 9. regulæ nu. 2. contrarium postea concluditur.
Reseruatiõnes Legatorũ sedis Apostolicę expirant morte ipsorũ Legatorũ uel per finẽ officii, in 6. quæst. 9. regulę nu. 4.
Reseruatio Papę Motu proprio & indistincte nõ in fauore certę personę, fauorabilis est in 6. quæst. 9. regulæ nu. 7.
Reseruatio Episcopi ex facultate sibi concessa fauorabilis est, & morte ipsius non expirat, in 6. quæst. 9. regulæ nu. 8.
Reseruatiõnes mentales, quę sint & quid operentur, in 4. quæst. 11. reg. per totam.
Reseruatio in integrum ei, qui tractat de dãno uitando, nõ autem ei, qui contendit de lucro captando cõceditur, in 6. quæst. 8. regulæ nu. 3. & seq.
Restitutio in integrum secunda uice non conceditur, in 6. quæst. 8. regulę nu. 5.
Restitutus ad priorem statum omnia recuperat, in 2. quæst. 14. regulæ nu. 7.
Restitutio reponit in pristinos terminos, ac si quis ab illis nunquam decidisset, in 2. quæst. 14. regulæ nu. 8.
Reuocatio intelligi non debet extra casus expressos, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 17.
Reuolatio quid, & quos effectus operetur, in 1. quæst. 10. regulæ nu. 1. & seq.
Reuolatio primam gratiam & extinctam quasi miraculosẽ resuscitat eandem, qualitates habet, quas prima gratia. in 1. quæst. 10. reg. nu. 4. & in 2. quæst. 14. reg. nu. 2.
Reuolatio seu renouatio multum differat a noua cõcessione in 1. quæst. 10. reg. nu. 5.
Reuolatio regulæ 16. ad quid, in 2. quæst. 10. dictæ regulæ.
Romana Curia habet priuilegia aliorum studiorum generalium, in 29. quæst. 16. regulæ nu. 2.
Roma in medio mundi situata inuictas habet laudes, in 39. quæst. 16. regulæ nu. 7.
Roma communis patria, in 9. quæst. reg. nu. 13. lã de Idiomi. nu. 2.
Romanum idioma ad effectum regulæ de Idiomi. quod erit, in 10. quæst. dictæ reg. lã per totam.
Romę quicunque citari possunt, nec habent ius reuocandi domum, in 9. quæst. reg. nu. 13. lã de Idiomi. nu. 3.
Rotæ responsa magis diuina, q̃ humana: quæ tunc sequenda sunt, quando in cõtrariũ non apparent ualidiores rationes, in 15. quæst. regulæ de infr. nu. 23.
Rubrica allegari potest pro decisione, in 1. quæst. 13. regulæ nu. 3. & in 2. quæst. 16. regulæ per totam.
Rubricam generaliore esse nigro, & cõtra, nõ inconuenit, in 1. quæst. 13. reg. nu. 7.
Rubrica debet declarari ex nigro, & cõtra, in 1. quæst. 13. regulæ nu. 8.
Rubrica regulatur a nigro, quando nigri generalius & plenius, in præf. regulæ de non tolliis quæsi. nu. 1.
- S
- S**ARNENSIS ubi uidit archana, & penetrabilia Rotæ, optimẽ se gessit, ubi autem locutus est se ipso, & ex suo capite plerunq; debiliter & frigidẽ scripsit, in 4. quæst. regulæ de non tolliis quæsi. num. 2.
Scientiis mundus illuminatur, inter quas sunt gradus, in 15. quæst. 16. regulę nu. 3.
Sciẽtia tanto præstantior, quanto eius subiectum

lecti nobilius est, in 15. qst. 16. reg. nu. 4.
 Scripturarum cōparatio seu inspectio quomodo fienda, & qualem probationem faciat, in 5. quæst. 18. regulæ nu. 6.
 Scriptura priuata non probat, in 10. quæst. 18. regulæ nu. 2.
 Scriptura Recltoris seu plebani, stante consuetudine, indistincte probat, in 10. qst. 10. regulæ nu. 3.
 Sedes Apostolica & Papa idem sunt, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 14.
 Sententium an numerum excedens potest esse canonicus in cathedrali, in 1. qst. 18. reg. nu. 3.
 Senex decrepitus an cōprehendatur in regula de infir. in 4. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Sententię tempus inspicitur an quis euaserit spectabilis, ad effectum appellandi ab eo, in 12. quæst. 18. regulæ nu. 4.
 Seniores & antiquiores sunt maioris auctoritatis, & præferendi, in 17. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Senior in custodiendis tabulis testamenti & in plerisque aliis, iuuenibus præferitur, in 18. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Seniores semper aliis sunt præferendi, in 18. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Senior in beneficiis assequendis præferri debet, in 18. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Sententia lata ex aspectu non dicitur ex ueris probationibus, unde retractari quā docunq; potest, in 5. quæst. 18. reg. nu. 3.
 Sequentia declarant præcedentia, & una pars alteram declarat, in 7. quæst. 7. regulæ nu. 4.
 Sequentiam & præcedentium, idem est iudicium, quando per præcedentia peruenitur ad subsequentia, in 2. quæst. 15. regulæ post numerum 5.
 Senius quādo propter defectum dictionis, uel orationis, elici non potest, dispositio non operatur, in 1. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Sequester non priuat possessionis commodo, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 6.
 Seruitus edificatio, seu prædio, quod non est, imponi non potest, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 5. uide tamen nu. 22.
 Seruitutibus duabus existētibus una subla-
 ta, altera remanet, in 2. qst. 14. reg. nu. 5.
 Seruiens Papæ percipit fructus in absentia, ita & seruiens Episcopo, seu Archiepiscopo,

in 27. quæst. 16. regulæ nu. 1.
 Si dictio facit conditionem, in 2. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 4.
 Singula singulis referenda sunt, iuxta intentionem loquentis, etiam si non sic exprimitur, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 15.
 Simpliciter quid prolatum intelligitur de toto, in 25. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Simplicia in odiosis non comprehendere qualificata, in 15. quæst. reg. de infir. nu. 5.
 Solitus uerbum uerificatur etiam in uno actu tantum, in 2. quæst. 3. reg. nu. 4.
 Societas deficiente causa, propter quam facta fuit, uel deficiente consensu, uel obitu superueniente, tollitur, in 14. quæst. 3. regulæ nu. 3.
 Sollicitatorum literarum Apostolicarum quæ cura sit, & quare dicti sunt Ianizari, in 2. quæst. 6. regulæ nu. 4.
 Sol ceteris planetis, ac fyderibus præclarior, & præstantior, eiusq; est mutare tempora, in 4. quæst. 10. regulæ nu. 7.
 Spes ac causa de præterito originem habens uidetur considerabilis, sicut ius quæ situm, in 3. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 3.
 Spolium ubi interuenit auctoritas Regis, uel Imperatoris cessat, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 15.
 Spoliatus tota substantia, & spoliatus maiori parte æquiparatur, in 25. quæst. 16. regulæ nu. 7.
 Spiritualia digniora, & præciosiora esse, in 23. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Spolio agenti in profanis datur restitutio non probato aliquo titulo colorato, secus in beneficialibus, in 3. quæst. 1. regulæ nu. 2.
 Spurius restitutus natalibus non debet uocari spurius, in 22. qst. 16. regulæ nu. 11.
 Statutum loquens de intestato, an & quando ad intestabiles, puta pupillū & similes extendatur, in 2. quæst. 3. reg. nu. 8.
 Statutum quod qui uenerit ad habitandum in tali castro, gaudeat immunitate, reuocari non potest, in præiudiciū eorum, qui iā uenerunt, in 7. quæst. 4. regulæ nu. 15.
 Statuta correcta allegari possunt pro decisione eorum, quæ ante correctionē emer-
 serunt, in 3. quæst. 14. regulæ nu. 4.
 Statutū, quā potest aliquid operari est strictè inter

interpretandum & taliter quod secum iure communi conformet, in 3. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 2.
 Statuto primo speciali non derogatur per posterius generale, in 4. quæst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 6.
 Statuta prohibitoria seu exclusiua non extendi nisi ad personas expressas, in 2. qst. regulæ de infir. nu. 6.
 Statutum si quis portauerit frumentum super equo ad talem locum: procedit etiā quod portauerit super humeris seu aliās, in 3. quæst. regulæ de Idiom. nu. 6.
 Statuta tolluntur ex forma literarum apostolicarum, in 5. quæst. reg. de Idio. nu. 9.
 Stilus cancellariæ mentem principis declarat, in 2. quæst. proœ. nu. 3.
 Stilus Romanæ Curie pro lege seruandus, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 7. in 4. quæst. 8. regulæ nu. 13. & in 5. quæst. regulæ de Idiom. nu. 6. & in 2. quæst. 15. reg. nu. 6.
 Stilus cancellariæ attendendus, in 1. quæst. 6. regulæ nu. 7.
 Stilo non seruato cōcessionem etiam ipsius principis redduntur de falso specte, in 16. quæst. regulæ de infir. nu. 8.
 Stipulatio ad futura non extenditur, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 19.
 Subcollector ab alio subcollectore deputatus an comprehendatur sub regula referuatoria, in 3. quæst. 4. regulæ per totam.
 Subcollector uniuersalis æquiparatur collector, in 3. quæst. 4. regulæ nu. 3.
 Subcollector a subcollectore ipsius Papæ factus, comprehenditur in regula referuatoria, in 3. quæst. 4. regulæ nu. 5. Idem si Papa dederit subcollectori facultatem substituendi nu. 5.
 Subdelegatus ad uniuersitatem causarum, æquiparatur delegato, in 3. quæst. 4. regulæ nu. 4.
 Subrogatum capit naturam eius in cuius locum subrogatur, quando datur omni moda similitudo, in 6. quæst. 4. regulæ nu. 2. uide tamen nu. 7. & 8.
 Substitutio si sine filiis decesserit, tempore mortis superexistentibus filiis euanescit, quicquid postea de liberis contingat, in 30. quæst. 16. regulæ nu. 4.
 Successor saltem de æquitate & honestate, debet adimplere & conseruare factum &

uoluntatem prædecessoris, in 10. quæst. 11. regulæ nu. 3.
 Successor in beneficiis non imitatur iura prædecessoris, cum in illis non detur successio, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 3.
 Successorem in beneficio hæredi equiparari, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 5.
 Successor particularis astringitur & iuuatur eisdem iuribus, quibus eius author, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 6.
 Successor teneret iustificare titulum antecessoris, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 7.
 Successio in beneficiis quasi iure hereditario prohibita est, in 1. quæst. regulæ de infir. nu. 2.
 Sui dicuntur dupliciter ratione suitatis, & domesticitatis, in præfa. 6. regulæ nu. 10.
 Superflua à iure rescantur, in 5. quæst. 1. regulæ nu. 2.
 Superflua dispositio dicitur, quæ de nouo expressa nihil operatur, in 1. quæst. 2. regulæ nu. 2.
 Superfluum nihil apponi debet etiam sola syllaba, in 9. quæst. 3. regulæ nu. 6. in 2. quæst. 9. reg. nu. 3. limit. nu. 4. in 6. quæst. 12. regulæ nu. 10. & in 12. quæst. 16. regulæ nu. 6.
 Supplicationis resignationis formula, in 17. quæst. regulæ de infir. nu. 9.
 Suspensiones an comprehendantur in regula de non toll. ius quæsi. in 5. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Suspendere, & tollere diuersa sunt, in 5. qst. regulæ de non toll. ius quæsi. nu. 7.

T

TACITVS Ritas nationis subreptionem inducit, in 15. quæst. regulæ de infir. nu. 20.
 Tempus electionis, seu concessionis, spectandum est, in 4. quæst. 6. regulæ nu. 5.
 Tempus modicum inter duos graduatos incidens, an operetur quo ad prælationes?
 Theologus quod Canonistæ præferatur, in 16. quæst. 16. regulæ nu. 3. contrarium postea concluditur.
 Theologus de Deo, seu diuinitate sermonem facit, in 6. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Temporis necessitate cessante, cessare debet quod propterea statutū erat, in 1. quæst. re-

regulæ de Idiom. nu. 9.
 Testator, si grauauit hæredem dare libros suos Titio, intelligitur de libris ipsius testatoris, non hæredis, in 10. quæst. 1. regulæ num. 5.
 Terminus an currat de momento ad momentum: in 18. quæst. regulæ de infirm. nu. 2. & seq.
 Textum clarum ubi habemus, non indigemus glossa, in 9. quæst. regulæ de Idiom. nume. 8.
 Titulorum suorum ratione Cardinales habent ius instituendi & destituendi, in 1. quæst. 7. regulæ num. 4. & quæst. 2. per totam.
 Titulus quid significet, & quot modis accipitur: in 2. quæst. 7. regulæ nu. 2. & seq.
 Titulus sacræ Crucis pro glorioso uexillo, sub quo militantes uincunt, in 2. quæst. 7. regulæ nu. 3.
 Titulus capitur pro principio seu causa acquirendi domini, in 2. quæst. 7. regulæ num. 4.
 Titulus pro pignore seu hypotheca, in 2. quæst. 7. regulæ nu. 5.
 Titulus dicitur ipsa ecclesia, in 2. quæst. 7. regulæ num. 6.
 Titulum sui prædecessoris quis probare nõ tenetur, sed pro tali reputatum, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 4.
 Tituli authoris probatio, a probatione illius habitatum satis diuersa est, in 11. quæst. 18. regulæ nu. 9.
 Titulorum multiplicatio ad cautelam concessa est, in 17. quæst. reg. de infirm. nu. 14.
 Totum partem continere indubitati iuris est, in 6. quæst. regulæ de Idiom. nu. 5.
 Transactio respicit solum tunc existentia & apparentia, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 15.
 Translatio est de uno beneficio ad aliud mutatio, in 11. quæst. regulæ de infirm. nu. 3.
 Tunc dictio extremitatem temporis designat, in 5. quæst. 3. regulæ nu. 5. & in 2. quæst. 9. regulæ nu. 2.
 Turpibus conditionibus reiectis actus sustinetur, in 14. quæst. regulæ de infirm. nu. 3.

V

VACATIO simpliciter prolata omnem vacationis modum comprehendit, in 3. quæst. 16. regulæ nu. 2. & in 17. quæst. regulæ de infirm. nu. 2.

Vacandi modus per resignationem est factis diuersus a uacatione per obitum, in 1. quæst. regulæ de infirm. num. 5.
 Vacationis modo uno expresso, non uenit alius, in 17. quæst. regulæ de infirm. nu. 3.
 Vel dictio & similes inter diuersa ponuntur, in 10. quæst. 1. regulæ nu. 10. Aliquando uerò inter similia, inter idem importantia, & quandoque augent nu. 19.
 Venditio non operatur circa non existentia, immo etiam nec circa non apparentia, in 7. quæst. 3. regulæ nu. 10.
 Verbum Quorùlibet, seu cuiuslibet, est ampliatium omne comprehendens, in 6. quæst. 1. regulæ num. 6. & in 3. quæst. 5. regulæ num. 2.
 Verba accipienda sunt uerè & propriè, nõ autem sicte, in 3. quæst. 7. regulæ nu. 9.
 Verba præcedentia dubia interpretatione capiunt a frequentibus, in 4. quæst. 8. regulæ num. 14.
 Verba ubi non conueniunt, nec dispositio ni locus esse debet, in 5. quæst. 8. regulæ nu. 5. in 11. quæst. 11. regulæ nu. 2. in 6. quæst. 12. regulæ nu. 6. in 16. de infirm. nu. 2. & in 3. de Idiom. nu. 7.
 Verba cù effectu capienda sunt, in 2. quæst. 12. regulæ num. 6.
 Verba intelligi debent secundum cursum ordinarium, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 2. & in 4. quæst. regulæ de Idiom. nu. 4.
 Verba intelligi debent naturaliter, non autem secundum quid, & accidentaliter, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 3. & in 4. quæst. regulæ de Idiom. nu. 2.
 Verba in potiori significatu intelligenda, in 24. quæst. 16. regulæ nu. 2.
 Verba statutorum a iure communi interpretationem recipiunt, in 26. quæst. 16. regulæ nu. 3.
 Verba generalia & indistincta, generaliter & indistinctè accipienda sunt, in 5. quæst. regulæ de infirm. nu. 6.
 Verba secundum subiectam materiam accipienda sunt, in 7. quæst. regulæ de infirm. num. 3.
 Verba & dispositio intelligi debent secundum ius, in 13. quæst. regulæ de infirm. nu. 4.
 Verba ubi sunt clara, ab illis recedendum non

nõ est, in 13. quæst. regulæ de infirm. nu. 6.
 Verba etiam statuti intelligi debent, ut ali quid operentur, in 13. quæst. regulæ de infirm. num. 12. & in 9. quæst. regulæ de Idiom. num. 9.
 Verba intelligi debent, ut importent causam durabilem, non temporalem, in 4. quæst. regulæ de Idiom. nu. 6.
 Verba impropriari debent, ut seruiant intèntioni, in 4. quæst. regulæ de Idiom. nu. 10.
 Vices alterius gerens non debet reputari prout principalis, cuius uices gerit, in 4. quæst. 1. regulæ nu. 6. uide tamen nu. 8.
 Vicarius cum mandato amplissimo non poterit se intromittere in casibus nouiter de iure speciali competituris, in 7. quæst. 3. regulæ num. 18.
 Vicarii qui & quales sint illi de quibus, in 14. regula reuocatoria: in 7. quæst. dictæ reg. per totam.
 Vicarius lato sumpto uocabulo, omnis dici potest, qui uices alterius gerit, seu in alterius locum, officium, uel curam suffectus est, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 2.
 Vicarii nomen in ff. accipitur pro seruo, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 3.
 Vicariatus in C. accipitur pro dignitate, in 6. quæst. 14. regulæ post numerum 3.
 Vicarius Dei est Summus Pontifex, in 6. quæst. 14. reg. nu. 4.
 Vicarius Papæ secundum obtinet locum, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 5.
 Vicarius generalis Imperatoris amplissima priuilegia habere solet, & rescribit de plenitudine potestatis, in 6. quæst. 14. regulæ num. 6.
 Vicarii temporales terre loci, seu oppidi, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 7.
 Vicarii Patriarcharum, primatù, Archiepiscoporum, & Eporù, in 6. quæst. 14. reg. nu. 8.
 Vicarii capituli Sede uacante quid possint: in 6. quæst. 14. regulæ num. 9.
 Vicarii creantur etiam a Prælati inferioribus, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 11.
 Vicarii a Rectoribus seu curatis constitui possunt, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 12.
 Vicarius perpetuus in Ecclesia ubi non est Rector, in omnibus Rectoris uice fungitur, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 13.
 Vicarii religiosorum, in 6. quæst. 14. regulæ num. 14.

Vicarii Rectorum, seu Potestatum terrarù, in 6. quæst. 14. regulæ nu. 15.
 Videtur uerbum fictionem & improprietatem denotare, in 7. quæst. 16. reg. nu. 9.
 Viueret an quis præsumatur usque ad centum annos: in 6. quæst. regulæ de infirm. num. 5. & seq.
 Viuere quod quis præsumatur usque ad centum annos falsum est, nec est uerum quod probetur per l. p. C. de sacro. Eccle. & per alia iura, in 6. quæst. regulæ de infirm. nu. 6. & seq.
 Vinco uincentem te, ergo uinco te, in 22. quæst. 16. regulæ nu. 16.
 Vnire potest Papa uel Episcopus unam ecclesiam alteri, nomen unius supprimendo, in 15. quæst. 3. regulæ nu. 2.
 Vniones, Annexiones, incorporaciones, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembraciones quid significet, & an idem: in 1. quæst. 12. reg. nu. 1. per totam.
 Vnio quot modis fiat, in 1. quæst. 12. regulæ num. 3.
 Vnio quando dicatur, sortita effectum: in 5. quæst. 12. regulæ per totam.
 Vnio per reservationem non tollitur, sed suspenditur, in 5. quæst. 12. regulæ nu. 3.
 Vniones per Episcopos, seu alios ordinarios, uel Legatos factæ an reuocentur per regulam 12. reuocatoriam unionum, in 6. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Vnio ab ordinario facta sine causa non tenet, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 3.
 Vnire cogi potest Episcopus causa subsistente si renuat, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 4.
 Vnio temporalis seu personalis est odiosa, & dicitur palliata reseruatio, & ab ordinario fieri nequit, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 5.
 Vnire Episcopatus & maiores dignitates potest solus summus Pontifex, in 6. quæst. 12. regulæ num. 7.
 Vniones sunt odiosæ, exorbitantes, & restringendæ, in 6. quæst. 12. regulæ nu. 12.
 Vnitum beneficium an comprehendatur sub regula de infirm. in 10. quæst. dictæ regulæ per totam.
 Vnio ad uitam prohibita ordinario sed non Papæ, in 10. quæst. regulæ de infirm. num. 5.
 Vnionum perpetuarum dismembraciones multoties fiunt, in 10. quæst. regulæ de infirm. num. 6.

Vnire

I N D E X.

- Vnire ad uitam ordinarius non potest, in 16. quæst. regulæ de infir. nu. 4.
- Vnionem ad uitam ordinarius dissolueri non potest, in 16. quæst. regulæ de infir. numer. 5.
- Volumen, liber, titulus, lex, capitulum, paragraphus, uersiculus, & clausula quid significet, & quomodo capiantur, in pcc. regularum num. 5.
- Voluntatis mutatio nõ præsumitur, in 4. quæst. 5. regulæ nu. 4.
- Voluntatis mutatio admitti nõ debet eius, a quo solo non dependet, in 4. quæst. 5. regulæ num. 6.
- Voluntas in Principe est pro ratione, tanto magis in præfixione temporis, in 4. quæst. 10. regulæ num. 2.
- Voluntas pro ratione in iis, quæ sunt iurificpositiui, in 5. quæst. 10. regulæ nu. 4.
- Voluntas semper præsumitur durare, in præfat. regulæ 13. num. 1.
- Voces nil aliud sunt, quàm notæ affectuû infortorum animo, in 1. quæst. regulæ de Idiomate nu. 16.
- Vsurpatio capitur in malâ partem, in 13. quæst. 3. regulæ ante numerum 4. uide tamen num. 6. & secundum oratores capitur pro frequenti usu.
- Vtile per inutile in indiuiduis uitatur, in 9. quæst. regulæ de Idiom. nu. 6.
- Vtile per inutile in indiuiduis non uitari, & ponuntur plures illationes, in 9. quæst. regulæ de Idiom. num. 7.

F I N I S.

Venetiis apud Michaelẽ Tramezinum.

M D L I I I I.

